(1) *En si los homes.* Describitur, seu diffinitur hìc jus naturale, prout est commune homini cum brutis; & secundum hoc dicitur ea esse de jure naturali, quæ natura omnia animalia docuit, & isto modo ponitur etiam *in lege* 1. §. *jus naturale, ff. de just. & jur. & instit. de jure natur. gent. & civ. in princip.* & secundum hoc, jus naturale est, quòd est insitum animalibus à natura, id est divina dispositione, ut declarat Alber. *in dicto* §. *jus naturale*: sed secundum naturam, quam habet homo communem cum Angelis, scilicet rationabilitatem, sic diffinitur, jus naturale est quædam naturæ ratio, humanæ insita creaturæ, ad faciendum bonum, cavendumque contrarium, & isto modo ponitur *in cap. jus naturale, prima distinctione*; & primum præceptum legis naturæ, secundum hunc modum est, quod bonum est prosequendum, & faciendum, & malum vitandum; & super hoc fundantur omnia alia præcepta legis naturæ, ut videlicet omnia illa facienda vel vitanda pertineant ad præcepta legis naturæ, quæque ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana, secundum S. Thomam 1. 2. *quæst.* 94. *artic.* 3.

(2) *Casamiento.* Consensus animorum non est de jure naturali, quia de eo non participant animalia bruta; sed motus ad coitum & ipsa carnalis commixtio benè sunt de jure naturali, cùm talis motus & coitus fuerunt ante jus gentium vel civile, & de stimulis & instinctu naturæ processerunt, & de eo etiam animalia bruta participant, nec consideratur licitum ab illicito; nec per hoc potest dici, quòd jus naturale inducat ad peccatum; quia eo jure quilibet coitus maris & fœminæ erat impunitus & permissus: neque erat distinctio filiorum legitimorum, & spuriorum, ut *in authent. quibus modis natura. effic. sui*, §. *penult. & fin.* Posteà per alia jura fuerunt distincti coitus, & aliqui reputati liciti, alii illiciti, & licitus coitus appellatur matrimonium, ex quo liberi procreantur, & memoria parentum conservatur; sic Jacobus de Aret. quem sequitur Alberic. declarat *in dicto* §. *jus naturale*; & his dictis videtur etiam assensisse Baldum ibi: dicit tamen, quòd conjunctio illicita potest considerari dupliciter, uno modo quantum ad esse, alio modo quantum ad deformitatem esse. Primo modo, copula carnalis est de jure naturali, quia jus, & bonum convertuntur. Secundo modo, non est de jure naturali. Adverte etiam, quòd nos, non qualemcumque coitum maris & fœminæ, matrimonium appellamus; sed illum qui hominibus licitus est secundum rationem, qua Deus dotavit hominem, mediante scilicet matrimonio; & istud est, quod vult ista littera, & *dict.* §. *jus naturale*, cùm dicit: *quam nos matrimonium appellamus*, ut sit sensus, non quòd ipsa maris & fœminæ copula sit matrimonium, sed quòd sine matrimonio etiam de jure naturali nobis licita non sit; unde sequitur, nos ideo maris & fœminæ conjunctionem, matrimonium appellare, eò quòd aliter quàm ex matrimonio nobis licita non sit; & idem vult S. Thom. 3. *part.* cum tractat de matrimonio, *q.* 4. *artic.* 1. quòd matrimonium eo modo dicitur de jure naturali, quo natura ad illud inclinat, & mediante libero arbitrio completur; quia ratio naturalis ad ipsum inclinat dupliciter, quantum scilicet ad bonum prolis, non solùm in generatione, verùm etiam in procreatione & disciplina, cùm secundum Philosophum, tria sunt, quæ à parentibus habemus, esse, scilicet, & nutrimentum, & disciplinam. Secundo, quoad secundarium finem matrimonii, qui est mutuum obsequium sibi à conjugibus in rebus domesticis impensum. Apparet ergo jure naturali hominibus illam tantùm copulam convenire, quæ ratione & jure subsistat, qualis est conjugalis, ut eleganter tradit Fortu. *in dicto* §. *jus naturale*, & vult Joannes Lupi Segoviensis *in tractatu de matrimonio, col.* 5. hoc idem vult Joannes Fab. *in princip. instit. si quadru. paup. fec. dica.* dicens, quòd cum homo sit rationalis à natura, quidquid ratio dissuadet est sibi contra naturam. Cùm igitur naturalis ratio suadeat fœdus conjugii, & cæteros amplexus dissuadeat, non dubium facere hominem contra naturam cæteros sectando, quos ratio naturalis abhorret; & dicit Sanctus Thomas *in* 4. *sententiarum, distinct.* 26. quòd matrimonium, prout est in officium generandi prolem, quæ erat necessaria, etiam peccato non extante, institutum fuit à Deo etiam ante peccatum Adæ, ut patet *Génes.* 1. *v.* 28. *Crescite, & multiplicamini*, &c. Sed ut est remedium contra peccatum, institutum fuit post peccatum tempore legis naturæ. Secundùm verò determinationem personarum contrahentium, institutum fuit in lege Moysi. Secundùm verò quòd est Sacramentum repræsentans conjunctionem Christi & Ecclesiæ, institutum est in nova lege, & secundùm hoc est Sacramentum novæ legis. Ex prædictis posset decidi quæstio, an inter Indos maris Occeani, qui in sua infidelitate & gentilitate accipiebant uxores, fuerit verum matrimonium; quia ut audivi, in multis gentibus illarum Provinciarum erat maxima ruditas & ignorantia, & erant ut homines sylvestres, & sicut dicit Tullius *in primo, rhethoricæ*, homines à principio sæculi sylvestres erant, & tunc nemo scivit proprias neque certas nuptias, in quibus matrimonium consistit; & dicit S. Thom. 3. *part. quæst.* 41. *art.* 1. *supra relato, in responso, ad secundum*, quòd verbum Tullii potest esse verum quantum ad aliquam gentem: si tamen accipiatur principium proximum illius gentis, per quod ab aliis gentibus est distincta; ex quo videtur velle, quòd si in tali gente deficeret ratio naturalis, quæ inclinat ad matrimonium cum certa muliere propter effectus supradictos, non esse verum matrimonium, quod reputo difficile ad cognoscendum; quia regulariter in omnibus gentibus matrimonium producitur ad effectum, per id ad quod naturalis ratio inclinat: neque dictum Tullii est verum universaliter, cum dicit, de *principio sæculi*; quia Sacra Scriptura recitat fuisse conjugia à principio humani generis.

(3) *A sus fijos.* Non ergo pacto vel consuetudine potest istud jus educationis tolli, cum sit de jure naturali: *L. jura sanguinis, ff. de regul. jur*; §. *sed naturalia, instit. de jure nat. gent. & civi.* & licèt filius dissipet partem sibi ad alimenta assignatam, pater tenebitur educare, ut tradit Bald. *in dicto* §. *jus naturale*, *L.* 1. *ff. de just. & jur.* & Joan. Fab. *instit. eod. in fine principii*; & improbare videtur Ambros. nimis curiosam, nimisque solicitam liberorum educationem, *lib.* 5. *Hexaemeron. cap.* 13. cum postquam refert avis alcyonis naturam & modum, quo in littore maris ponit ova sua, & fovet, quousque pullos educit, & teneros fœtus non latibulis abscondit, aut tectis: nec includit cavernis, sed nudo & rigenti committit solo; nec defendit à frigore, sed divino fotu, quò magis cætera despiciat, tutiores fore existimat: subdit B. Ambros. hæc verba: *quis nostrum parvulos suos non vestimentis tegat, tectisque abscondat? quis non claudat septis cubiculorum? quis non ita diligenter undique fenestras obstruat, ne qua aura possit penetrare? Meritò quos tam solicitè induimus, ac fovemus, exuimus eos clementiæ cœlestis involucro*; hæc Ambros.

malias (4). Otrosí *jus gentium* en latin, tanto quiere decir, como derecho comunal de todas las gentes (5), el qual conviene á los homes, é no á las otras animalias. E este fué hallado con razon, é otrosí por fuerza, porque los homes non podrian bien vivir entresí en concordia é en paz, si todos non usasen del. Ca por tal derecho como este cada un home conosce lo suyo apartadamente (6): é son departidos los campos (7), é los términos de las Villas: é otrosí son tenudos los homes de loar á Dios (8), é obedescer á sus padres é á sus madres (9), é á su tierra (10), que dicen en latin patria. Otrosí consiente este derecho que cada uno se pueda amparar (11) contra aquellos que deshonra ó fuerza le quisieren facer: é aun mas, que toda cosa que faga por amparamiento de fuerza que le quieran facer contra su persona, que se entiende que lo face con derecho. E de los mandamientos destas dos cosas, é destas dos maneras de derecho que de suso diximos, é de los otros grandes saberes sacamos (12), é ayuntamos todas las leyes deste nuestro libro, segun que las fallamos escriptas en los libros de los Sabios antiguos, poniendo cada ley en su lugar, segund el ordenamiento porque las fecimos.

LEY III.

Del departimiento de las Leyes.

Como quier que las leyes sean unas quanto en derecho, en dos maneras se departen quanto en razon. La una es á pró de las almas, y la otra á pro de los cuerpos. La de las almas es quanto en creencia. La de los cuerpos es quanto en buena vida. E de cada una destas dirémos adelante como se deben facer. E por estas dos se gobierna todo el mundo: ca en estas yace gualardon de los bienes (1) á cada uno segun debe haber, é escarmiento de los males. E el departimiento de los bienes es en tres maneras. La primera que cae en los mayores, así como en los Señores, ó en los padres, que cada uno de estos han derecho de facer bien de lo suyo: los padres á los fijos, ó á los otros parientes por naturaleza del linage: los Señores á sus vasallos, ó á los otros que son en su señorío por el servicio que dellos resciben. E el otro departimiento es en los iguales, así como en los desposorios, é en los casamientos: ca el bien facer de esta manera tornase á pró de aquel que lo face, en dos maneras. La una, que le esta bien de lo facer. La otra, que se torna todo á honra é pró de sí mismo. E el tercero es

Ley 3. tít. 1. lib. 2. Rec.

(4) *Todas las animalias.* Omnia animalia sunt docta naturaliter in quibusdam instinctibus, per quæ tendunt ad conservationem propriæ speciei, ut hìc, & *in dicto* §. *jus naturale* habetur, & tradit Arist. 2. *de anima*: Bald. *in L.* 1. §. *hujus studii, in princip. ff. de just. & jur.*

(5) *De todas las gentes.* Adde *L.* 1. §. *jus gentium, cum legibus sequentibus, ff. de just. & jur. & in* §. 1. *vers. quòd verò naturalis ratio, instit. de jure naturali, & in cap. jus gentium,* 1. *distinct.*

(6) *Apartadamente.* Distinctio dominiorum fuit de jure gentium, ut hìc & in juribus, de quibus sup. *L. ex hoc jure, ff. de just. & jur.* erat enim de jure naturali communis omnium possesio, *cap. jus naturale,* 1. *distinct.* & dicit B. Clemens *in epist.* 4. communis omnium usus, omnium quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum, alius istud, & sic inter mortales facta est divisio; ut tamen dicit Innoc. *in cap. quod super his, de voto,* non fuit malum, imò bonum facere hanc divisionem & appropriationem; quia naturale est, res communes negligi, & communio discordiam parit; istud ergo jus gentium subsecutum post jus naturale, distinxit dominia, ita ut non consideremus usum tantùm, sed causam, ut dicit Bal. *in L. in rebus, col. penult. C. de jure dot.*

(7) *Departidos los campos.* Agris termini impositi, dicit *L. ex hoc jure, ff. de just. & jur.* & isti termini debent esse notabiles in distinctione provinciarum & territoriorum, ut tradit Joan. Andr. *in cap. ex litteris, de probat.* & ut plurimum solent distingui per flumina: & dicit Paulus de Castr. *in dicta L. ex hoc jure, col. pen.* verbum notandum, quòd in dubio, si aliter non constaret, flumen videtur dividere: & vide quæ notat Archid. 13. *quæst.* 1. *in cap.* 1. *col.* 2.

(8) *Loar á Dios.* Adde *L.* 2. *& fin. tít.* 2. *part.* 2. *& quæ ibi dixi.*

(9) *Obedescer á sus padres é á sus madres.* Adde. *L. veluti, ff. de just. & jur. & quæ ibi* Alberic. & Lucæ 2. dicitur: *Et erat subditus illis,* ubi Ambros. Deferebat homini, deferebat ancillæ, deferebat simulato patri, & miraris si Deo detulit? Et paulò inferiùs: disce quòd parentibus tuis debeas, cum legis, à patre filium non voluntate, non opere, non tempore discrepare: & si personis duo, potestate unum sunt, & utique nullum ille pater cœlestis laborem generationis expertus est, tu matri debes pudoris injuriam, virginitatis dispendium, partus periculum, matri longa fastidia, longa discrimina & cætera. Et quid si pater, & Princeps diversa jubeant cui sit parendum? Lucas de Pen. *in L. quicumque, C. de cohorta. lib.* 12. quòd patri, quando concurrunt in jubendo: vide ibi.

(10) *A su tierra.* Adde *dict. L. veluti, ff. de justit. & jur.* & si concurrunt in idem Civitas alicujus, & res publica Imperii sive Regni, plus & prius civis tenetur suæ Civitati, quam Imperio sive Regno, secundum Lucam de Pen. per textum ibi, *in L. quicumque, C. de cohorta. lib.* 12.

(11) *Amparar.* Adde *L. ut vim, ff. de justitia, & jure*; & vide *L.* 2. *tít.* 8. *part.* 7. & quæ ibi dixi: & *in lege* 3. *tít.* 16. *part.* 2.

(12) *Grandes saberes sacamos.* Videas hìc unde sumptæ sunt istæ leges, & vide *infra eod. in lege* 6.

LEX III.

Legum quædam consulunt animarum saluti, quædam verò corporum, prout hìc describitur. Hoc dicit.

(1) *Gualardon de los bienes.* Præmia debentur bene merentibus; ut hìc, & *in L. ut virtutum, C. de statuis, & imaginibus*; studia ipsa virtutum sine remuneratione torpescunt. Ambrosius super Lucam, *lib.* 5. *cap.* 6. & præmium proponitur, ut spes commodi furetur laborem, & abscondat metum periculi. Idem Ambros. super Psalmos in principio.

es en los menores, así como en los fijos, ó en los criados, ó en los vasallos, ó en los siervos: ca este bien facer es otrosí con gran bondad, del que lo bien face: é nacenle ende dos bienes que son muy nobles: el uno es grandeza, el otro es poderío: mas porque este departimiento de los bienes non podria al home tener pró, si guardado non fuese, por eso ovo y menester temperamiento, así como facer bien do conviene, é como, é quando (2), é otrosí en saber refrenar el mal, é tollerlo, é escarmentarlo en los tiempos, é en las sazones que es menester: catando los fechos (3) quales son, é quien los face, é de que manera, é en quales lugares. E con estas dos cosas se endereza el mundo faciendo bien á los que bien facen, é dando pena, é escarmiento á los que lo merescen. E Nos el Rey Don Alfonso viendo que en los otros libros que llaman de derecho, dan escarmiento por los males que facen, é no merescimiento por los bienes (4), por eso tuvimos que era razon de mandar poner en este libro tambien gualardon como escarmiento.

L E Y IV.

Porque han nombre Leyes.

LEy tanto quiere decir como leyenda (1) en que yace enseñamiento, é castigo escripto que liga (2) é apremia la vida del home, que no faga mal, é muestra, é enseña el bien que el home debe facer, é usar: é otrosí es dicha ley, porque todos los mandamientos della deben ser leales (3), é derechos, é complidos segun Dios, é segun justicia.

Ley 3. tít. 1. lib. 2. Recop. Ley 2. iden.

L E Y V.

Quales son las virtudes de las Leyes.

LAs virtudes de las leyes son en siete maneras (1). La primera es creer (2). La segunda, ordenar las cosas. La tercera, mandar. La quarta, ayuntar (3). La quinta, galardonar. La sexta vedar. La setena, escarmentar. Onde conviene, quel

(2) *Do conviene, é cómo, é quando.* Nota, tria, quæ debent attendi in liberalitate, seu in beneficentia: & adde *L.* 18. & quæ ibi dixi *tít.* 5. 2. *part.* & ut dicit Ambrosius *lib.* 1. *de officiis, cap.* 30. Pulchrum est bene velle, & eo largiri consilio, ut prosis, non ut noceas. Nam si luxurioso ad luxuriæ effusionem, adultero ad mercedem adulterii largiendum putes, non est beneficentia ista, ubi nulla est benevolentia; officere enim istud est, non prodesse alteri, si largiaris ei qui conspiret adversus patriam, qui congregare cupiat tuo sumptu perditos, qui impugnet Ecclesiam: non est hæc probabilis liberalitas, si adjuves eum, qui adversus viduam, & pupillos gravi decernit jurgio, aut vi aliqua possessiones eorum cripere conatur; & parùm inferiùs subdit: deinde perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domesticos fidei; vide ibi, nam latè hoc prosequitur. Item etiam vide Ecclesiast. *cap.* 12. *v.* 1. ibi, *si benefeceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa.*

(3) *Catando los fechos.* Adde *L. aut facta, ff. de pœnis, L.* 8. *tít.* 31. *part.* 7.

(4) *E no merescimiento por los bienes.* Imò in juribus antiquis hoc reperitur, ut patet in *L.* 1. §. *hujus studii, ff. de justitia, & jur. L. ut virtutum, C. de statuis, & imaginibus; L.* 1. *& per totum, C. pro quibus causis serv. pro præmio liber. acci. L. quisquis, in fine, C. ad legem Juliam majestatis, cap. jus militare,* 1. *distinct.* & *in plerisque aliis locis*, potest dici, quòd apertiùs hìc in istis libris partitarum præmia exponuntur, quàm in voluminibus juris communis, quod patet ex tota serie secundæ Partitæ & signanter *in tít.* 27. *in L.* 2. *juncta ibi gloss.* 4. ubi specialem titulum posuit, & *ex lege.* 51. *tít.* 18. *part.* 3. *& in multis aliis.*

L E X IV.

Lex est castigatio, seu doctrina scripta reprimens vitam hominis, ne malum faciat, & docens quæ sunt facienda; & dicitur lex, quia ejus præcepta debent esse legalia & justa. Hoc dicit.

(1) *Leyenda.* Ex isto verbo, & cùm inferiùs etiam dicit *scripto*, videtur hìc probari, quòd de substantia legis sit, quòd sit scripta, cùm legere sit oculis inspicere, quæ scripta sunt, *L.* 1. §. *legi autem, ff. de his, quæ in testamento delen.* & licèt non fuerat repetitum aliud verbum, scilicet *scripto*, hoc suficiebat; quanto magis cum & ita exprimatur; & concordat lex ista in hoc cum *cap. lex est, prima distinct.* ubi habetur, quòd lex est constitutio scripta. Doctores tamen communiter, prout attestatur Felinus *in rubrica de constitut. col.* 2. dicunt, quòd de essentia legis non sit scriptura, & sic quod potest probari per testes, per text. *in L.* 1. *versic. per interlocutoriam, ff. de constitut. princip. & in cap. consuetudo* 1. *distinct. cap.* 1. *de jurejurand. in* 6. *in verbo, non scripta; cap. si quis,* 1. *quæst.* 5. *cap. institutis,* 25. *quæst.* 1. *clemen. dudum, de sepult. cap.* 1. *de renunt. in* 6. Contrarium tamen imò, quod de essentia legis sit scriptura, refert tenere Alberic. *in L. de quibus, post gloss. ff. de legibus, & in L. humanum, C. eodem, & in prima parte statutorum, quæst.* 14. Salic. post Cynum *in dicta L. humanum*, ubi dicit hanc esse communem opinionem; tandem Felinus dicit primam opinionem fundari fortioribus juribus, declaranda tamen est secundum eum, ex verbis Bal. *in dicta L. humanum, ad finem*, quod aut quæritur, an scriptura sit de forma substantiali legis: & dicendum quòd non, an de forma accidentali, id est, ad inducendam obligationem ex lege, et tunc requiritur scriptura, quia ante scripturam lex non ligat, & ita jura concordantur; & sequitur ista lex Isidorum, *lib.* 5. *Etymolog. cap.* 3. cum dicit, lex à *legendo* vocata, quia scripta est.

(2) *Que liga.* Secundum hoc lex dicitur à *ligo ligas*, quia ligat vinculis & præceptis, secundum Policr. refert Archi. *in cap. lex est,* 1. *distinct.*

(3) *Leales, é derechos.* Adde *cap. erit autem lex,* 4. *distinct.*

L E X V.

Legis virtus est, credere, ordinare, jubere, unire, præmiare, vetare, punire. Hoc dicit.

(1) *En siete maneras.* Concordat *cum L. legis virtus, ff. eod. & cap. omnis autem lex,* 3. *distinct.* & ista septem reduci possunt ad quatuor, de quibus ibi, vide per Bal. *in rubric. C. de condictione ex lege, &c.* Hostiens. *in summa, tit. de constit. versic. quæ, & quot virtutes.*

(2) *Es creer.* Jubet enim lex, seu ostendit, quæ sunt credenda per fidem, *ut infra ead. part. tít.* 3.

(3) *Ayuntar.* Pone exemplum in casu *L. penult. C. communia utriusque judicii, &c.* & *L.* 1. *tít.* 5. 4. *part.* vel quando jubet lex coadunari homines ad Regis & Regni defensam: ut habetur 2. *part. tít.* 19. *ad L.* 3. *usque in fine*, vel quando jubet inter dissentientes poni treugam, vel pacem, *cap.* 1. 90. *dist. & 7. part. tít.* 12. *per totum*, vel dic, quod dicit, ob id quod habetur *in L.* 6. *& 7. infra, eod.*

quel que quisiere leer las leyes deste nuestro libro que pare en ellas bien mientes: é que las escodriñe, de guisa que las entienda (4): ca si las bien entendiere, fallará todo esto que diximos: é venirle han ende dos provechos. El uno, que será mas entendido: el otro que se aprovechará mucho dellas. E segun dixéron los Sabios (5), el que lee las escripturas, é non las entiende, semeja que las desprecia. E otrosí es atal, como el que sueña la cosa, é quando despierta non la falla en verdad.

LEY VI.

Onde fuéron sacadas estas Leyes.

Ley 1. tit. 1. lib. 2. Recop.

TOmadas fuéron estas leyes de dos cosas: la una, de las palabras de los Santos (1), que fabláron espiritualmente lo que conviene á bondad del home, é salvamiento de su alma. La otra, de los dichos de los Sabios (2) que mostráron las cosas naturalmente: que es para ordenar los fechos del mundo, de como se fagan bien, é con razon. E el ayuntamiento destas dos maneras de leyes han tan gran virtud, que aducen cumplido ayuntamiento al cuerpo, é al alma del home. E por ende el que las bien sabe, é entiende, es home cumplido, conosciendo lo que ha menester, para pró del alma é del cuerpo.

LEY VII.

De las Leyes que pertenescen á la creencia de la Fe, é de las que pertenescen al gobernamiento de las gentes.

Ley 1. tit. 1. lib. 1. Recop. Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop.

A La creencia de nuestro Señor Jesu-Christo pertenescen las leyes que fablan de la Fe. Ca estas ayuntan al home con Dios por amor: ca en creyendo bien en él, por derecho conviene que le ame, é que le honre (1), é que le tema, amándolo por la bondad que en él ha: é otrosí por el bien que nos él face. E hanlo de honrar por la su gran nobleza, é por la su grand virtud. E temerle por el su grand poder, é por la su grand justicia, é el que esto ficiere non puede errar que non haya el amor de Dios cumplidamente. E al gobernamiento de las gentes pertenescen las leyes que ayuntan (2) los corazones de los homes por amor: é esto es, derecho é razon: ca destas dos sale la justicia cumplida, que face á los homes vivir cada uno como conviene. E los que ansí viven, non han porque se desamar, mas porque se querer bien. Por ende las leyes que son derechas, facen ayuntar la voluntad del un home con el otro desta guisa por amistad.

LEY VIII.

Quales deben ser las Leyes en sí.

Ley 8. tit. 1. lib. 2. Recop.

CUmplidas deben ser las leyes, é muy cuidadas (1), é catadas, de guisa que sean con razon (2), é sobre cosas que

(4) *Que las entienda.* Vide *in L.* 13. *infra, eodem*, & *L. scire leges, ff. eod.*

(5) *Los sabios.* Legere, & non intelligere, est negligere; & dicit Salic. *in L. si ex cautione, col fin. C. de non numerata pecun.* sileant qui scripta tantùm discurrunt, & propter frigiditatem stomachi in eis contenta non digerunt.

LEX VI.

Ostendit unde leges istæ sumptæ fuerunt, & *supra eodem L.* 2. Hoc dicit.

(1) *De las palabras de los Santos.* Dicta ergo Sanctorum habentur pro lege in decisionibus causarum, adde *cap. de libellis*, 20. *distinct.* ubi Gloss. & Doctor. & dixit ibi Gloss. quòd ubi dictum alicujus Sancti juvatur authoritate Juris Divini, potiùs ei quàm constitutioni Summi Pontificis standum est: dicit tamen Abb. referendo dict. gloss. *in cap. tua de decimis, in* 3. *notabil.* quòd determinare hoc potiùs spectat ad Concilium generale, quàm ad privatam personam, allegat *cap.* 3. juncto *cap. placuit*, 36. *quæst.* 2.

(2) *De los sabios.* Creditur peritis, ut hìc, & *in L. septimo mense, ff. de statu homin.* vides ergo hìc, quòd leges istæ sumptæ sunt à Sacra Scriptura, & dictis Sanctorum, & dictis Sapientum legalis philosophiæ; & sic à legibus Jurisconsultorum, & aliorum sapientum.

LEX VII.

Ex fide in Deum procedit amor, & timor Dei. Ex legibus, quæ ad bonum gentium regimen factæ sunt, justitia oritur, quæ rectè & decenter homines vivere facit, & invicem diligi. Hoc dicit.

(1) *Que le ame, é que le honre.* Vide de his 2. *part. tit.* 2. *per totum.*

(2) *Ayuntan.* Hæc est virtus legis, *ut supra eod. L.* 5.

LEX VIII.

Lex debet esse perfecta, & facta super his quæ possunt occurrere secundum communem naturam, bonisque vocabulis & intelligibilibus, & planè composita; nec debent leges ad invicem contrariari. Hoc dicit.

(1) *Muy cuidadas.* Quia cùm leges institutæ fuerint, non erit liberum judicare de ipsis, sed oportebit judicare secundum ipsas: *cap. erit autem lex*, 4. *distinct.* & cum maturitate consilii edi debent: *L. humanum, C. eod.* & *infra L. proxima.*

(2) *Con razon.* In dubio lex præsumitur rationabilis, nisi contrarium probetur, secundum Bal. *in L. quod verò, ff. de legibus*, allegat *cap. illa*, 12. *distinct.* Si tamen est injusta, & continet in se peccatum non remisibile per ipsum Principem condentem, non est talis lex à subditis recipienda: *cap. erit autem lex* 4. *distinct.* Ab. *in cap. significavit, col.* 2. *de offic. ordin.* & dicit singulariter Joan. de Imol. *in repetitione, cap. fin. de præscript. in primo notabili* quòd si lex civilis nutriret peccatum veniale tantùm, non tenet, per id quod in simili dicitur de juramento nutritivo peccati venialis, quod non tenet per Gloss. & Archid. *in cap. si aliquid*, 22. *quæst.* 4. refert, & sequitur Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, col.* 15. *vers. limita* 2. *de constit.* & dicit Gloss. *in cap. inter*

que puedan ser segund natura (3), é las palabras dellas, que sean buenas, é llanas é paladinas (4), de manera que todo hombre las pueda entender é retener. E otrosí, han de ser sin escatima (5) é sin punto: porque no puedan de el derecho sacar razon torticera por su mal entendimiento: queriendo mostrar la mentira, por verdad: ó la verdad, por mentira: é que no sean contrarias (6) las unas de las otras.

L E Y IX.

Como deben ser fechas las Leyes.

Ley 8. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recop. Ley* 3. *idem.*

FEchas deben ser las leyes é complidas, segun diximos en la ley ántes desta. Otrosí, debe ser mucho escogido (1) el derecho que en ellas fuere puesto, ántes que sean mostradas á las gentes. E quando desta guisa fueren fechas, serán sin yerro, é á servicio de Dios, é á loor é honra de los Señores que las mandáron facer, é á pró é á bien de los que por ellas se ovieren á juzgar. E otrosí, deben guardar, que quando las ficieren, no haya ruido, ni otra cosa que los estorbe, ó embargue: é que las fagan con consejo de homes sabidores, é entendidos, é leales, é sin cobdicia. Ca estos atales sabrán conoscer lo que conviene al derecho é a la justicia, é á pró comunal (2) de todos.

L E Y X.

Que provecho viene de las Leyes.

Ley 3. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recop. Ley* 1. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recop.*

MUy grande es á maravilla el pró que aducen las leyes á los homes: ca ellas muestran á conoscer á Dios: é conosciéndole, sabran en que manera lo deben amar é temer. E otrosí, les muestra conoscer sus Señores é sus Mayorales, é en que guisa les deben ser obedientes é leales. Otrosí muestran, como los homes se amen unos á otros, queriendo cada uno su derecho para el otro, guardándose de le non facer, lo que no querria que ficiesen á él. Ca en guardando bien estas cosas, viven derechamente, é con folgura (1), é en paz, é aprovechase cada uno de lo suyo, é ha sabor de ello, é enriquescen las gentes, é amuchiguase el pueblo, é acrescientase el Señorío, é refrenase la maldad, é cresce el bien. E por todas estas razones dan carrera al home, por que haya bien en este mundo é en el otro.

LEY

ter cætera 16. *quæst.* 3. quòd si lex est injusta, numquam valet aliquo temporis cursu, & intentio legislatoris semper debet ordinari ad bonum commune, ut tradit Bal. *in authent. habita, col.* 3. *C. ne filius pro patre*, ubi dicit verbum notabile, quòd propter insigne maleficium etiam potest fieri statutum contra delinquentem, post maleficium commissum, ut not. *in L. amissione*, §. *qui deficiunt*, *ff. de cap. dimi.* & hoc favore communis boni, quia exterminandi sunt qui publicè obsunt. Item in juribus condendis, non solùm jura singulorum, & publica utilitas servanda sunt, sed etiam honestas est attendenda, *dict. cap. erit autem lex*, *L. colonus nulla*, & ibi notat Joan. de Plat. *C. de agricolis*, *& censitis, lib.* 11.

(3) *Segund natura.* Secundum naturalem rationem, dicit Gloss. *in cap. erit autem lex.* Subtilitas namque rationis civilis, non potest absorbere veritatem naturalis rationis, Bald. *in L. in rebus*, *col.* 2. *C. de jure dot.* hinc est, quòd ratio naturalis æquivalet legi, ut tradit Joan. de Plat. *in L. finali, C. de consulibus*, *&c. lib.* 12. unde lege deficiente, allegari potest ratio naturalis, Gloss. *in cap. consuetudo*, *prima distinct.* & naturalis ratio numquam circumscribitur loco, quia ipsa cum humano genere orta est, Bald. *in L. nemo. C. de sentent. & interlocutionibus omnium judic.* optimus legis clypeus est ratio naturalis, Bald. *in L. unica*, §. *in primo*, *C. de caducis tollendis*, ubi & dixit, quòd quæ sunt rationi naturali subnixa, debent perpetuò intacta custodiri, & inter prætendentes supremam potestatem, non cadit alius arbiter, nisi ipsa ratio naturalis, Bald. *in princip. C. col. penult.* Vel ideò dicit secundum naturam, quia contra jus naturæ non fit lex, §. *sed naturalia*, *instit. de jure nat. gent. & civil.* nam dispositio legis debet convenire dispositioni naturali, Bald. *in L. acceptam*, *col.* 2. *C. de usur.* non enim lex debet offendere naturam, *L. lege* 12. *tabularum*, *C. de legitimis hæredibus.*

(4) *Llanas é paladinas.* Adde *dict. cap. erit autem lex*, *& authent. de test. imperfe. col.* 3.

(5) *Sin escatima.* Ne quid per obscuritatem incautum captione contineat, ut subjicit, & habetur *in dicto cap. erit autem lex.*

(6) *Contrarias.* Adde *in* 1. *constitutione C.* §. *quibus*, ubi Bald.

L E X IX.

Lex condenda est cum consilio proborum sapientum, & ejus jus antequam publicetur, est diligenter scrutandum, ut evitato errore ejus conditor laudetur, & populus ad legis obedientiam magis teneatur. Hoc dicit.

(1) *Escogido.* Adde *L.* 1. *ff. eodem*, *& C. eodem*, *L. humanum.*

(2) *A pro comunal.* Lex debet ferri ad communem utilitatem, ut hìc, & *ff. eod. L.* 1. *& cap. erit autem lex*, 4. *distinct.* Non ergo ad privatam utilitatem condentis, *cap. cum omnes*, *de constitution.* nec in odium certæ personæ, si odium sit irrationale, ut tradit Bald. *in dicta lege* 1. & quantumcumque verbis generalibus concipiatur, si probari potest aliquibus legitimis conjecturis, in odium certæ personæ specialiter statutum, potest appellari à tali iniquitate, ut tradit Bartol. *in L. omnes populi*, *col.* 18. *ff. de justitia*, *& jure.*

L E X X.

Legis bonitate ostenditur notitia, amor, & timor Dei, dominique naturalis obedientia & fidelitas, atque dilectio proximi: ut quod quis non vult fieri sibi, alteri non faciat. Et servatis his, quiescunt homines, proficiunt, ditantur, augetur populus, crescit respublica, & malitia refrænatur. Hoc dicit. Concordat *lex prima*, *versic. cum itaque*, *C. de veteri jure enucleando*, *&c.*

(1) *Con folgura.* Lex facit patrias habitare cautè, proprias facultates habere firmissimè, & justitia judicum frui, ut habetur etiam *in authent. ut judices sine quoquo suffragio*, §. *itaque.* Legibus enim freti homines contra cuncta inimicorum jacula persistere valent, *cap.* 3. 11. *distinct.* & secundum Casiod. 3. *variar. lectionum*, qui sine lege vult agere, cuncta disponit Regna cassare. Quid enim potest esse feliciùs, quàm homines de solis legibus confidere, & casus reliqúos non timere? Jura publica certissima sunt vitæ solatia, infirmorum auxilia, potentum fræna, arma unde securitas venit, & conscientia proficit.

L E Y XI.

Qual debe ser el facedor de las Leyes.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop.

EL facedor de las leyes debe amar á Dios é tenerle ante sus ojos, quando las ficiere, porque sean derechas (1) é complidas. E otrosí debe amar justicia, é pró comunal (2) de todos. E debe ser entendido para saber departir el derecho del tuerto (3), é no debe haber verguenza en mudar (4) é enmendar sus leyes, quando entendiere, ó le mostraren razon (5) porque lo deba facer: que gran derecho es, que el que á los otros ha de enderezar, é enmendar, que lo sepa hacer á sí mismo (6) quando errare.

L E Y XII.

Quien ha poder de facer Leyes.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop.

EMperador ó Rey, puede facer leyes sobre las gentes de su Señorío (1), é

L E X XI.

Legis conditor debet amare Deum, & in ea condenda præ oculis eum habere, ut sit perfecta & justa. Item debet justitiam, & bonum commune diligere, & scire bonum ab illicito separare, nec pudeat eum, si injusta sibi videatur, corrigere.

(1) *Porque sean derechas.* Quia væ eis qui condunt leges iniquas. *Esaiæ cap.* 10. *v.* 1.

(2) *Pro comunal.* Adde *supra*, *eod. l.* 9.

(3) *El derecho del tuerto.* Adde *L.* 1. §. *hujus studii*, *ff. de justit. & jur.* ibi: *æquum ab initio separantes*, *licitum ab illicito discernentes.*

(4) *Mudar.* Adde *cap. non debet*, *de consanguinitate*, *& affinitat. & text. notab. in auct. de non alienand. aut permut.* §. *ut autem lex*, *colla.* 1. ibi: Quid enim erit stabile inter homines, & ita immobile, ut nullam patiatur mutationem? Cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat, & text. *in aucthent. quibus mod. nat. effi. leg. in princ. col.* 5. & ibi Bar. & text. *in aucthent. ut fratrum filii*, *in princ. colla.* 9. vide etiam in prœmio *Clemen. & L. quod ad præsens*, *C. de muril. lib.* 11. & dicit Bald. *in L. unic. col.* 2. *C. de caduc. tollend.* Quærit sæpè Papiensis antistes, cur leges una die statuunt unum, alio die statuunt aliud oppositum. Sed huic quæstioni respondet hæc lex, quòd sicut aliud est justum tempore guerræ, quod est injustum tempore pacis; ita illud est justum, quod cuilibet in tempore suo expedit: nam sicut medicus observat tempora, ita jurisperitus, & non semper eadem res omni tempore est virtus, ut tradit beatus Gregorius 28. *lib. moral. cap.* 14.

(5) *Razon.* Non enim debet legislator facilis esse in mutando leges: imò debet potius aliquod inconveniens (dum non sit nimis magnum) tolerare, quàm leges mutare: quia ex hoc assuescunt homines, ut non æquo animo ferant leges, sed moliantur ipsarum frequentem mutationem: quòd non modicum detrimentum infert reipublicæ, ut tradit philosophus *secundo Politicorum*, & refert Præpos. Alexand. *in cap. erit autem lex*, 4. *distin.*

(6) *A sí mismo.* Adde *capitulum*, *qualiter*, *& quando*, 1. *de accusat. & ibi* Gloss.

L E X XII.

Imperator, aut Rex in dominio suo, vel alius ejus mandato, potest legem condere super temporalibus. Hoc dicit.

(1) *Sobre las gentes de su Señorío.* Ex hoc verbo videtur, quòd loquatur ista lex in lege generali ad totum regnum, quám nullus alius, Rege excepto, condere potest, ut hìc *& in L. final. ad finem C. de legibus.* Si tamen sint statuta particularia Locorum, Villarum, & Civitatum Regni, non tollit illa hæc lex. Remanebunt ergò in dispositione juris communis, secundùm quod per multas leges permittitur populis condere statuta. *L. omnes populi*, *ff. de justitia*, *& jur. L.* 1. *C. de eman. liber. L. Antiochiensium*, *ff. de privileg. credito. L. prohibere*, §. *plane*, *ff. quod vi*, *aut clam. L. ut gradatim*, §. 1. *ff. de mun. & hono. L. item eorum*, *circa principium*, *ff. quòd cujusque universitatis*, *& de pace Constantiæ*, *in verbo*, *secundùm leges & mores civitatum*, *cap. jus civile*, *prima distinct. cap. venientes*, *de jureju.* facit bene *L. penult. titul.* 1. 2. *part.* ubi habetur quòd Duces, Comites, Marchiones, seu cæteri domini non possint in eorum terris legem condere sine consensu populi: à contrario ergò sensu, interveniente consensu populi, permittit illa lex, quòd possint: & ut ibi dixi, tum validatur statutum, seu factum à populo, non à Duce, vel Comite, & tantùm intervenit dominus, ut magistratus auctoritatem præstans: ut declarat Albericus in dicta *L. omnes populi*, *col.* 9. *in principio*, *versic. quid ergo dicemus.* Ubi dicit, quòd superior debet populum, seu ejus consiliarios, ad hoc solemniter convocare, & propositionem facere de lege condenda, *ut in* §. *lex*, *&* §. *plebiscitum*, *instit. de jure natur. L.* 2. *C. de Decurio*, *libro* 10. & isto modo intelligit opinionem illorum, qui dicunt, quòd in statutis populi requiratur auctoritas superioris; & quòd populi etiam jurisdictione carentes, possunt condere statuta, est magis communis opinio Legistarum, & Canonistarum *in dicta L. omnes populi*, *& in cap. quòd Clericis*, ubi Abb. *col. final. de foro competent.* Alexand. *in L.* 1. *col.* 3. *ff. de jurisdict. omn. jud.* Jas. *in dicta L. omnes populi*, *col.* 10. adducens Bald. *in Rubrica de constit.* ubi tenet, quod in statuto, vel in ordinatione populi non requiritur consensus Principis; sed sufficit auctoritas proprii magistratus, & licentia generalis, quam habent per dictam legem omnes populi, sive constitutio concernat jurisdictionem, sive non, ubi Jas. & alios refert: vide ibi per eum hæc limitantem, nisi respectu pœnæ, quam dicit civitates, vel castra, si careant jurisdictione, non posse apponere, secundùm Innocent. *in cap. cum accessissent*, *de constit.* Anto. & alios *in cap. cum omnes*, *in fine*, *eod. tit.* Angel. *in L.* 1. *in principio*, *ff. si quis jus dicenti non obtemper.* Quod tamen sublimitat tribus modis: videlicet, nisi haberent potestatem statuendi ab habenti jurisdictionem, vel si carentes jurisdictione obligarent se ad invicem sub pœna ad observantiam statuti, vel nisi ex consuetudine haberent potestatem apponendi pœnam: cui adde in hoc Joan. de Pla. *in L.* 1. *C. de usu fiscal. lib.* 10. *col.* 2. ubi dicit: Quòd licèt villæ, & castra habeant, ut possint facere statuta; non tamen possunt facere statuta pœnalia, nisi habeant ex consuetudine, quæ habetur pro speciali privilegio, *cap. super quibusdam*, *de verbor. signific.* §. *præterea*, *& L. viros*, *C. de diver. offic. libr.* 12. Secundò limita istam magis communem conclusionem, quandò statuta populorum fierent super concernentibus administrationem rerum suarum: secus esset, si statuerent in pertinentibus ad decisionem causarum, secundùm Bar. *in L. omnes popul.* 1. *quæst.* & bene confert, quod notat Abbas *in cap.* 1. *col. penult. de his quæ fiunt à major. parte cap. post gloss.* ibi, quòd capitulum potest statuere etiam sine Episcopo in his dumtaxat, quæ concernunt facta ipsius capituli: aliàs non valet statutum sine consensu prælati, & adde ad hoc, quod habetur in volumine Pragmaticarum *sub Capitulis correctorum*, *cap.* 16. ibi: „E si vieren que algunas ordenanzas se deben desfacer, ó „enmendar, las farán de nuevo, con acuerdo del regi„miento, mirando mucho á las que tocaren á la eleccion „de los oficios, para que se elijan justamente sin parcia„lidad, asimismo las que conciernen al bien comun, así „en que los menestrales, é otros oficiales usen de sus ofi„cios bien, é fielmente, sin fraude alguno, como en que „la tierra sea bien bastescida de carnes, é pescados, é otros „mantenimientos á razonables precios, é que las calles, é „carreras, é carnecerías esten limpias, é que las salidas del „lugar esten así limpias, é desocupadas: é las ordenanzas „que ansi enmendaren, ó de nuevo hicieren, envien á „nos el traslado de ellas, para que nos las mandemos veer „é proveer sobre ello.“

Retuli in specie ista verba: quia conferunt multum ad cog-

é otro ninguno (2) no ha poder de las facer en lo temporal: fueras ende, si lo ficiesen con otorgamiento dellos. E las que de otra manera fueren fechas, no han nombre ni fuerza de leyes, ni deben valer en ningun tiempo.

LEY XIII.

Como se deben entender las Leyes.

Entenderse deben las leyes bien, é derechamente, tomando siempre verdadero entendimiento dellas á la mas sana parte (1) é mas provechosa, segund las *Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop.*

cognoscendum ea, quæ concernunt administrationem rerum publicarum: & quia vult illa lex ut Princeps adeatur pro confirmatione talium statutorum, vel saltem ut videat, an sint ibi aliqua, quæ sint reprobanda, & non servanda. Et isto modo videtur, quod debeat intelligi *L.* 13. *titul.* 1. *libr.* 7. *Ordinamenti regal.* quæ jubet ordinamenta civitatis, & populorum servari. Quod autem, quando Princeps est præsens in civitate, ejus auctoritas requiratur in statuto, tenet Bald. *in leg. humanum, C. eodem.* Et licèt Principis auctoritas, seu confirmatio statuti interveniat, universitas quæ fecit statutum, posset collegialiter contravenire inconsulto Principe, secundùm Abbatem *in capit. dilecto, columm.* 2. *de præbendis.* Et prædictis adde, quod habetur in Curiis de Valladolid. Anno Domini 1537 *petitione* 28.

Tertiò, limita istam conclusionem, dummodo populus non statuat contra leges juris communis Regni, nam super talibus statuere non potest, secundùm Jacobum de Are. *in dicta leg. omnes populi*: quia si par in parem non potest statuere, multo minus inferior contra legem superioris, *cap. cum inferior. de major. & obed. L. nam & magistratus, ff. de arbi.* licèt Albericus *ibi. column.* 2. teneat contrarium, & malè judicio meo; quia tale dictum est enervare, & tollere regiam potestatem, & regiis legibus non obedire: nec est verisimile per legem, *omnes populi*, talem potestatem Imperatorem dedisse populis, quia redundaret in contemptum suarum legum: quod & non potuit negare Albericus *in dicta L. omnes populi, colum.* 6. ubi dicit, se hoc fateri: sed dicit, quod imperator habet frænum in manu, & potest *dictam L. omnes populi*, & omnia statuta populorum revocare una lege levissima. Certe rectius diceretur, quod generalitas legis, *omnes populi*, restringatur ad ea, quæ non sunt contra leges Imperatoris: ex quo lex illa pati potest talem sensum, & concordari cum jure communi. Ad hoc *L. formam, C. de officio Præfecti Prætor. & Clement. ne Romani, de electione*, & præmaximè in istis regnis, ubi non invenitur per istas leges Partitarum, nec per alias leges regni ita indistincté approbata dispositio *dictæ L. omnes populi*, neque permissa populis potestas, de qua ibi, nisi eo modo quo dictum est superius, & infra, *tit.* 2. *L.* 9. & facit quod eleganter dixit Angel. *in L. Imperium, column.* 2. *ff. de jurisdiction. omnium judic.* quòd condere legem, est de supremo Imperio, quod soli Principi competit; & si Princeps concederet populis, quòd statuant contra suas leges, esset concessio contra supremam potestatem, quod neque Princeps posset, Bald. *in L.* 1. *versiculo, in initio, columna penult. ff. de offic. Præfecti urbis*, & in specie Lucas de Penna *in L. contra publicam, column.* 4. & 5. *C. de re militari, lib.* 12. Neque obstat, si dicatur, quòd sicut populus potest inducere consuetudinem contra legem Principis, sic & possit statuere, ut *L. de quibus, ff. de legibus*: nam ad hoc respondetur *ex L.* 5. *infra titul.* 2. ubi habetur, quòd talis consuetudo debet roborari ex consensu Regis, aliás non procederet; & vide juxta hoc quæ notat Bart. *in dicta L. omnes populi, in* 3. *quæstione principali.*

(2) *Otro ninguno.* Non ergo Duces, Marchiones, Comites, nec cæteri Magistratus inferiores á Principe, ut & habetur *in L. penult. tit.* 1. 2. *part.* ubi de hoc dixi aliquid, remittens me ad hìc dicenda: nam Bart. *in dicta L. omnes populi, in* 4. *quæstione primæ quæstionis principalis*, vult majores Magistratus, saltem perpetuos posse condere statuta, & *in L.* 5. *in princip. ff. de verborum obligation.* dixit, actiones descendentes ex istorum statutis esse annales, licèt statuta sint perpetua: idem de validitate istorum statutorum tenet Bart. *in L.* 1. *in princip. ff. quod quisque juris.* Petrus de Anchar. *in cap. canonum statuta, de constit.* Alexandr. *consil.* 124 incipit, *super primo quæsito, versic. quantum autem*, 4. *vol.* Decius *consil.* 199. *col.* 2. ubi de statuto dominorum, quòd pro qualibet bestia, quæ ingrederetur fundum dominorum, solverentur tot libræ; Magistratus ergo sublimiores, ut Præfectus Prætorio possunt condere leges, *L. formam, C. de offic. Præfect. Prætor.* item alii inferiores, si sint perpetui jure proprietatis, ut Comites, & Barones, ut *in tit. de statut. & consuetud. contra libert. Eccles.* de Episcopis etiam habetur *in cap.* 1. *de major. & obed. & in cap. ut animarum, de constitut. in* 6. item Magistratus temporales ad tempus officii eorum possunt legem condere super spectantibus ad suum officium, justa causa suadente, ut dicit Bart. *ubi supra*, Angel. etiam *in dicta L.* 1. *in princip.* unde officialis deputatus super victualibus, & abundantia, si subest suspicio carestiæ, propter excessivam abundantiam aquarum, poterit statuere secundum eum, ut deferentes sint salvi in ære, & in persona, & similia; non tamen isti Magistratus etiam perpetui & jure proprietatis, poterunt statuere contra jus, secundum Bald. *in dicta L. omnes populi, col.* 5 *vers. sed hìc dubitatur*, & videtur expressum *in dicta L. formam.* Alexandr. *in L. nemo potest, col.* 1. *ff. de legat.* 1. & dixit Abb. *in cap. quod super his, de major. & obed.* quòd nec in Synodo Episcopus potest statuere contra canones. Adde etiam Socin. *consil.* 272. *non sequendo ordinem quæstionum*, 2. *vol.* & quod dicit Bald. *in L. programma, C. commin. vel epist.* ubi notanter dixit, quòd pœnas capitales & exterminales, aliter quàm jura communia dictant, non possunt Magistratus imponere per eorum statuta; & ibi tradit, quòd numquam invenies, quòd Prætor fecerit aliquod edictum de pœna capitali: adde etiam Abb. *in cap. cum dilectus, super gloss. in verbo, constitutum, de consuetudine*, ubi hoc limitat post Gloss. quando jus commune jam est productum in esse, & per illud est alteri jus quæsitum: secus ubi alteri non est jus quæsitum, unde poterit Prælatus in fundatione Ecclesiæ statuere, ut illa Ecclesia eligat sibi Prælatum de aliena Ecclesia, vel quid simile. Vide etiam Abb. ad prædicta *in cap. quia propter, in princip. col.* 5. *de election.* nec Legatus Papæ potest statuere contra canones, & jura generalia, ut tradit Innoc. & Abb. post eum, *in cap. nemini, de offic. legat.* Adde etiam Joan. Andr. *in cap. fin. de offic. Arch.* Et fortè potest dici, quòd & de jure communi Magistratus etiam perpetui, non habent potestatem condendi legem generalem, vel specialem, cum hoc Principi competat: ut hìc habetur, & dictum est supra, & hoc idem voluit Jacob. Butr. *in L.* 1. *ff. quod quisque juris*, & Petrus de Ancha. *ubi supra.* Statuta tamen ad ornatum loci, vel commodum personarum, non repugnantia juri communi, seu legibus Regni, posset unà cum populo, ut dixi in gloss. præcedenti, vel etiam sine populo in spectantibus ad jurisdictionem suam, ac executionem officii: ut tradit Bartol. *ubi supra*; & ita leges istarum Partitarum reducentur ad terminos juris communis.

De Collegiis verò, & Universitatibus, an possint condere statuta, tradit Bart. *in dicta L. omnes populi, in secunda quæstione primæ quæstionis principalis*, ubi & Bald. *columm.* 4. idem Bald. *in L. fin. C. de jurisdict. omn. judic.* Abbas de Universitate Scholarium, *in cap. quæ in Ecclesiarum, col.* 1. *de constitut.* statuta tamen municipiorum debent approbari per commune Civitatis: Bald. *in dicta L. omnes populi, col.* 2. & videas quæ tradit Decius *consil.* 17. incipit, *viso puncto.*

LEX XIII.

Intelligi debet lex benè, & rectè in saniori & meliori sensu, secundum ejus verba, nec debet per abbreviaturas scribi. Hoc dicit.

(1) *A la mas sana parte.* Adde *L. benigniùs, & L. in ambigua, ff. eod.* ubi Bald. exemplificat, si constitutio dicat: si quis rapuerit mulierem capite puniatur, modò vir de lupanari rapit uxorem, vel sponsam alicujus, quòd iste non debet capite puniri, quia esset intellectus vitiosus: videas ibi etiam exempla per Gloss. & Alber. & facit ad dictum testis, ut benignè interpretetur, & non calumnietur, facit, *de testibus cap. cum clamor*: item, quòd intellectus judicis debet esse benignus.

las palabras que y fueren puestas. E por esta razon no se deben escrebir por abreviaduras (2), mas por palabras cumplidas: é por ende dixéron los Sabios (3), que el saber de las leyes non es tan solamente en aprender é decorar las letras dellas, mas el verdadero entendimiento dellas.

LEY XIV.

Quien puede declarar las Leyes, si en duda vinieren.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop.

Dubdosas seyendo las leyes por yerro de escriptura, ó por mal entendimiento del que las leyese: porque debiesen de ser bien espaladinadas, é facer entender la verdad de ellas; esto non puede ser por otro fecho, sino por aquel que las fizo (1), ó por otro que sea en su logar, que haya poder de las facer de nuevo, é guardar aquellas fechas.

LEX XV.

Como deben obedescer las Leyes, y juzgarse por ellas.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop.

Todos aquellos que son del Señorío (1) del facedor de las leyes, sobre que las el pone, son tenudos de las obedescer é guardar, é juzgarse por ellas, é no por otro escrito de otra ley (2) fecha en ninguna manera: é el que la ley face, es tenudo de la facer complir (3). E eso mismo decimos de los otros que fueren de otro Señorío, que ficiesen el pleyto, ó postura, ó yerro (4) en la tierra do se juzgase por las le-

(2) *Por abreviaduras.* Lex debet scribi apertè, & clarè, ut hìc, & *in L. 8. supra eod. & C. de codice novo faciendo; & in authent. de testam. imperfect. §. nos igitur*, & sumptum est quod hìc dicitur ex procemio Digestorum, *in §. illud*, ubi pœna imponitur his, qui libros legum scribunt per signa vel compendium, & textum illum allegat Bal. *in L. si prædium, col. 1. C. de ædil. actio.* contra scribentes corruptè libros legum: adde etiam *L. 2. ad fin. C. de veter. jur. enucle.*

(3) *Los sabios. ff. eodem L. scire leges*, scientia consistit in medulla rationis, non in cortice scripturarum, ut hìc, & *in dicta L. scire leges*, ubi Bald. *& 1. quæst. 1. cap. Marcion, cap. intelligentia, de verbor. signific.*

LEX XIV.

Nullus nisi conditor potest legis dubium declarare. Hoc dicit.

(1) *Por aquel que las fizo.* Adde *L. fin. C. eodem.* Omnes ergo qui condunt leges, possunt eas interpretari, ut notat Azo. *C. eodem, in summa*, consuetudo etiam interpretatur leges, *L. de interpretatione, & L. minimè, ff. eodem*: judex etiam interpretatur legem in causa de qua cognoscit, sive dubitetur de verbis legis, qualiter sunt intelligenda, sive de casu qui non est comprehensus in primis legibus, *L. scire leges, & L. non possunt, ff. eodem*: Doctor etiam interpretatur leges, *L. 1. C. de profess. in urbe Constan. lib.* 10. licèt illius interpretatio non sit necessaria, sed probabilis; nam nemo est addictus jurare in verba magistri, dicit Azo. *ubi supra.* Nec secundum Azo. his contrariatur, *L. 1.* nec *L. fin. C. eod.* ubi habetur soli Principi licere. Nam intelligitur, ut interpretatio sit generalis, & necessaria, & in scriptis redigenda; item judicis interpretatio, licèt sit necessaria, & in scriptis redigenda, non tamen est generalis, neque præjudicat aliis, *LL. 1. & 2. C. quibus res judic. non no. L. nemo, C. de sententiis*, & adde in his Gloss. & Doct. *in dicta L. 1. C. eodem*; & quæ notat Abbas *in cap. 1. col. fin. de constit.* ubi declarat quo modo intelligantur jura, quæ dicunt: ejus interpretari, cujus est condere, *cap. inter alia, de sent. excom. L. cum de novo, ff. de legibus*; nam dicit procedere, quando judex est ita dubius, quòd nescit quid faciat, quia nec consuetudine est interpretatum, nec apparet de benigniori intellectu, nec potest procedere de similibus ad similia, quia non reperitur ita simile, unde judex est dubius, tunc recurrendum est ad Principem: vide ibi per eum, ubi & quid si dubium est positum in opinionibus Doctorum, & non est communis opinio, vel illa sit evidenter falsa, vel possit convinci probabilibus rationibus; videas ibi per eum, & adde ad istam legem Regis Alphonsi *in curiis de Alcala*, quæ est inserta *in ordinationibus Taurinis.*

LEX XV.

Subditi conditoris legum ligantur ejus legibus. Item & non subditi ratione contractus, vel delicti in ejus territorio facti: ipse tamen conditor eis non ligatur, sed benefacit si secundum eas vivat. Hoc dicit.

(1) *Del señorío.* Adde *L. cunctos populos*, & ibi Gloss. & Doctores, *C. de summa Trinit. & fide Catholic. & L. leges sacratissimæ, C. de legibus, & eod. tit. L. 2.*

(2) *De otra ley.* Vides hìc, quòd per alias leges non potest judicari in istis Regnis: & sic non per leges Imperatorum, seu alias leges juris communis: vide quæ dixi *in lege 6. tit. 4. part. 3.*

(3) *Es tenudo de la facer complir.* Quia parum esset jura condere, nisi sint ministri quia ea exequantur, *L. 2. §. post originem, ff. de origine juris, cap. ubi periculum, §. præterea, de elect. in 6. cap. unico, §. & quoniam, de statu. regul. eod. lib.*

(4) *Postura, ó yerro.* Contrahentes, aut delinquentes ligantur legibus, & statutis illius Regni, vel loci, ubi contrahunt, vel delinquunt, ut hìc, & *in L. si fundus, ff. de eviction. & in authent. qua in Provincia, C. ubi de cri. agi oport. L. sacularii, §. 1. ff. de extra. cri.* & tradit gloss. *in cap. à nobis, de sentent. excom. cap. fin. de foro compet.* Et quia materia ista est diffusa, & habet plurimas quæstiones, recurrendum est ad plenè tradita per Bart. Bal. Alber. Salic. Jas. *in dicta L. cunctos populos, C. de summa Trinit. & Fide Catholic.* ubi latissimè tractatur, tam circa delicta, quàm circa contractus, & ultimas voluntates: & vide quæ dixi *in L. 24. tit. 11. part. 5.* Quid autem, si civis Salmaticensis habeat possessiones in territorio civitatis Segobiæ, & Segobiæ fiat statutum, quòd frumentum extra districtum non possit exportari, an ligabitur statuto talis forensis, qui ibi habebat possessiones? Alberic. *in dicta L. 1. col.* 6. refert Oldrald. tenuisse, quòd non, per *legem, munerum, §. præterea, ff. de mune. & hono. juncta lege 1. ff. ad municipal.* nec obstare *L. si pendentes, §. si quid cloacarii, ff. de usufruct.* ibi: Nam solent possessores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere; quia ibi non dicitur, quòd possessor esset forensis, refert tamen Albe. *ubi supra*, Innoc. tenere oppositum *in cap. postulasti, de foro compet.* Quòd sub verbo *fortè* dicit Alber. esse veriùs; & quòd ad §. *præterea* potest responderi, quòd ibi non dicitur, quòd civitas non possit imponere legem rebus, quæ sunt in suo territorio; sed dicitur, quòd certæ civitates habent ex privilegio, ut pro possessionibus, quas alii possident in earum territorio, possessores præstent certam quantitatem frumenti: videas de ista quæstione per Cinum, *in L. 1. C. quæ sit longa consuetudo*: & cum de jure Regni interdictum sit populis prohibere istam extractionem frumenti à suis territoriis, & permittatur per Regnum liberè exportari, ut *in L. 2. & 3. tit. 9. lib. 6. ordinam. regii*, procedet quæstio in casu, quo frumentum est necessarium pro civibus, quo casu licitè prohiberi posset asportatio, ut *in L. si quis per di-*

leyes: ca maguer sean de otro lugar non pueden ser excusados de estar á mandamiento dellas, pues que el yerro ficiesen, onde ellas han poder: é aunque sean de otro Señorío, non pueden ser excusados de se juzgar por las leyes de aquel Señorío, en cuya tierra oviesen fecho alguna destas cosas. E si por aventura ellos fuesen rebeldes que non lo quisiesen facer de su voluntad, los Jueces é las Justicias los deben constreñir por premia que lo fagan, así como las leyes deste nuestro libro mandan. Otrosí decimos que está bien al facedor de las leyes en querer vevir segund las leyes, como quier que por premia non sea tenudo de lo facer.

LEY XVI.

Como son todos tenudos de guardar las Leyes.

GUardar debe el Rey (1) las leyes como á su honra é á su fechura, porque recibe poder é razon para facer justicia. Ca si él no las guardase, vernia contra su fecho, desatarlashia (2), é venirlehian ende dos daños: el uno, en desatar tan buena cosa como esta que oviese fecho: el otro que se tornaria á daño comunal del pueblo, é abiltaria á sí mismo, é semejarsehia por de mal seso, é serian sus mandamientos é sus leyes menospreciadas (3). E otrosí, las debe guardar el pueblo (4), como á su vi-

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop. Aut. 1. tit. 1. lib. 2. Recop.

divinam, & ibi Joan. de Plat. *C. de aquæduct. lib.* 11. Et si ista extractio fieret, quia dominus possessionum velit alibi in Regno vendere, non posset, & subjiceretur statuto; quia potiùs teneretur vendere civibus justo pretio, quàm alii, per id quod notat Bar. argum. illius legis, *in L.* 1. *C. de metall. lib.* 11. *L. venditor*, §. *si constat*, *ff. commun. præd.* Si tamen dominus velit pro suo victu asportare, tunc fortè posset, argum. *L. præses*, *C. de servit.* & quod habetur *in dicto* §. *constat*: & quia cum fructus sint jam à solo separati, non judicantur pars rei, ut procedat quod statutum teneat ratione rei sitæ in territorio, argum. *L. defuncta*, *ff. de usufruct. & in L. fructus pendentes*, *ff. de rei vindic.* & sic cessant dicta Innoc. *in dicto cap. postulasti*; & quod etiam dicit Paulus de Castr. *in L. jubemus nullam navem*, *col.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* & ex quo pro possessione illa contribuit in territorio Segobiensi cum cæteris civibus, juxta leges Regni frui debet fructibus suis, sicut cæteri cives, *L. secundum naturam*, *ff. de regul. jur.* Et cum in ista L. dicitur de delinquente, quòd subjicitur statuto loci, ubi delinquit, limita per Gloss. *in dicto cap. à nobis* 1. *de sentent. excom.* quando statutum prohibet factum illicitum à jure communi, & damnatum: secus si illud de jure communi non esset illicitum, vide Bald. *in L. jus civile*, *in fine*, *ff. de justitia*, *& jur.* quòd quando statuta inveniunt novam materiam, & formam in delictis, ut de conviviis non faciendis, & de non eundo de nocte, & similia, novitii advenæ non tenebuntur, quia non sunt de genere delictorum: adde eumdem Bald. *in L.* 1. *ff. de legibus*, *versic. et per hoc solvitur quæstio de adven.* ubi similiter distinguitur, an factum aliàs esset illicitum, vel damnatum, seu inculpatum, inter pœnas spirituales, & alias: ita respondens ad ea, quæ habentur *in cap. ut animarum*, §. *statuta*, *de constit. in* 6. Dixit etiam Bald. *in L. data opera*, *col.* 6. *C. qui accus. non poss.* quod quando statuta de nihilo faciunt aliquid, ut cum per statutum invenitur novum genus delicti quoad materiam facti, ut quia dicit statutum, quòd non possent vendi quædam res, vel quòd tricolæ non possint stare prope tabernam, & similia, quæ de jure communi, neque materia, neque forma, neque nomen sit alicujus delicti, tale statutum non ligat advenas, neque novos cives, qui possunt dici Tyrones, & excusantur propter justam ignorantiam.

LEX XVI.

Debet Rex servare legem tanquam facturam suam, & ejus honorem custodire, & populus velut suam vitam & tutelam, & omnes de populo ad legum observantiam tenentur. Hoc dicit.

(1) *Guardar debe el Rey.* Concordat *cum L. digna vox*, *C. eod.* & *Inst. quibus modis testat. infirme. in fine*; *C. de testa*, *L. ex imperfecto*: *L. cum multa*, *C. de bonis*, *quæ lib.* & quòd Princeps teneatur ad observantiam legis, tradit plenè Albe. *in L. Princeps legibus ff. eod.* probans hoc secundùm Theologos, & Philosophos; diversimodè tamen in hoc tenetur legislator, & subditi: nam subditi tenentur necessitate coactionis, legislator sola voluntate promotionis boni communis: nullus enim imperat sibi, vel cogit se ipsum, *L. penult. ff. de arbit.* sic Princeps non propriè dicitur sub lege, sed in lege positus: tantæ enim celsitudini non potest lex imponi, cui Deus & ipsas leges subjecit, Bal. *in cap.* 1. *de aliena. feud. co. fin.* Quid autem in consuetudine, an liget Principem, vide Andr. de Iser *in rubrica de consuetud. rect. feudi*, *in quæst. notab.* de qua ibi per eum, qui vult, quòd obligetur Princeps consuetudine rationabili, maximè si consuetudo talis sit inducta sciente Principe dominante, & dicit Bal. *in cap.* 1. §. *fin. de his*, *qui feud. dar. pos.* quòd bonæ, & naturales consuetudines ligant Principem, vide Bald. *in cap.* 1. *de natur. feud. in princip. & de nova forma fide. in versic. investitura.*

(2) *Desatarlashia.* Tunc enim jura sua ab omnibus custodienda æstimet, quandò & ipse illis reverentiam præbet: injusta est enim Principum auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere patiuntur, *cap. justum est*, 9. *dist.*

(3) *Menospreciadas.* Tenetur legislator vitare illud, propter quod lex sua reddatur suspecta subditis, quibus legem imponit, & statuens legem communem, quam non servat, reddit eam suspectam, quod non sit utilis, vel honesta, probatur *in dicta L. ex imperfecto*, *C. de test.*

(4) *El Pueblo.* Adde *L.* 3. *C. eod.* & *cap.* 1. *de constit.* & si subditi servare nolunt rationabilem constitutionem, compelli possunt per superiorem ad eam servandam, ut hìc & 23. *quæst.* 5. *cap. de Liguribus*, & tenet Archidia. *in* §. *leges*, 4. *distinct. Cardi. in procemio Clementi. in versi. universitati.* Imò & dixit Archid. *in dict.* §. *leges.* quòd si populus non vult obedire legibus rationalibus Principis sui, possunt ad hoc cogi per Papam, qui habet plenitudinem potestatis. Si tamen populus ab initio nollet legem recipere, & contra eam sciente conditore, & valente contradicere, & non contradicente, faceret plures actus contrarios, tunc videtur superior acquiescere illi contraventioni, & inobservantiæ, & lex non ligaret, ita dixit glo. & ibi Abb. *in cap.* 1. *de treuga*, *& pace*, *per tex. in dict.* §. *leges*, & approbant hoc communiter Doct. ut attestatur Felin. *in dict. cap.* 1. *in princip.* qui plures hoc tenentes refert: in lege enim tacitè videtur actum, ut post promulgationem recipiatur, & si non recipitur, superiore sciente & patiente, habetur pro non facta, ex quo superior tolerat, quod non recipiatur: si autem non constaret de scientia superioris, tunc ad inducendum desuetudinem legis non receptæ, ut ipsi præjudicetur, sufficerent decem anni, per quos populus stetit, quòd legem noluit recipere, secundùm Joan. de Imol. & Card. *in dict. cap.* 1. *de treuga*, *& pace*, & Præpo. Alexand. *in dicto* §. *leges*, *versic. Præpositus*, prædicta declarando, dicit: Quòd ultra scientiam, & patientiam superioris, quod lex non recipitur, debet intervenire aliquis actus, ex quo præsumeretur apertè de consensu, & beneplacito superioris: sola enim scientia, & patientia non arguit consensum superioris, cùm multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta essent in judicio, non tolerarentur, *cap. jam dudum. de præb.* ex quo verbo inducitur magna limitatio, & declaratio ad omnia supra dicta. Si enim Princeps esset in reg-

vida é á su pro: porque por ellas viven en paz, é resciben placer é provecho de lo que han. E si lo ansí no ficiesen, mostrarian que no querian obedescer mandamiento de Dios, ni del Señor temporal, é irian contra ellos, é metersehian en carrera de muerte (5), por tres razones. La primera, por desmandamiento. La segunda, por osadía. La tercera, por maldad, mostrándose por malos, que les placia mas el mal que el bien. E por estas razones sobredichas son los Reyes tenudos de las guardar, é todos los otros de la tierra comunalmente. E desto ninguno puede ser excusado por razon de creencia (6), ni de linage, ni de poder (7), ni de honra, ni aun por demostrarse por vil (8) en su vida ó en sus fechos. Ca pues que y es lo que tañe á loor de Dios é acrescentamiento de la Fe; é otrosí, lo que tañe á los Reyes é á los otros grandes Señores, en como deben facer para enderezar su Señorío; é otrosí tambien los de la tierra, cuyo es el pro comunal, é que cada uno rescibe su parte de él, ninguno no puede ser excusado de las non obedecer é las guardar: ca los que non lo ficiesen, errarian contra el fecho de Dios é de los Señores temporales: é seria á daño de sí mismos, é de la tierra, onde fuesen naturales, ó moradores, é por derecho caerian en tres penas. En la de Dios, en la del Señor natural, é en la del fuero de la tierra.

LEY XVII.

Como se deben emendar las Leyes.

Porque ninguna cosa no puede ser fecha en este mundo, que algun enmendamiento (1) no haya de haber: porende si en las leyes acaesciere alguna cosa que sea y puesta, que se deba enmendar, ha se de facer en esta guisa. Si el Rey lo entendiere, primero, que haya su acuerdo con homes entendidos (2), é sa- *Pragmática del principio de la Recop. LL. 3. y 7. tit. 1. lib. 2. Recop.*

regno, & sciret desuetudinem suæ legis, & á subditis non recipi, seu á majori parte populi, & ipse cùm valeat contradicere, & jubere legem servari, & inobedientes puniri, & hoc non facit, satis videtur constare de suo consensu, & beneplacito, quòd lex non servetur. Et ista videtur intentio communis doctorum loquentium in ista materia, & isto modo intelligit etiam Franciscus de Aretio. *consil.* 11. *procedendum est breviter*, *col.* 3. Anton. de Butr. *in cap. quia circa*, *de consanguinitate*, *& affinitat.* Si veró aliqua alia concurrant, ex quibus non ita constaret de ejus beneplacito, imò fortè urgeant in oppositum, quod licet Princeps sciat & tolerat, non tamen sibi placet, quod fit, imò tolerat fortè propter vitandum scandalum, vel alias, tunc recté videtur dictum á Præposito Alexandrino, quòd tunc sola scientia & patientia non sufficiat sine transcursu decennii: & hoc idem videtur voluisse Joan. de Imola *in cap. cum jam dudum. de præb.* ubi postquam retulit dicta Antonii *in dict. cap. quia circa*, dicit Imola, se hoc intelligere, quandò saltem per concursum decennii Princeps, qui sciret non observantiam, hoc toleravit, ut sic ex cursu tanti temporis arguatur ejus beneplacitum, quandò aliàs per actus alios præter tolerantiam non appareret de hoc, & in dubio, ex quo Rex habet notitiam, quòd lex sua non servatur, & non improbat, approbare videtur, *Glos. notabilis in L. quo enim*, *ff. rem ratam hab.* ubi dicit Glos. *quòd non improbare ratificationi par est.* Adverte etiam, quòd quando lex per omnia disponeret idem quod jus Divinum, tunc nihil levaret non receptio legis, neque desuetudine toleretur, neque posset tolli, *cap. fin. de consuet.* Innoc. *in Rubr. de consuet.* Abb. & Doct. communiter *in dict. cap.* 1. *de treuga*, *& pace*, vide Feli. *in* 3. *declaratione*, per quem poteris videre multa alia, quæ per 8. *col.* eleganter cumulavit in ista materia: vide etiam per Jas. *in L. rem non novam*, *C. de judi.* per Præpos. Alexand. *in dict.* §. *leges*, ubi ponit. 4. *conclusiones* in ista materia: vide ibi per eos.

(5) *En carrera de muerte.* Quia in libris Regum legitur: Qui non obedierit Principi, morte moriatur, *cap.* 2. *de majo. & obed.* & tradit Abbas post beatum Thomam, & alios *in cap. nam concupiscentiam*, *de constitution.* quando est certum de mente legis, quod intendit præcipere, tunc certum est, quòd obligat contravenientem ad peccatum mortale, & sic intelligit dictum superius relatum, *Qui non obedierit Principi*, & *cap. quod præcipitur*, 14. *quæst.* 1. aut non constat de mente legis, & tunc si loquitur per verba præceptiva, tunc obligat contravenientem ad mortale; nam resistendo superiori, resistitur Deo, *ad Rom.* 13. *cap. qui resistit*, & *cap. si dominus*, & *cap. Julianus* 11. *quæst.* 3. nisi materia legis non esset necessitativa, quia tunc verba impropriantur, nam verba deserviunt intentioni, non è contrà. Si verò lex loquatur per verba consultiva, seu exortativa, tunc non obligat contravenientem ad peccatum, 4. *distinct.* §. *hæc & si legibus*, & *dict. cap. quod præcipitur*, nisi esset circa consilium reverentiæ, ut notat idem Abb. *in cap.* 1. *de constit. col.* 2. aut loquitur per verba communia, ut statuo, decerno, vel quid simile, tunc non obligat contravenientem, saltem ad mortale: nam sicut non omnis contraventio legis inducit mortem temporalem, ita non debet inducere mortem æternam: item non omnis transgressio mandati Principis est digna morte, sed quando quis non obedierit Principi, inducendo schisma, per id quod habetur *in cap. denique*, 7. *quæst.* 1. Archi. 4. *quæst.* 1. *in summa*, vel quando non obediret in his, quæ tendunt ad vindictam malorum, secundùm Glos. ibi & Joan. de Imol. in *dict. cap.* 2. & adde quæ dixi in *dicta L.* 16. *titul.* 13. 2. *partit.*

(6) *De creencia.* Infideles ergò subditi Principis Christiani tenentur ad observantiam legis ab ipso promulgatæ, ut hìc, & *in leg. Judæi*, *C. de Judæis*; Glos. *in cap. jus Quiritum*, 1. *dist.* Inno. *in cap. quod super his*, *de voto.* Joan. And. *in cap. gaudemus*, *de divor.* qualiter tamen succedant parentibus suis, vide quæ dixi *in leg.* 6. *titul.* 24. 7. *part.* & in hoc juris principio fundatur lex Constantini prohibentis sacrificia, & templa paganorum, *in L.* 1. *C. de Pagan. & templ. eorum.*

(7) *Ni de poder.* Graviora facit vitia sublimitas peccantium, 3. *cap. nulli fas*, 25. *quæst.* 1.

(8) *Vil.* Sed contra *de L. quæ adulterium*, *C. de adult.* ubi vilitas vitæ non sinit quem legum laqueis innodari. Sed responde ut per Glos. & Ang. ibi, quòd ipsa mulier vilis vitæ, non liberatur à pœna legis, sed habens accessum ad eam, quæ meretricio more vivit.

LEX XVII.

Si expediat leges antiquas aboleri, vel mutari, Rex debet id facere de consilio plurimorum sapientum in jure, his qui exprimuntur hìc prius consideratis, & abolita per provincias facere publicari. Hoc dicit cum lege sequenti.

(1) *Emendamiento.* Adde quod habetur *in prœmio Clementina.*

(2) *Con homes entendidos.* Vide *L. humanum*, *C. eod.* & si non servet Rex istam formam, nihilominus tenebit lex, ut per omnes Doctores ibi.

sabidores de derecho, é que caten bien quales son aquellas cosas que se deben enmendar, é que esto lo faga con los mas homes buenos que pudiere haber, é de mas tierras, porque sean muchos de un acuerdo. Ca maguer el derecho buena cosa es y noble, quanto mas acordado es, y mas catado, tanto mejor es, y mas firme. E quando desta guisa fuere bien acordado, debe el Rey facer saber por toda su tierra los yerros, que ante habian las leyes en que eran, é como tiene por derecho de las enmendar: é esta es una de las mejores maneras en que se pueda enmendar. Pero si el Rey tantos homes non pudiere haber, ni tan entendidos, ni tan sabidores, ha lo de facer con aquellos que entendiere que mas aman á Dios, y á él, y á la pró de la tierra.

LEY XVIII.

Como las leyes non deben ser desfechas sin causa razonable, é como se debe esto facer.

Ley 8. tit. 1. lib. 2. Recop. Auto 1. tit. 1. lib. 2. Rec.

DEsatadas non deben ser las leyes, por ninguna manera, fueras ende si ellas non fuesen tales, que desatasen el bien que debian facer: é esto seria si oviese en ellas alguna cosa contra la ley de Dios (1), ó contra derecho Señorío (2), ó contra grand pró comunal (3) de la tierra, ó contra bondad conoscida (4). E porque el facer es muy grave cosa, y el desfacer muy ligera (5), por ende el desatar de las leyes, es tollerlas del todo que non valan, no se debe facer sino con gran consejo (6) de todos los homes buenos de la tierra, los mas honrados, é mas sabidores, razonando primeramente los males que y fallaren, por qué se deban toller; é otrosí los bienes que y son, é que pueden ser. E despues que todo lo ovieren visto, si fallaren que las razones de las leyes tiran mas á mal que á bien, pueden las desatar é toller del todo. E si fallaren que en el bien ha una gran partida, como quier que non iguale con el mal, deben toller la sobejanía del mal, é guardarlo con la bondad del bien, así que la bondad del bien é de la asperedumbre del mal nazca derecho bueno (7), é comunal: onde por todas estas maneras que habemos dichas, se pueden desatar las leyes, é non por otras.

LEY XIX.

En que manera deben ayuntar con estas leyes las que se ficieren nuevas.

Ley 7. tit. 1 lib. Recop. Ley 3. idem.

ACaesciendo cosa de que no haya ley en este libro (1), porque ha menester de se hacer de nuevo (2), debe el Rey ayuntar homes entendidos é sabidores, para escoger el derecho, porque se acuerde con ellos en qué manera debe ende facer ley: é desque lo oviere acordado, débelo facer escrebir en su libro (3), é de sí en todos los otros de la tierra sobre que él ha poder, é Señorío: é las leyes que desta guisa son añadidas é fechas de nuevo, valen tanto

LEX XVIII.

(1) *contra la ley de Dios.* Adde *cap. nulli fas. & cap. sunt quidam, & cap. omne 25. quæst. 1.*

(2) *Contra derecho Señorío.* Potest intelligi, id est, si lex esset contra ea, quæ sunt de supremo dominio Regis, facit *L. legatus, ff. de offic. præsid.* & quæ notat Bart. *in L. prohibere, §. plane, ff. quòd vi, aut clam.* & Bald. *in L. 1. versic. in initio, column. penult. ff. de offic. præfe. urbis, versic. nota tamen*, vel intellige, si aliquid statueret alienando, & totaliter se & regibus expropriando aliqua civitate, vel castro regni, *ut in cap. non liceat Papæ 12. quæst. 2. cap. intellecto, de jurejur. L. 28. titul. 11. 3. part.* tetigi *in leg. 8. titul. 1. 2. part.* allegando consilium Paul. de Castr. 1. *volu. cons. 70.* & per Alexandr. *cons. 24. column. fin. volum. 5.*

(3) *Contra grand pro comunal.* Adde *cap. quæ ad perpetuam, 25. quæst. 1. & cap. erit autem lex 4. distinct.*

(4) *Bondad conoscida.* Nota benè, & adde *cap. omne, 25. quæst. 1. & dict. cap. erit autem lex*, & conferunt, quæ notat Inno. *in cap. inquisitioni, de sententia excom.* cùm tractat de injusto præcepto Papæ, & Abbas *in cap. quod super his, de major. & obed.* & *in cap. cum teneamur, de præbend.* Feli. *in cap. si quando, column. 5. de rescript.*

(5) *Desfacer muy ligera.* Adde *cap. inter corporalia, in principio, de translat. Episc. vel electi.*

(6) *Sino con gran consejo.* Vide *L. in rebus, ff. de const. princ. L. minime, ff. de legibus.*

(7) *Nazca derecho bueno.* Ex duobus contrariis fit optimum temperamentum, ut hìc, & *in L. si servos*, ubi etiam Bart. notat. *ff. de pig. actio.*

LEX XIX.

Leges sunt condendæ cum consilio procerum, & peritorum in jure: & debent inscribi in libro regio, & postea in aliis libris per regnum. Hoc dicit.

(1) *En este libro.* Nota hoc verbum ad ea, quæ dixi *in L. 6. tit. 4. 3. part.* & vide *L. 2. versic. sed quia divinæ res, C. de veter. jure enucleando.*

(2) *De nuevo.* Concordat *cum L. humanum, C. eod.*

(3) *En su libro.* Ad quem recurri posset pro veritate litteræ, si alii depraventur, ut recurritur ad Pandectas, quæ sunt Pisis, ad quas fuit recursum per Bartol. ut ipse testatur *in L. si creditor, §. 1. ff. de distract. pign.* & etiam *in L. si ut certo, §. si duobus vehiculum. column. 4. ff. commoda.* Dicit idem Bartol. quòd perscrutatus est Pandectas, ego homunculus ita depravatos reperi in littera libros istos Partitarum, quòd in multis locis deficiebant integræ sententiæ, & in multis legibus deficiebant plures lineæ, in ipsa contextura litteræ multæ mendositates, ita quod sensus colligi non poterat: in multis una littera pro alia, & ob Dei omnipotentis obsequium, & amorem Patriæ laboravi indefessè antiquissimos Partitarum libros de manu conscriptos revolvens, cum peritis conferens, & dicta sapientum antiquorum, de quibus fuerunt sumpti, considerans, & quantum potui, veritatem litteræ detexi, & suo candori restitui, nullo humano adjutorio concurrente, & ut firmiter credo, cum magis auxilium defecit humanum,

to como las primeras; ó mas, porque las primeras han las usado los homes tan luengo tiempo, que son como envejescidas, é por el uso de cada dia resciben enojo dellas. E otrosí, porque los homes naturalmente cobdician oir é saber, é ver cosas nuevas (4): é porende los que facen las leyes, deben querer el bien é el derecho, que los que ante lo sopieren que lo non destorben, ni lo dañen los que despues vinieren por desentendimiento. E porende debe catar el que face leyes, lo de ante y lo despues. E desque estas dos cosas bien cataren, entenderá luego lo que es de medio: é las leyes que desta guisa ficieren, han de ser puestas con las otras, é aun adelantadas entrellas.

LEY XX.

Porque razon los homes no se pueden excusar del juicio de las Leyes por decir que las no saben.

Ley 2. tit. 1. lib. 2. Recop.

EXcusar no se puede ninguno de las penas de las leyes, por decir que las non sabe (1): ca pues que por ellas se han de mantener, rescibiendo derecho, é faciéndolo, razon es que las sepan, é que las lean: ó por tomar el entendimiento dellas, ó por saberlas él mismo bien razonar en otra manera, sin leer: ca excusa han los homes en sí mismos por muchas de cosas que les contescen, así como enfermedades, ó otras cuitas muchas que pasan en este mundo; pero non se pueden excusar que non envien (2) otros en su lugar, que muestren su derecho: é si non hobieren quien enviar, débenlo facer saber á sus amigos, que en aquel lugar fueren do se ellos han de juzgar por las leyes, que lo razonen, ó lo muestren por ellos, é darles poder como lo fagan: é pues que por sí, ó por sus mandaderos, ó por cartas se pueden excusar, non son ellos excusados por decir que non sabian las leyes: é tal razon como ésta, si la dixeren, no les debe ser cabida.

LEY XXI.

Quales pueden ser excusados por no saber las Leyes.

Ley 2. tit. 1. lib. 2. Recop. Auto 19. tit. 11. lib. 8. Rec.

SEñaladas personas son las que se pueden excusar de non rescebir la pena que las leyes mandan, maguer non las entiendan, ni las sepan al tiempo que yerran, haciendo contra ellas; así como aquel que fuese loco de tal locura, que non sabe lo que se face. E maguer entendieren, que alguna cosa fizo, porque otro home debiese ser preso, ó muerto por ello, catando en como aqueste que diximos, non lo

num, tantò largius successit divinum suffragium, à quo cuncta bona procedunt.

(4) *Cosas nuevas.* Omnia nova placent, *ut hìc*, & *in prima constitutione*, *ff. vete.* §. *itaque*, & ibi notat Bald.

LEX XX.

Nemo excusatur à pœna, prætextu ignorantiæ legis, Hoc dicit.

(1) *Que las non sabe.* Adde *L.* 13. *tit.* 14. 5. *partita*, & hìc, & ibi, & *in L. proxima*: sumatur in hoc *titulus ff.* & *C. de juris*, & *facti ignorantia*, & adde *L. leges sacratissimæ*, *C. eod.* & *L. regula*, *ff. de jur.* & *facti ignorantia*, & *L. constitutiones*, *C. eod.* Leges ergo postquam inclusæ sunt in corpore juris, non licet eas ignorare; item, neque legem novam post duos menses à die publicationis, ut *in authent. ut factæ novæ constitutiones*, & si quis primò eam sciebat, quàm lapsi essent duo menses, tenetur faciendo contra ipsam, argum. *L. fin. ff. de decr. ab ordi. fact.* & *in cap.* 1. *de post. præla.* bonus text. *in cap.* 1. *de concess. præbend. in* 6. item extravagantes publicè notas non licet ignorare, Bal. *in dicta L. leges sacratissimæ*, per quem vide, an in faciente contra legem, præsumatur dolus, vel lata culpa; & quando legis intellectus est dubius, excusatur quis à juris ignorantia: vide Gloss. *in cap. unico*, *in verbo*, *de cætero*, *de postul. præla. in* 6: *dicta L. regula*, & Abb. *in cap. fin.* 2. *notabil. de constit.* & *in cap. pastoralis*, *col.* 3. *de rescript.*

(2) *Que non envien.* Ut instruatur scilicet per peritiores, ut hìc, & *in dicta L. regula*, *vers. sed juris. ff. de jur.* & *fact. ignor.* & ut pleniùs scias quando nocet ignorantia meri juris civilis, distingue: nam aut erratur in judicio ante litem contestatam, & tunc excusat probata causa erroris legitima, *L. is qui se obtulit*, *ff. de rei vindicat. L. de ætate*, §. *Celsus*, *ff. de interrogat. action.* post litem verò contestatam, non excusat, *L. non fatetur*, & ibi Bartol. *ff. de confes. cap. ignorantia*, & ibi Dinus *de regul. jur. in* 6. aut erratur extra judicium, & si tractatur de damno evitando, & tunc excusat, *L. juris ignorantia*, *ff. de juris*, & *facti ignorantia*, Glos. magn. *in dicta lege, regula*, ubi excipit casum *L. error*, *C. ad L. Falcidiam*: dic tamen in hoc latiùs, secundum Salicetum ibi, quòd aut erratur in eo casu, in quo requiritur dolus verus, & tunc ignorantia juris excusat, *L. si quis in gravi*, §. *si quis ignorans*, *ff. ad Sylla.* aut ubi sufficit dolus præsumptus, vel lata culpa, & tunc siquidem illud jus erat publicè notum verè, vel juris præsumptione, ut quia cucurrerunt duo menses à die publicationis, & tunc juris ignorantia non excusat, ut hìc, & *in dict L. constitutiones.* Si verò non esset notum verè, vel juris præsumptione, & tunc excusat, *L. fin. ff. de decret. ab ordin. fac.* Si verò erretur in eo in quo sufficit levis, vel levissima culpa, tunc non excusat, quia ignorantia juris, cum sit lata culpa, est plus quàm levis culpa. Si autem tractetur de lucro, & tunc si cum alterius injuria, ut per usucapionem, non prodest neque toleratur ignorantia juris, sive potuit consulere peritiores, sive non potuit, *dict. L. juris ignorantia*, & *L. si fur*, & *L. numquam*, *ff. de usucap.* Si verò lucrum, de quo tractatur, non sit cum alterius injuria, tunc distingue, aut non potuit consulere peritiores, & excusat toleraturque juris ignorantia, aut potuit peritiores consulere, & non toleratur, neque excusat, *dicta L. regula*, *vers. sed juris*, & ibi notat Gloss. *L.* 2. §. *fin. ff. quis ordo in bonorum poss. servetur*, fallit in casu *L. si duo*, *ff. de acquir. hæred.* & de ratione specialitatis, dic ut ibi: minores tamen, vel etiam milites, vel mulieres excusat ignorantia juris civilis, ut *in lege sequent.* & ibi dicam in *glos.* 8. & dicam etiam, quid si erretur in jure naturali, vel quasi.

LEX XXI.

Excusatur stultus à pœna legis ex factis durante furore, vel insania. Item pupillus minor quatuordecim annis, vel pupilla minor duodecim in delicto carnis excusantur à

lo face con seso, no le ponen tamaña culpa (1), como al otro que está en su sentido. Eso mismo decimos del mozo que fuese menor de catorce años: ó la moza menor de doce, maguer probase fecho de luxuria (2), sol que non lo sopiese facer (3). Estos tales excusados serian de la pena de las leyes, porque no han entendimiento: mas si por aventura fuesen menores de diez años é medio (4), é ficiesen algun otro yerro, así como furto, ó homicidio, ó falsedad, ó otro malfecho qualquier, serian excusados otrosí de las penas que las leyes mandan, por mengua de edad y de sentido. Otrosí decimos, que los caballeros (5) que han á defender la tierra, é conquerirla de los enemigos de la Fe por las armas, deben ser excusados, por no entender las leyes: é esto seria si perdiesen, ó menoscabasen (6) algo de lo suyo, andando en juicio, ó por razon de posturas, ó de pleytos que hobiesen fecho á daño de sí: ó porque hobiesen perdido algo de lo suyo, por razon de tiempo: pero todas estas cosas se entienden, siendo ellos en guerra (7): ca bien es derecho é razon, que aquel que su cuerpo aventura en peligro de prision, ó de muerte, que nol den otro embargo, porque aquello se estorbe; sol que se non meta á estudiar, ni aprender leyes, porque el fecho de las armas dexe: fueras ende si el caballero ficiese traicion, ó falsedad, ó aleve, ó yerro, que otro home debiese entender naturalmente (8) que mal era, no se puede excusar que no haya la pena que las leyes mandan. E esto mismo decimos de los aldeanos que labran la tierra (9), ó moran en lugares do non hay poblado, é de los pastores que andan con los ganados en los mon-

à pœna legis, nec tenentur etiam ex aliis delictis perpetratis infra decimum annum cum dimidio. Item juris ignorantia excusat militem, dum est in armorum usu: & idem in rustico, & pastore. Hoc dicit.

(1) *Tamaña culpa.* Imò nullam, ut *in L.* 9. *tit.* 1. *& in L.* 3. *tit.* 8. 7. *partita*, & in prorsus dementibus, in quibus non cadit dolus, neque culpa, procedunt istæ leges planæ. In stulto tamen, qui aliquid intelligit, tunc stultus in culpa sapiens erit in pœna, *cap. qui ea*, 38. *dist. L. servius*, *ff. quod vi*, *aut clam.*

(2) *Fecho de luxuria.* Adde *L.* 9. *tit.* 1. 7. *partita*, & quæ ibi dixi.

(3) *Sol que non lo sopiese facer.* Id est, solùm quòd non intelligeret malum quod faceret, etsi de facto faceret, & ita non contrariatur *lex* 9. *tit.* 1. 7. *part.* Si ergo esset doli capax, videtur quòd teneretur: vide quæ dixi *in dicta lege* 9.

(4) *De diez años é medio.* Vide *dict. L.* 9. *tit.* 1. 7. *part.* & ibi dicta.

(5) *Los Caballeros.* Concordat cum *L. regula.* §. *si filiusfamilias*, *ff. de jur. & facti ignor. L.* 1. *C. eod. L. fin. in princip. C. de jure delib.* & procedit in milite armatæ militiæ, ut hìc dicitur, & non in milite cœlestis militiæ, secundum Bart. & alios *in dicta lege* 1. neque in advocatis, licet aliàs dicantur militare, secundum Salic. *ibid.* Neque etiam militibus licet ignorare jura contractus, ut notat Bal. *in cap. unico*, *de vassal. qui contra constitut. Lotha.* & *in cap.* 1. *de controv. inter dom. & empt. feud.*

(6) *Menoscabasen.* Etiam respectu lucri procedit, ut & probatur *in dicto* §. *si filiusfamilias.* Neque distinguitur, potuit, vel non potuit consulere peritiores, prout distinguitur in privatis, cum milites in hoc sint privilegiati, ut declarat gloss. notabil. *in* §. *notandum* 1. *quæst.* 4.

(7) *En guerra.* Nota bené, & adde ad ea, quæ dixi *in L.* 49. *tit.* 5. *part.* 5. & vide per Cinum, & Salic. *in dicta lege* 1. *C. de jur. & facti ignor.*

(8) *Naturalmente.* Non ergo militem, neque minorem, puberem, seu alium privilegiatum excusat ignorantia juris naturalis, vel quasi naturalis, ut hìc, & *in authent. ut cum de appellat. cog.* §. *causas*, & *instit. de obligat. quæ ex del. nasc.* §. 1. Gloss. *in L. regula*, *in gloss. magn. ff. de jur. & fact. ignorantia*, *L. si adulterium cum incestu*, §. *stuprum*, & §. *nonnunquam*, *ff. de adult.* Quia jure naturæ, id est ratione insita à natura, quæ cadit in hominem, prout est animal rationale, ista delicta sunt prohibita: de ignorantia verò juris quasi naturalis exemplifica, ut *in lege* 2. *C. de in jus vocand.* & in aliis, ut per Gloss. *in dicta L. regula*, ubi Salic. nititur impugnare illud exemplum de matre, quæ non petiit tutorem filiis, quòd ista non sit ignorantia juris quasi naturalis, cum mulier minor in hoc excusetur, *L. licet*, *C. si advers. del.* & tandem reliquit cogitandum: exemplifica etiam, ut *in L.* 1. *ff. ad Macedon.*

(9) *Aldeanos que labran la tierra.* Rusticus intelligitur, qui est rusticus opere & conversatione, ut hìc tradit Bal. *in L.* 2. *C. de rescind. vend. col.* 5. seu qui quotidie sunt in rure; & vide Joan. de Plat. *in L.* 1. *C. ne rustic. ad ullum obse. devo. lib.* 11. adde Gloss. *in L. athletas*, §. *de rusticis*, *ff. de excu. tuto.* & nota hìc, quòd parcitur rusticitati, *L. si quis in gravi*, §. *si quis ignorans*, *ff. ad Sylla. L. si quis id quod*, *ff. de jurisd. omn. judic. L.* 2. *C. de in jus vocand. L. fin. C. de testa.* & parcitur tantùm in casibus expressis in jure, glos. notab. *in* §. *notandum* 1. *quæst.* 4. per Alexandr. *in dicta L. si quis id quod*, *& in L. justè possidet*, *columm. antepen. & penult. ff. de acquir. posses.* Jas. *in L. fin. C. de jur. & fact. ignorant.* Sed adverte, quia lex ista Partitarum æquare videtur in hoc rusticos militibus, ut excuset eos ignorantia juris, cum dicit: *Eso mismo decimos de los aldeanos*; & sic videtur reprobari differentia, quam inter milites, & rusticos facit Glos. *in dicto* §. *notandum*, *in glos.* 1. *ad finem*, nisi dicas, quòd lex ista loquitur in damno vitando, non in lucro. Sed instabis, quòd secundum hoc nihil specialitatis induceret ista lex, cum nulli noceat ignorantia juris in damno vitando, ut *in L. juris ignorantia*, *ff. de jur. & facti ignorantia*, & tradit Glos. *in dicto* §. *notandum.* Et tamen lex ista Partitarum specialitatem in hoc notat. Sed adhuc poteris respondere, quòd specialitas ista consistat in damno vitando, quando juris ignorantia non esset juris naturalis, vel quasi: nam in casibus quibus noceret aliis ignorantia juris civilis, non noceret militibus, neque rusticis, de quo dixi supra *L. proxim. in glos. fin.* In lucro ergo, cum lex ista nihil dicat, remanebunt jura antiqua, ut militibus etiam subveniatur in lucro, rusticis veró regulariter non, nisi in casibus á jure expressis, ut *in dicta glos.* & sequuntur Doctor. communiter, & intelligendo isto modo istam legem Partitarum, videtur hìc approbari dictum Glos. *in L.* 1. *C. de jur. & fact. ignor.* ut beneficium illius legis loquentis in milite, porrigatur ad rusticum; quamvis Bart. & Doctores communiter reprobent illam Glos. ubi & fatetur Bart. quòd si rusticus in casu illo haberet justam rationem ignorantiæ, posset restitui ex clausula generali: *si qua mihi justa causa videbitur*: lex ista partitarum vult etiam non petita tali restitutione, quando per ignorantiam juris ex omissione exceptionis peremptoriæ læsus esset non opponendo ante sententiam, rusticum juvari: & hoc sive rusticus potuit consulere petitiores, sive non, prout & Doctores in casu *dictæ legis* 1. fatentur in milite, ut tradit Alexandr. *in L. juris ignorantia*, *C. qui admit.* & quia illa distinctio procedit in lucro, non in damno, ut *in L. regula*, *vers. sed juris*, *cum glos. ibi*, *ff. de juris & facti ignorantia*: tu cogita latiùs super his.

montes, é en los yermos: ó de las mugeres (10), que morasen en tales lugares como estos.

TÍTULO II.

Del Uso, é de la Costumbre, é del Fuero.

EMbargar no puede ninguna cosa las leyes, que no hayan la fuerza y el poder que habemos dicho, sino tres cosas. La primera, Uso (1). La segunda, Costumbre. La tercera, Fuero. Estas nascen unas de otras, é han derecho natural en sí, segun en aqueste libro se muestra: ca bien como de las letras nasce verbo, é de los verbos parte, é de la parte razon: así nasce del tiempo uso (2), y del uso costumbre, é de la costumbre fuero (3). E porende queremos en este Título decir que cosa es Uso, y en qué manera debe ser fecho, é por quales razones gana tiempo, é por quales lo pierde. E otrosi dirémos, qué cosa es Costumbre, é quántas maneras son della, é quien las puede poner, é en qual manera: é qual debe ser ella en sí, é qué fuerza ha para valer, é para obrar: é cómo se puede desatar: é eso mismo decimos del fuero, é mostrarémos en qual guisa este embarga la ley, é en qué la ayuda, é cómo se torna uno en otro.

LEY I.

Qué cosa es Uso.

USo (1) es cosa que nasce de aquellas cosas (2) que hombre dice é face, é sigue continuadamente (3) por gran tiempo (4), é sin embargo ninguno (5).

Ley 1. tít. 2. lib. 7. Recop.

LEY II.

En qué manera ha de ser fecho el Uso.

FAcer se debe uso de manera que sea á pro comunal (1), é sin daño: é no de-

(10) *De las mugeres.* Non dicitur de omnibus mulieribus, sed de rusticis tantùm, ut subdit, nam regulariter mulieres non excusat juris ignorantia, ut *in L. regula, versic. quod in fœminis*, & ibi Glos. *ff. de jur. & facti ignorantia*: *L. fin. C. eod.* Minoribus etiam masculis, & fœminis sucurritur propter ignorantiam juris in contractibus, & in delictis, quæ non proveniunt ex animo, ut *in dicta L. regula*, §. 1. & *in L. si ex causa*, §. *nunc videndum*, *ff. de minor.*

TITULUS II. DE CONSUETUDINE.

(1) *Uso.* Differt ergo usus à consuetudine, ut hìc, quia usus sonat factum, consuetudo jus: ut hìc, & *infra eod. L.* 1. & tradit Alber. post. Pet. *in lege, de quibus*, *ff. de legib. column.* 9. *in princip.* Testis ergo ad probandam consuetudinem debet deponere de usu, & si simpliciter diceret esse consuetudinem, non probaret: vide per Alex. *consil.* 45. 2. *vol.*

(2) *Del tiempo uso.* Concurrit enim tacitus populi consensus, qui elicitur ex diuturno usu, ut *in L. de quibus*, *ff. de legibus.* Sicut in præscriptione rei corporalis jus adquiritur ex diuturno usu, *L. si quis diuturno ff. si servi. vend. L. hoc jure*, §. *ductus aquæ*, *ff. de aqua, quot. & æstiva*: Alber. *in dicta L. de quibus*, *column.* 3.

(3) *Fuero.* Vide *infra eod. L.* 7.

LEX I.

Usus in hac materia consuetudinis, est id quod oritur ex dictis & factis, quæ homines populi dicunt & faciunt, sequunturque continuatim longi temporis spatio, metu vel coactione aliqua non interveniente. Hoc dicit.

(1) *Uso.* Describit hìc usum, prout attinet ad materiam consuetudinis, quam tractat in hoc titulo, & concordat cum *cap. mos est*, 1. *dist.* & loquitur de usu populi, vel majoris partis, non de usu privati: consuetudo enim privati vel patrisfamilias jus non inducit, licèt attendatur interdum ad declarandum intentionem suam in verbis, vel factis à se prolatis, vel gestis, vel ab alio pro ipso, *cap. ex parte*, *de cens. cap. fin. de præbend*: *ff. de lega.* 1. *L. si servus plurium*, §. *si nummis*: *cap. illo vos*, *de pignor.* ubi glos. fin. *L. vel universorum*: *ff. de pign. actio. L. fin. ff. quod cum eo.*

(2) *De aquellas cosas.* Ergo plures actus requiruntur ad inducendam consuetudinem, & non sufficeret unus actus, & sic approbatur opinio Guillemi de Cun. in *L. de quibus*, *ff. de legibus*, & Glos. *in cap. consuetudo*, 1. *dist.* unde nec sufficiet binus actus, nisi ex his resultet tacitus consensus populi; quia consuetudo inducitur ex his, quæ frequenter fiunt *in L.* 1. *C. quæ sit longa consuetudo*, & frequenter fit illud, quod publicè fit, ut *infra eod. L.* 3. & ibi dicam; & relinquitur hoc arbitrio judicis, an duo, vel plures actus sufficient, an ex eis resultet tacitus consensus populi, vel non, & istud magis communiter tenetur per Doctores *in dicta L. de quibus*, ubi Bart. *in repet. col.* 6. Præpos. Alexandr. *in dicto cap. mos est*; vide etiam Bart. *column.* 8. quod non sufficiet, quòd plures actus fierent eodem tempore, sed debent esse tempore successivo.

(3) *Continuadamente.* Si enim populus ante longum tempus dissentiret, non induceretur consuetudo, ut *in dicta L. de quibus*: *in L.* 1. *C. quæ sit longa consuetudo.* Alber. *in dicta L. de quibus*, *col.* 20. Bart. & *in eadem L. col.* 7. *vers. item quæro*, dicit, quòd quando consuetudo adhuc non est perfectè inducta, quia infra decenium non inducitur consuetudo, si sunt tot actus contra consuetudinem, quot pro consuetudine, ut dixit Glos. *in L. cum consuetudine*, *ff. de legibus*, & vide textum *in L. semper in stipulationibus*, *ff. de regul. jur.* & per hoc dicit Bart. quod non est continuatus consensus, *L.* 3. *ff. de usucap. L. quæsitum*, §. *si quis eodem instrumento*, *ff. de fundo instru.* Si autem sunt plures actus pro consuetudine, quàm contra, dic ut per Bart. ibi, & dicetur *infra eodem. L.* 5.

(4) *Por gran tiempo.* Vide *in L.* 5. *infra eod.*

(5) *Sin embargo ninguno.* Si enim intervenerit coactio, non induceretur consuetudo, *L. si privatus*, *ff. qui & à quibus*; & *ff. quod met. caus. per totum*, consuetudines cum violentia præscribi non possunt, Bal. *in cap.* 1. *col.* 3. *de his qui feud. da. poss.* Unde succedit, quòd si per majorem partem populi, exceptis duobus, usitatum sit, quod primogenitus succedat in totum, & quidam primogenitus ante firmatam consuetudinem, volens succedere, compulit istos duos consentire, an per hoc sit vitiata consuetudo. Albert. post Pet. *in dicta L. de quibus*, *col.* 21. movet istam quæstionem, & distinguit, an coactio fiat per judicem per viam jurisdictionis, an per privatum, primo casu dicit, non vitiari consuetudinem, ut *ff. de leg. L. cum de consuetudine*, sic ibi poteris videre per eum: quod enim facit judex, totus populus facere videtur, cum judex sit auctoritate populi præpositus, *L.* 2. §. *omnia*, *C. de veter. jur. enucl.* Bart. *in L. de quibus*, *in repetitione*, *col.* 8.

LEX II.

Usus in populo introduci debet sine damno, & pro communi utilitate: & non debet fieri furtivè, nec clam, sed publicè, ita quòd homines periti populares sciant & assentiant. Hoc dicit.

(1) *A pro comunal.* Conveniunt namque lex, & consue-

debe ser fecho á furto, ni escondido (2): mas en manera que lo sepan, é se paguen los que fueran conoscedores de razon, é de derecho (3).

LEY III.

Por quáles razones el Uso gana tiempo, é por quáles lo pierde.

LAs razones porque el uso gana tiempo, son en cinco maneras. La primera, si se face de cosa que puede venir bien (1), é *Ley 1 tít. 2 lib. 7 Recop.*

suetudo in causa finali, & sicut lex ad bonum publicum, & communem utilitatem producitur, *L.* 1. *ff. de legib. cap. erit autem lex*, 4. *dist.* & fit ad informationem morum, & decisionem casuum, 4. *distinct. cap. factæ sunt*: sic & consuetudo, secundum Joan. Andr. *in summa*, quam posuit in materia consuetudinis, *in fine tituli, de consuetudine, in novella, in versic. visa, col.* 1. valebit tamen consuetudo universitatis contra jus publicum inter se, licèt non in publicum præjudicium, secundum Joan. Andr. ibi, *col.* 2. per Glos. *in L. neque pignus*, §. *privatorum, ff. de regul. jur.*

(2) *Escondido.* Usus ad inducendum consuetudinem, debet esse publicus. Nam requiritur, ut arguatur tacitus consensus populi, ex quo inducitur, quòd actus fuit palam: unde si quis fecit pontem, vel porticum super viam publicam, quod de jure non licet, ut *in L. fin. ff. de servitut. urb. prædior*: *ff. de flumin. L. fin.* si via erat apud Plateam communis, & multum frequentata, & alius post quinquennium fortè fecit idem, & populus acquievit, & non contradixit, ex istis actibus concurrente diuturnitate temporis inducitur consuetudo. Si tamen isti porticus facti essent in via publica, tamen valde singulari, ita quòd vix per eam transeunt quinque de populo in anno, tunc ex tali bino actu, non potest dici, quòd resultet tacitus consensus populi, cum ignoret, *L. Labeo, ff. de aqua pluv. arcend. cap. si aliquando, de sentent. excommun. L. palam, in princip. ff. de ritu nupt.* tradit. Joan. Andr. *ubi supra, col.* 4.

(3) *Conoscedores de razon é de derecho.* Id est habiles ad inducendam consuetudinem, non infantes, non furiosi, vel similes. Item mores, seu usus mulierum, non inducunt consuetudinem, quia non possunt mulieres condere legem, *L.* 1. & ibi Bart. *ff. de legibus.*

LEX III.

Quinque modis introducitur consuetudo. Primus, si fiat, de re, ex qua bonum potest sequi. Secundus, si fiat publicè & cum consilio. Tertius, si fiat cum omnium voluntate majorum & minorum. Quartus, quòd non fiat contra jura. Quintus, quòd fiat mandato vel permissione domini. Hoc dicit.

(1) *Bien.* Nam quæ inducerent pravitatem & peccata & absurditates, non causaretur ex eis consuetudo servabilis, 8. *distinct. cap. quæ contra morem, cum sequent. cap. ex parte, cap. fin de consuetud. & in authent. ut nulli jud.* §. 1. Quæ autem consuetudo dicatur rationabilis, vel irrationabilis, relinquitur arbitrio judicis, secundum Host. & Joan. Andr. *in dicto cap. fin.* ubi & Abb. *col.* 4. Glos. *in cap.* 1. *de constit. in* 6. & est communis opinio: & ponderabit judex utrum finis consuetudinis sit bonus, vel malus, an sit contra jus vel præter, & an ex aliqua ratione justa fuit inducta, utrum jus approbet, vel reprobet similem consuetudinem: & consideratis diversis rationibus, potest consuetudo esse rationabilis, etiam contra legem rationabilem, tradit & exemplificat Abb. *ubi supr.* & ubi per pactum, & consensum partium, potest legi contraveniri, poterit & per consuetudinem, secundum Joan. Fab. *in* §. *ex non scripto, instit. de jure natu. gent.* ubi infert contra Hostiens. quòd valebit consuetudo, quæ dat jus pignorandi auctoritate propria, cum possit hoc pactum partium, *L.* 3. *C.* 3. *de pignor.* valebit etiam consuetudo, per quam interdicitur, quòd canonicus non habeat vocem in capitulo usque ad certum tempus, contra notata per Hostiens. *in summa, de consuetud.* §. *fin.* Non tamen valebit consuetudo, quòd delictorum punitio reducatur ad emendas pecuniarias, cum hoc sit contra bonum justitiæ, secundum Joan. Fab. *ubi supra*: & adverte, quòd Glos. allegatur *in L. domini prædiorum C. de agric. cens. lib.* 11. quod si consuetudo mala roboretur rescriptione temporis, cujus initii non est memoria, vel saltem triginta annorum, tenebit consuetudo, quam glos. dicit non esse alibi Cardin. *in dicto cap. fin.* & facit ad hoc quod habetur *in L. quod non ratione, ff. de legibus.* Dicit tamen idem Cardin. quòd si consuetudo in tantum sit mala, quòd inducat peccatum, tunc non valebit, etiam de jure civili, per notata *in cap. fin. de præscript. & in dict. cap. fin. de consuetud.* Si verò non inducit peccatum, licèt sit contra rationem, valebit in suo casu, secundum eum, per *dict. L. quod non ratione*, si sit præscripta spatio decem annorum, per *L. si cum fideicommissa*, §. *Aristo, cum simil. ff. qui & à quibus*: sed si est præscripta tanto tempore, quòd non sit memoria de contrario, tunc valebit secundum eum, etiam ad alios casus; quia ex tanto tempore factum, quod erat injustum, censetur justum, *cap.* 1. *de præscript. in* 6. & propter authoritatem Glos. *in dicta L. domini prædiorum*, potest dici secundum eum, quòd sufficiat tempus 30. annorum: hoc tamen jure non probatur secundum eum, & cum dictis Cardin. transit Joan. de Imol. *in dicto cap. fin. de consuetud. col.* 4. præterquam in eo quod extendatur mala consuetudo ad alios casus: in hoc enim vult, quòd non extendatur, etsi sit præscripta tempore immemoriali, per ea quæ habentur *in dicta L. quod non ratione*; inclinat etiam se Cardin. post Anton. de But. quòd licèt de jure civili mala consuetudo dicto tempore roborata procedat in casu suo, non tamen procedet de jure canonico, per text. *in dicto cap. fin.* qui simpliciter requirit, quòd consuetudo sit rationabilis. Adverte, quia illam glos. *in dicta L. domini prædiorum*, refert pro not. & sequitur Bald. *in cap.* 1. *in princip. qualiter feud. alien. poss.* ubi per illam glos. vult, quòd quando consuetudo non sit per legem reprobata, potest mala consuetudo præscribi 30. annis; illam etiam glos. allegat, & sequitur Paul. de Castr. *in L. de quibus, ff. de legibus*, Alexand. *consil.* 68. 2. *vol. consil.* 5. *col.* 4. 5. *vol.* Joan. tamen de Plat. *in L. domini prædiorum*, tenet contra illam glos. dicens, quòd mala consuetudo nullo potest tempore robari, allegat *dict.* §. 1. *in authent. ut nulli jud.* & ad illam L. respondet, quòd in casu illo non erat mala consuetudo, ut patet ex *prima lectura* per eum ibi posita. Ego in contingentia facti vidi disceptari super illa glos. cum esset lis inter divites, & pauperes homines cujusdam oppidi, super modo contributionis circa servitia & tributa regalia. Nam allegabatur ex parte divitum consuetudo longissimo tempore roborata, quòd posteaquàm quis in facultatibus ascenderet usque ad certam summam, contribueret in tantum, & quantumcumque excrescerent postea facultates ejus, nihil amplius solveret; qui verò non ascendebant usque ad dictam summam, quòd solverent per æs & libram pro modo facultatum, & pronuntiatum fuit contra consuetudinem. Bene verum est, quòd concurrebant alia contra modum quo inducta fuit consuetudo. Fortè esset dicendum, quòd si consuetudo non inducat peccatum, sit tamen aliàs mala quia contra jus, habeat tamen aliquam causam rationabilitatis, juxta id quod dixi *supra* secundum Abb. quòd talis consuetudo roboretur ex præscriptione 30 annorum, & idem si casus consuetudinis posset pacto partium expresso provideri, ut etiam dixi. Si verò consuetudo non solùm esset contra jus, verùm ita irrationalis, quòd nihil bonæ rationis pro se habeat, quòd tunc non roboretur tempore, etiam si aliàs esset materia, in qua ex pacto singulares de universitate sibi possint præjudicare; quia cum ex tali consuetudine resultet publicum præjudicium civibus posteà ibi habitantibus, non videtur, quòd consensus tacitus elicitus ex consuetudine in re ita irrationabili illis debeat præjudicare, & ita arbitror de consuetudine prædicta contra pauperes in favorem divitum inducta, quæ nihil habet rationabilitatis, & est contra jus, quo disponitur, ut imponatur collecta secundum facultatem cujusque, juxta notata per Bart. *in lege* 1. *C. de mulieribus in quo loco, lib.* 10. imò & de jure Divino hoc videtur fuisse jussum, ut patet in Evang. Lucæ *cap.* 12. *v.* 48. ibi: *omni autem, cui multum datum est, multum quæretur ab eo*; *& cui commendaverunt multum, plus petet ab eo*: & in libro Numerorum *cap.* 35. *v.* 8. ibi: *ipsæque urbes, quæ dabuntur de possesionibus filiorum Israel, ab his qui plus habent, plures auferentur, & qui minus,* pau-

é no mal: así como ya diximos. La segunda, que sea fecho paladinamente é con gran consejo (2). La tercera, que aquellos que del usan que lo fagan á buen entendimiento (3) é con placer de aquellos en cuyo poder son (4), ó de otros (5) sobre que ellos han poder. La quarta, si non va contra los derechos establescidos (6), non seyendo primeramente tollidos. La quinta, si se face por mandado del Señor que ha poder sobre ellos, ó de acuerdo que ellos hayan entresí, entendiendo que viene ende gran pro, luego consintiéndolo el Señor, y placiéndole (7): é este tiempo que gana, es en dos maneras. La primera es en tiempo pequeño non podiendo el uso excusar (8). La segunda en tiempo grande segund la bondad

pauciores: singuli juxta mensuram hæreditatis suæ, dabunt oppida Levitis: & saltem procedet hoc quando consuetudo non esset de tempore immemorali. Illa enim glos. quatenus disponit de 30 annis, jure non probatur, ut dicit Cardin. ad quod etiam confert quod dixit Anton. de Butr. & retuli supra, quòd non procederet de jure canonico, quod simpliciter requirit, quòd sit rationabilis; unde neque procedet de jure isto Partitarum, quo idem requiritur.

(2) *Con gran consejo.* Id est, non per errorem, sed ex certa scientia, *L. quod non ratione, ff. de legib.*, *cap. consuetudo*, 8. *dist.* qui errat non consentit, *ff. de jur. omni. jud. L. si per errorem, cap. quamvis* 38. *distinc.* in quo dic, ut communiter Doctor. dicunt, quod aut erratur in consuetudine inducenda, & tunc non inducitur per errorem, exemplum, ut si populus utitur consuetudine, quia sic credit legem velle, cum lex disponat oppositum, tunc non inducetur consuetudo contra legem, secùs si non erret populus in consuetudine inducenda, sed in causa consuetudinis, quia tunc valebit: sicut videmus, quòd transfertur dominium, licèt erretur in causa, qua traditur: *L.* 1. *ff. de cond. indeb.* hæc sunt ex verbis Bar. *in L.* 2. §. 1. *ff. de suppell. legat.* Joan. de Imol. *in cap. fin. col.* 4. *de constitut.* & ut dicit Imola ibi, hoc videtur clarum, quando errant in causa impulsiva, arg. *L.* 1. §. *casum, ff. de postul.* sed si erretur in causa finali, Doct. magis communiter videntur velle, quod tunc non valebit consuetudo. Imola verò dicit, quòd sive erretur in causa impulsiva, sive in causa finali, non vicietur consuetudo. Mihi videtur durum, quòd error in causa finali non impediat consuetudinem; cùm leges tam juris communis, quàm istæ Partitarum ita exigant certam scientiam populi in inducenda consuetudine, & ubi est talis error, non est consensus populi in ipsa consuetudine inducenda; & ubi est talis error, ipse etiam Imola fatetur vitiari consuetudinem. Pono exemplum, quod ponit etiam Alber. post Guillel. *in dicta L. de quibus, col.* 20. *núm.* 32 quidam habebat dotem, & bona paraphernalia, allegabat consuetudinem, quod debeat lucrari dotem & bona paraphernalia, & ita retinuit paraphernalia tanquam dotalia, & ita plures fecerunt per 30 annos, populo sciente & credente tantum esse dotalia omnia bona; nam tunc non inducitur consuetudo, quia non est consensus: & adverte quòd si à principio intervenit error, postea scientia, inducetur consuetudo à tempore scientiæ, non verò quando semper fuit error, ita declarat Joan. Fab. in §. *ex non scripto, Instit. de jur. natur. col.* 3. & ibi etiam dicit, quòd non præsumitur error in populo, ubi tot probati sunt, arg. *L. omnium, C. de testam.* Si verò accipias errorem, non quia ibi deficiat consensus ad consuetudinem inducendam, sed quia caret causa, & ratione id quod inducitur per consuetudinem, tunc non vitiat error talis, ut in exemplo de ponente manum ad plaustrum, de quo per Glos. *in dicta L. quod non ratione.*

(3) *A buen entendimiento.* Id est, non errantes, ut supra dictum est.

(4) *En cuyo poder son.* Forte hoc dicit pro magistratibus, & judicibus, quorum jurisdictioni cives subsunt. Vide Alber. *in dicta L. de quibus, ff. de legib. num. decimo septimo.*

(5) *Ó de otros.* Nam si ex actibus judicum consuetudo inducatur, debet esse cum consensu saltem tacito populi, ut in consuetudine, quæ inducitur ex sententiis judicum, tradit Joan. Andr. *in dicta summa, versicul. visa. col.* 7. *versic.* 6. *an judex*, ubi quid si contrariæ sententiæ sint prolatæ, & an ex sententia arbitrorum inducatur consuetudo, & per Alber. *in dicta L. de quibus, num.* 22. 23. 24. & 25. 26. & 27. & 28. & 29. ubi plures quæstiones in ista materia ponit, & vide Bar. *col.* 7. 8. & 9.

(6) *Contra los derechos establescidos.* Non ergo tenet consuetudo contra jus, etiam positivum, ut hìc habes, & *in L.* 2. *C. quæ sit longa con.* & *cap. consuetudinis*, 11. *distinct.* in contrarium videtur *L. de quibus, ff. de legib.* & *cap. fin. de consuetud.* Doctor. magis communiter tenent, quòd valeat consuetudo contra jus positivum per *text. in dict. cap. fin.* & *dicta L. de quibus*, dummodò à lege non sit reprobata consuetudo, vel non sit contra publicam utilitatem, vel contra libertatem Ecclesiæ, ut latius tradit Bart. *in dicta L. de quibus, col.* 2. & 3. ubi & Jaso. 18. *col.* quos vide; quod & procedet de jure isto Partitarum, dummodò talis consuetudo inducatur contra legem de consensu, & beneplacito Regis, *ut infra ista l.* & *l.* 6. *infra eod.* si verò Rex ignoret, vel contradicat, non potest induci consuetudo contra legem, ut statim dicam, & dixi *supra títul.* 1. *in leg.* 12.

(7) *Consintiéndolo el señor, é placiéndole.* Approbat opin. Joan. & Azo. & Acursi *in L.* 2. *C. quæ sit longa cons.* & Inno. *in rubr. de consuet. col.* 2. *ad fin.* quem etiam sequitur Ang. *in L. de quibus, col.* 1. *ff. de legibus* Etiam Lucas de Penn. referens Joan. And. *in rub. C. de decret. decurio. lib.* 10. cum enim violare statuta regum sit peccatum, 25. *quæst.* 1. *cap. violatores*, requiritur, quòd consuetudo inducatur de voluntate illius, qui novam legem, & novam consuetudinem inducere potest, neque sufficiet toleratio simplex, ut hìc innuitur, & notat Innoc. *ubi supr.* & Ang. *in dicta leg. de quibus, per cap. cum non ignores*, & *cap. cum jam dudum, de præben.* ista etiam fuit opinio Placent. quia cùm hodie solus Princeps faciat legem, ut supra, *títul.* 1. *L.* 12. ideo consuetudo non valebit, nisi inducta sit de conscientia Principis, & si scit consuetudinem, & non improbat, videtur in dubio approbare, vide quæ dixi *in L.* 16. *supra tít.* 1. *in glos. super parte, el pueblo*, & limita & intellige, quando consuetudo esset contra legem, seu aliàs in casu, quo populus non haberet auctoritatem statuendi, quia tunc neque habet potestatem consuetudinem inducendi, quia ista procedunt à pari, ut *in dict. L. de quibus*, notat Bald. *in authen. omnes peregrini, C. communia de succesion.* ubi verò populus posset statuere sine Principe, ut in administratione rerum suarum, super pascuis publicis, vel aliàs, non esset necessaria scientia, vel beneplacitum Principis, & ita procedunt dicta illorum, qui volunt ad inducendam consuetudinem non requiri scientiam Principis, qui moventur per text. *in cap.* 1. *de constit. lib.* 6. ubi dicitur, quòd Papa præsumitur ignorare consuetudines; quod non esset verum, si ad esse consuetudinis requireretur ejus consensus. Et isto modo reducentur ad concordiam opiniones, de quibus per Abb. *in dict. cap. fin. col.* 8. *versic. quartò requiritur*, & per Præpos. Alexand. *in cap. frustra.* 8. *dist.* & per Doctores *in dicta L. de quibus*, ubi videbis quæ tradit Alberic. *num.* 54. qui tamen adhæret suæ opinioni, quòd per *L. omnes populi* fuit data populis potestas statuendi, etiam contra legem, & per consequens consuetudinem inducendi, sed contrarium videtur tenendum, saltem attento jure isto Partitarum, ubi hoc ita, ut hìc, & *in L.* 6. expressum habemus, & dixi *supra titul.* 1. *in leg.* 12. & ideò fortè in casu *dict. cap. final. de consuetudine* exigitur in consuetudine contra jus, quòd sit legitimè præscripta: videlicèt, ut detur intelligi, quòd de Papæ scientia fiat: aliàs non potest dici præscripta, cum sit quasi quædam præscriptio contra jus superioris, ut & tangit Abb. *ubi supr.* Adde Oldra. *consil.* 172. Si tamen esset consuetudo de tempore immemoriali, non esset necesse probare scientiam Principis; *cap. super quibusdam*, §. *præterea, de verb. sig. L. hoc jure*, §. *ductus aquæ, ff. de aqua quoti.* & *æstiva.* Joan. de Imol. *in leg. si publicanus*, §. *fin. ff. de publican.* & *vectigal.*

(8) *Non podiendo el uso excusar.* Ut si propter instantem aliquam necessitatem populus usus fuerit aliquo, & sic modico tempore, non animo inducendi consuetudinem in futurum, *L.* 1. *C. quæ sit long. con.* Glos. *in cap. fin. de consuetud.* ubi Abb. *in* 7. *requisito ad inducendam* *con-*

dad del uso: é por todas estas razones puede ganar tiempo segund la manera del uso, é si ansi non fuese fecho, poderlo hian perder.

LEY IV.

Qué cosa es Costumbre, é quántas maneras son della.

Ley 1. tit. 2. lib. 7. Rec. L. 21. tit. 1. lib. 9. Rec.

Costumbre es derecho (1) ó fuero que non es escrito: el qual han usado los homes luengo tiempo, ayudándose de él en las cosas é en las razones, sobre que lo usáron. É son tres maneras de costumbres. La primera es aquella que es sobre alguna cosa señaladamente, así como en logar, ó en persona cierta (2). La segunda sobre todo, tambien en personas, como en logares. La tercera sobre otros fechos señalados (3) que facen los homes, de que se hallan bien, en que estan firmes.

Ley 9. tit. 5. lib. 3. Rec.

LEY V.

Quien puede poner Costumbre, é en qué manera.

Ley 1. tit. 2. lib. 7. Rec.

Pueblo tanto quiere decir (1) como ayuntamiento de gentes de todas maneras de aquella tierra do se allegan. É desto no sale home ni muger, ni clérigo (2), ni lego. É tal pueblo como este, ó la mayor partida del (3), si usaren diez ó veinte años (4) á facer alguna cosa, como en manera de costumbre (5), sabiéndolo el Se-

consuetudinem, *col.* 9. & adverte, quòd quando de consuetudine facimus mentionem, intelligitur de longa, *cap. Cumana. de election.* Bald. *in leg. binos*, *C. de advo. diver. judic.*

LEX IV.

Duplex est consuetudo, generalis scilicet & specialis. Hoc dicit.

(1) *Es derecho.* Sequitur definitionem Azo. *C. quæ sit long. cons. in summa, ex.* §. *constat*, *Instit. de jure nat.* quam & sequitur Innoc. *in rubr. de consuet.* alias poteris videre per Joannem Andr. *in tractat. consuet. in fin. titul. de consuet.* per Alber. *in leg. de quibus, ff. de legib. num.* 38. ubi & Bart. *in repet. col.* 4. ex ista diffinitione videtur inferri ad quæstion. de qua per Abb. *in dict. rubr. de consuet.* de compromisso facto in arbitros, ut pronuntient secundùm jus, quòd poterunt pronuntiare secundùm consuetudinem, & vide etiam per Abb. *in cap. cum nobis*, 10. *not. de elect.* & quod habetur *in cap. cum venissent*, *de eo, qui mit. in pos. causa rei servan.* Bald. *in authen. sed cum testator, col.* 2. *C. ad L. Falcid.*

(2) *En logar ó en persona cierta.* Adde *L. venditor*, §. *si constat*, *ff. communia prædior.* & quod tradit Joan. Andr. *in additionib. ad Specul. tit. de instr. æditio.* §. *compendiosè*, *col.* 6. *versic. sed numquid dicemus*, ubi tradit de consuetudine certæ progeniei, & per Socin. *cons.* 61. 3. *volum.* Rodericus Suarez *in repet. L. quoniam in prioribus*, *C. de inoff. testam. in* 10. *ampliatione.*

(3) *Fechos señalados.* Vid. *L. an in totum*, *C. de ædifi. priv. cap. Cumana. de elect. cap. cum Ecclesia sutrina. de causa pos. & propriet. cap. fin. de consuet. lib.* 6.

LEX V.

Inducitur consuetudo ex usu populi per tempus decem & viginti annorum, sciente domino & non contradicente, & si dicto tempore bis fuerit per eam judicatum, vel si in judicio contra eam non fuerunt rationes admissæ; vel fuit judicatum pro ea. Item, non debet esse irrationabilis, vel contra jus naturale, seu bonum commune, nec per errorem debet introduci, quia aliàs esset corruptela, & non teneret. Hoc dicit.

(1) *Tanto quiere decir.* Adde *L.* 1. *titul.* 10. 2. *parti.* & quæ tradit Bald. *in leg. etiam, columm.* 3. *C. de execut. rei judic.* & *L. plebs est*, *ff. de verbor. significat.*

(2) *Ni clérigo.* Ergo clerici dicuntur de populo, quod procedit indubiè in materia favorabili, & privilegiata. In materia odiosa appellatione populi non venit clerus, seu non comprehenduntur clerici secundùm Abba. *in cap.* 1. *de vita, & honestat. cleric.* & *in cap.* 1. *de præbend.* & per Felin. ubi dicit hoc communiter teneri *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, columm.* 25. *de constit.* & facit quod consuetudo populi astringat clericos; in quo dicit Oldral. *consil.* 93. incipit: *Magister Ordinis de Alcantara*, *col. fin.* quòd quando est consuetudo patriæ, & communiter respicit laicos & clericos, omnes ligat, non tanquam consuetudo laicorum, imò ut consuetudo clericorum, argument. *cap. cum dilectus, de fide instrument.* & melius *in cap. constitutus, de in integr. rest.* & sic notat Innocen. *in cap. cum dilectus, de consuet.* secùs si esset consuetudo specialis, & propria laicorum: & de consuetudine generali, quòd liget clericos, vide etiam Bal. *in cap.* 1. *de controv. feud. apud par. term.* vide quæ tradit Andr. Tiraquellus *in tract. de utroque retract. fol.* 115. *col.* 4. *& fol. sequenti.*

(3) *O la mayor partida del.* Adde *L. quod major*, *ff. ad municipal.* & quia in talibus major pars statuere potest, *L. aliud*, §. *refertur*, *ff. de regul. jur. cap.* 1. & *fin. de his quæ fiunt à major. part. cap.* si ergo minor pars aliter utatur, non præjudicabit consuetudini, quæ inducitur per majorem partem, ut tradit Bar. *in repet. L. de quibus*, *col.* 7. & si civitas regitur per decuriones, illi representant populum, & possunt inducere consuetudinem, ut notat. Glos. *in rubr. C. quæ sit longa consuet. L. fin. ff. de decret. ab ordi. faci.* Alber. *in dicta rubr. columm.* 5. Item & una pars, seu unum quarterium Civitatis posset inducere consuetudinem, secundùm Alber. *in L. de quibus*, *ff. de legibus*, *num.* 46. & intellige circa ea, quæ spectant ad modum expediendi ea quæ incumbunt ipsi quarterio, non ad decisiones causarum, ut tradit Bart. *in repet. L. omnes populi*, *col.* 3. *ff. de just. & jur.* & an castrum subditum civitati possit habere consuetudinem de per se, Angel. *in dicta leg. de quibus*, *col. pen.* dicit, quòd sic, si civitas pateretur; secùs si civitas vellet prohibere, & revocare, nam posset eo quia castra & villæ debent regi per civitatem, *ut in authent. quibus mod. natu. effi. sui.* §. *si quis ergo*, quod fortè posset intelligi, & limitari, nisi in concernentibus expeditionem incumbentium tali castro de per se, ut dictum est in quarterio civitatis.

(4) *Diez ó veinte años.* Decem sufficiunt, quia cum populus sit semper præsens, non curatur de 20 annis, qui dantur in præscriptione contra absentes; in consuetudine verò tempus est uniforme, scilicet decem annorum, secundùm Joan. And. *in dict. tract. consuetudinis*, *vers. visa*, *col.* 9. & ita communiter tenetur de jure civili secundùm Abb. *in cap. fin. col.* 7. *de consuet.* & idem de jure canonico, quando consuetudo est præter jus, *glos. not. in cap. fin. de consuet. lib.* 6. si verò consuetudo sit contra jus canonicum, requiritur tempus 40. annorum, *ut in cap. fin. de consuet. cap.* 3. *de consuet. lib.* 6. & si consuetudo sit circa reservata Principi, requiritur utroque jure consuetudo immemorialis, *cap. super quibusdam, de verbor. signific.* Abb. *ubi supr.* & incipit currere istud decennium à die primi actus consuetudinis, ex quo devenit in notitiam populi, vel majoris partis. Bart. *in dicta L. de quibus in repe. col.* 7. Angel. etiam *quæst.* 3. Jaso. *col.* 14. Joan. Andr. *ubi supr. in dict. col.* 9. *vers. tertiò quæritur.*

(5) *Como en manera de costumbre.* Id est eo animo ut inducatur consuetudo, vide Glos. *in cap. fin. de consuet.* & præsumitur talis animus, ex quo populus scivit, & non contradixit; non potest tamen ex unico actu quantumcumque notorio dici consensus populi, quia fortè per errorem, & causa vitandi scandali populus prima vice non contradicit, secundùm Abb. *ibi columm.* 9. *versic. septimò requiritur.* Si tamen frequentetur actus, & populus sciat, probatur animus inducendi consuetudinem, & computabitur tempus ex primo actu, ut superius dixi, & ponit Joan.

Señor (6) de la tierra, é non lo contradiciendo, é teniéndolo por bien, puedenla facer, é debe ser tenida, é guardada por costumbre, si en este tiempo mismo fueren dados (7) concejeramente dos juicios (8) por ella de homes sabidores, é entendidos de juzgar, é no habiendo quien gelas contralle: eso mismo seria, quando contra tal costumbre, en el tiempo sobredicho, alguno pusiese su demanda ó su querella, ó dixese que non era costumbre que debiese valer, é el juzgador ante quien acaesciese tal contienda, oidas las razones de ambas las partes, juzgase, que era costumbre (9) de todo en todo, no cabiendo las razo-

Joan. Andr. *in dicto tract. versic. visa*, *col.* 5. exemplum in consuetudine, quòd major natu succedat in totum, ut inspiciatur quot erant præsentes in primo actu, quando succesit major natu. Item quot cum succesit alius, item cum alius, item in clero, & capitulo, cum antiquiores optaverunt præbendas; quia præsentes, & assistentes habentur per consentientibus in his, quæ ad publicam utilitatem respiciunt, *L.* 2. *circa primum*, *ff. ad municip.* Idem tamen Joan. Andr. *in dicto versic. visa*, 13. *columm.* latius ista declarat, & vult, quod & de primo actu, ex quo devenerit in notitiam populi, testes dicant quod venerit in notitiam majoris partis populi; & non sufficiet, quòd testes dicant factum esse actum centum præsentibus, & alii testes deponentes de alio actu dicant, quòd centum præsentibus factus fuit actus alius, & sic de tertio actu: nam licèt ita dicerent, esse potuit, quod iidem fuerint, qui cuilibet ex dictis actibus præsentes fuerunt; & sic non arguetur scivisse majorem partem populi. Oportet ergo de hoc constare, & in talibus, quæ non ita liquidò probari possunt, stabimus conjecturis, *L. non omnes*, §. *à barbaris*, *ff. de re militari*; quidam enim actus facilius veniunt in notitiam populi, quam alii, ut in sententia, quæ lata esset super re magna, & inter magnos, ut tradit idem Joan. Andr. *columm.* 4. *in dict. versic. visa*, & tradit Alberic. *in dicta L. de quibus*, *n.* 22.

(6) *Sabiéndolo el señor.* Vide quæ dixi *supra L.* 3. *in glos. super parte*, *consintiéndolo el señor.*

(7) *Fueren dados.* Videtur ex ista lege, quòd ad inducendam consuetudinem requiratur pluraritas sententiarum, quæ fuerunt prolatæ secundùm consuetudinem, & sic quod non possit aliàs induci consuetudo, & facit *L. cum de consuetudine*, *ff. de legibus.* Bart. tamen *in dicta L. de quibus*, *in repetit. col.* 6. *versic.* 2. *videmus*, refert Doctores communiter tenere, quòd tam ex actibus judicialibus, quàm extrajudicialibus inducatur consuetudo, & ita tenet idem Bart. subdens, quòd in actibus extrajudicialibus requiritur major frequentia actuum, quam in judicialibus, de quo, & exemplis notabilibus poteris videre per Albe. *in dicta L. de quibus*, *num.* 22. & idem tenet Jaso. *in dicta L. de quibus*, *col.* 17. ubi alios hoc tenentes refert: & certè durum esset, ita restringere istam materiam consuetudinis, ut per solas sententias induceretur & probaretur, imò daretur occasio, quod nunquam, vel raró consuetudo aliqua induceretur, si sententiæ essent necesariæ, saltem quando judicaretur contra legem, ut & perpendit Abb. *in cap. fin. de consuetud. col.* 9. *vers. sexto requiritur*, & *in cap. Abbate*, *de verbor. signific.* & quia etiam sine contradictione potest induci consuetudo, ut probat *tex. in dict. L. cum de consuetudine*, in illo verbo, *& ibi posito*, tradit Alber. *in dict. L. in quibus*, *num.* 29. unde videtur ad istam legem dicendum, ut procedat, quando isto modo quis vult probare consuetudinem, scilicet, per actus sententiarum, cum populi vel majoris partis acquiescentia. Si verò non sit iste modus probandi, sed alius, ex quo colligi possit tacitus consensus populi, non excluditur per istam legem. Illud enim, quod inducit consuetudinem, est usus, & mores populi, *ut in dicta L. de quibus*, & *in cap. consuetudo*, 1. *distinct.* & *supra eod. in summa hujus tituli*, & *LL.* 1. 2. 3. & 4. non ergo debet arctari ad sententias tantùm. Ostendit igitur ista lex unum modum inducendi, & probandi consuetudinem, & per hoc non alios excludit.

(8) *Dos juicios.* In omnibus libris de manu scriptis, quos ego viderim, & vidi per multos & antiquissimos, ad istud passum habetur *de treinta juicios arriba*; in libris excussis, dicit *dos juicios*, & ista littera approbata fuit à Regio Senatu, & ita etiam habetur *in libro Peregrinæ in parte, consuetudo*, & huic litteræ consonat opinio Azo. *C. quæ sit longa consuetud. in summa*, *ubi etiam glos.* idem tamen Hostien. *in summa*, *de consuetud.* §. *qualiter* Alber. *in dict. L. de quibus*, *num.* 22. Joan. Andr. *in dicto versic. visa*, *col.* 3. *versic. circa tertium principale.*

Bal. verò *in dict. L. de quibus*, *col.* 6. *versic. sed quæro, an sufficiant duo actus*, dicit quod glossatores dicunt, quod sufficit binus actus: unde si bis fuerit pronuntiatum, & intervenit tempus legitimum, satis est, allegat Glos. *L.* 3. *C. de Episcop. aud.* quæ tamen loquitur in assuetudine delinquendi, quæ facti est improbati: nos loquimur de consuetudine probabili, quæ habeat vigorem legis; & ideo dicunt Doctores secundum eum, quod de numero actuum non potest dari certa regula: possunt enim esse actus multum nominati in populo, & tunc sufficiunt duo actus vallati temporis adminiculo, possunt esse alii actus parùm sciti in populo, & tunc requiruntur plurimi actus. Subdit Bal. ergo in causis gravibus, quæ non dirimuntur sine magno strepitu, & longo certamine, sufficiunt duæ sententiæ, quia perveniunt verisimiliter in notitiam gentis. Sed in causis levibus, & maximè vilium personarum, non resonat ita negotium, neque efficitur notorium; & ideo actus secundum eum, debent esse sæpissimi, & per multas manus ivisse: ita quod sit verisimile, quod populus sciverit, & ratum habuerit: in his enim, quæ tot sunt spectata oculis & tot insinuata sensibus, verisimile est, quòd pervenerint ad notitiam publicam, quia homines sciunt, quæ sæpè fiunt, *L. si tutor*, *C. de periculo tutor.*, & maximè quæ oculis patent, *L.* 1. §. 1. *ff. de fluminibus*, & subdit ibi bonum verbum, quòd probata publica fama, satis sit probata scientia populi, *arg. L. cum quidam*, §. *quod dicit*, *ff. de acquir. hæred.* Vides ergo istud esse arbitrarium prout etiam dixi *supra eo. in lege* 1. unde & refert Hostiens. *in summa*, *de consuetud. versic. quot actus*, quod aliqui dixerunt requiri, quod decies fuisset judicatum: sicut & videmus, quod decem oves faciunt gregem, *L. fin. ff. de abigæis.* Dicendum ergo, quòd ista lex Partitarum limitetur, & intelligatur quando est verisimile, quod tales duæ sententiæ, durante decennio, devenerint in notitiam populi, & intellige de sententiis diffinitivis: nam interlocutoriæ non sufficerent, cum illæ non proferantur cum illa solemnitate qua diffinitivæ, ut in specie tradit Alber, *in dicta L. de quibus*, *num.* 22. quem vide: & procedet etiam, etsi sententiæ sint nullæ, ut tradit Joan. Andr. *in dicto versic. visa*, *col.* 7. Alber. *in dicta L. de quibus*, *num.* 24. Neque exigitur, quòd probetur, quòd tales sententiæ fuerunt executioni mandatæ, nisi constaret, quod intervenit contradictio, cum peteretur executio, ut tradit idem Alber. *in dicta L. de quibus*, *num.* 26. & vide per Bart. *in repet. L. de quibus*, *col.* 8. de utroque dicto: & an sufficient sententiæ arbitrorum, & cum hodie per leges Regni executioni mandentur, videtur, quod sic, ut tradit Joan. Andr. *in dicto tract. versic visa*, *col.* 8. qui tamen dicit, quòd tunc plures sententiæ, quàm alias in judicibus ordinariis requirantur: vide etiam per Bart. *in dicta L. de quibus*, *col.* 9. Et quid si diversæ, seu contrariæ sententiæ producantur? Vide per Bart. *ibidem*, *col.* 7. & 8. & per Joan. Andr. *ubi supra*, *col.* 8. *versic. octavo quæro*, ubi etiam vide, quid si sententiæ proferantur inter non subditos.

(9) *Juzgase que era costumbre.* Vide Azo. *quæ sit long. consuetud. in summa*, & Glos. ibi *in rubric. in fine*, & *in L. de quibus*, & *in L. cum de consuetudine*, *ff. de legib.* Gloss. *in cap. final de consuetud.* Gloss. *in cap. frustrà* 8. *distinct.* ubi Archid. post Vincent. notat, quod consuetudo firmata in contradictorio judicio de cætero servabitur, neque recipietur libellus contra: imò si posteà deducatur in judicium, an sit consuetudo, non est necesse, quòd probetur consuetudo, sed sufficit probare, quòd fuit judicatum in alio judicio esse consuetudinem, & quòd non fuit appellatum: & erit speciale, quòd res inter alios acta aliis præjudicat; adverte tamen ne erres, quòd hoc quòd aliis præjudicat, debet intelligi, quando sententia qua pronuntiatum fuit esse consuetudinem, lata fuit cum legitimo contradictore, veluti cum Syndico civitatis; tunc enim benè noceret toti populo, facit enim tunc jus inter omnes, argum. *L. ingenuum*, *ff. de statu hominis.*

zones de aquellos que lo contradixesen. É otrosí decimos, que la costumbre que el pueblo quiere poner, é usar de ella, debe ser con derecha razon (10), é non contra la Ley de Dios (11), ni contra Señorío (12), ni contra derecho natural (13), ni contra pro comunal (14) de toda la tierra del logar do se face, é débenla poner con gran consejo, é non por yerro (15), ni por antojo, ni por ninguna otra cosa que les mueva, sino derecho, é razon, é pro; ca si de otra guisa la pusieren non seria buena costumbre, mas dañamiento dellos é de toda Justicia.

LEY VI.

Qué fuerza ha la Costumbre para valer.

Prágmatica que principia la Recop. Ley 3. tít. 1. lib. 2. Recop.

FUerza muy grande ha la costumbre, quando es puesta con razon, así como diximos, ca las contiendas que los homes han entre sí, de que non fablan las leyes escritas, puédense librar por la costumbre (1) que fuese usada sobre las razones sobre que fué la contienda, é aun ha fuerza de ley. Otrosí decimos que la costumbre puede interpretar la ley quando acaesciese dubda (2) sobre ella, que ansi como acostumbráron los otros de la entender, ansí debe ser entendida é guardada. É aun ha otro poderío muy grande, que puede tirar las leyes antiguas (3) que fuesen fechas ántes que ella, pues que el Rey de la tierra lo consintiese usar contra ellas tanto tiempo como sobredicho es, ó mayor. Esto se debe entender, quando la costumbre fuese usada generalmente en todo el Reyno; mas si la costumbre fuese especial, estónce no desataria la ley sino en aquel logar (4) tan solamente do fuese usada. É desátase la costumbre en dos maneras aunque sea buena: la primera, por otra costumbre que sea usada contra aquella que era primeramente puesta, por mandado del Señor (5), é con placer de los de la tierra, entendiendo que era mas su pro que la primera, segun el tiempo é la sazon en que la usasen: la segunda, si fuesen despues fechas leyes escritas ó Fuero (6), que sean contrarios della, ca estónce deben ser guardadas las leyes ó el Fuero, que fuéron despues fechas, é non la costumbre antigua.

LEY VII.

Qué cosa es Fuero, é porque ha así nome.

FUero es cosa en que se encierran (1) dos cosas que habemos dicho, uso é costumbre, que cada una dellas ha de entrar en fuero para ser firme. El uso porque

Ley 3. tít. 1. lib. 2. Recop.

min. aliàs verò non faceret jus inter omnes, arg. *L. cum non justo, ff. de coll. deteg.* sed proderit tunc sicut alius actus, si transierit in notitiam populi vel majoris partis, ad inducendam consuetudinem, ita declarat Alb. *in dicta L. de quibus, num.* 22. Ant. & post eum Joan. de Imol. *in cap. fin. de consuetud.* ibi. Imol. *col.* 5. quod tu bene nota ad intellectum & limitationem hujus legis.

(10) *Razon.* Vide quæ dixi *in L. 3. supra eodem, in gloss.* 1.

(11) *Ley de Dios.* Adde *cap. fin. de consuetud.* & *in* §. *his ita*, 6. *distinct.*

(12) *Contra señorío.* Non ergo valet consuetudo contra majoriam Regis, & Regni, seu contra supremam jurisdictionem, ut hìc, & *in L. fin. tit.* 13. *lib.* 3. *ordina. reg.* vid. Glos. *in cap. volumus,* 16. *quæst.* 4. Bald. *in L.* 1. *C. ne rei dom. vel temp. cap.* 2. & ibi Abb. *de cens.* vide quod latè tradit Franc. Balb. *in suo tract. præscript. chart.* 51. *per totam*, & signanter *col.* 3. & Socin. *consil.* 275. *col.* 3. & 4. 2. *volum.* & adde *cap. cum non liceat*, & ibi Doct. *de præscr.* Oldral. *consil.* 172.

(13) *Derecho natural.* Adde *dict. cap. fin. de consuet.* quid si sit contra jus gentium, de quo habetur *in cap. jus gentium*, 1. *dist.* Doct. dicunt, quòd non valet nisi cum causa, & quando versatur in ea publica utilitas; & sic loquitur *L. venditor*, §. *si constat, ff. commun. prædior.* tradit Joan. Andr. & Doct. latè *in cap. quæ in ecclesiarum, de constit.* Joan. Andr. *in dict. tract. consuetud. col. pen.*

(14) *Pro comunal.* Adde *L.* 2. *supra eod.* & vide *L. jus publicum, ff. de pact.* ex causa tamen valet quandoque consuetudo contra jus publicum, auctoritate, & utilitate, ut tradit Joan. Andr. *in cap. fin. de cens. lib.* 6. Abb. *in cap. cum ex offic. col.* 3. *de præscript.*

(15) *Por yerro.* Adde *in eod. L.* 3. & quæ dixi in glos. *in parte : con gran consejo.*

LEX VI.

Ubi lex non disponit, admittitur consuetudo: & consuetudo est legum interpres, & corrigit jus anterius, si est generalis, si specialis, in illo loco dumtaxat ubi servatur, si Princeps scit, ne contradicat intra 10. vel 20. annos. Item tollitur consuetudo per contrariam consuetudinem posteriorem, aut legem. Hoc dicit.

(1) *Por la costumbre.* Nota, quòd recurrimus ad simile consuetudinis, ut per consuetudinem decidatur: concord. *L. de quibus, in princip. ff. de legib.* ubi Bart. *col.* 2. Bal. *col.* 15. & procedit in materia consuetudinis, id est, ubi non tractatur in legibus sed in consuetudinibus, ut in materia feudorum, tunc recurritur ad simile consuetudinis, non ad simile legis: si verò non sit talis materia, tunc priùs recurritur ad simile legis, quàm ad simile consuetudinis, secundum Bart. & Bal. *ubi supr.* & si consuetudo est irrationabilis, non trahitur ad similia.

(2) *Dubda. L. si de interpretatione, ff. de legib. cap. cum dilectus, de consuet.*

(3) *Antiguas.* Concord. *L. de quibus, ff. de legibus, cap. fin. de consuet.* & quod tradit Glos. *in L. nemo,* §. *temporalis, ff. de regul. jur.* & *infra L. proxim.*

(4) *Logar.* Adde Glos. *in dicta L. de quibus*, & *in L. 2. C. quæ sit long. consuet.*

(5) *Del Señor.* Semper repetunt istud verbum istæ leges Partitarum ad ostendendum, populos hodie sine beneplacito Principis non posse inducere consuetudinem, sicut neque possunt condere legem: limita, & intellige ut dixi supra *in L.* 3.

(6) *Fuero.* Id est lex, vel statutum; & adde *L.* 3. §. *divus, ff. de sepul. viol.* & Doct. *in dicta L. de quibus*, & *in L. 2. C. quæ sit long. consuet.*

LEX VII.

Forus dicitur jus ab usu, & consuetudine causatum, quod pro lege servatur, & forus propriè sumptus est generalis, & super his quæ concernunt causarum decisionem: & inde dictus forus à foro, quia publicus est & manifestus. Hoc dicit.

(1) *Encierran.* Forus ergo hìc sumitur pro jure causato a consuetudine, & usu, seu moribus utentium, & concor-

que los homes se fagan á él, é lo amen. La costumbre que les sea así como manera de heredamiento, para lo razonar é guardar: ca si el fuero es como conviene, é de buen uso é de buena costumbre, ha tan gran fuerza que se torna como en ley (2), porque mantiene los homes, é viven unos con otros en paz é justicia: pero hay entre él, é estas otras tanto departimiento, que el uso é la costumbre facense sobre cosas señaladas, maguer sea sobre muchas tierras ó pocas, ó sobre algunos lugares sabidos. Mas el fuero ha de ser (3) en todo, é sobre toda cosa que pertenezca señaladamente al derecho é á la justicia. E por esto es mas paladino (4) que la costumbre, ni el uso, é mas concejero: ca en todo lugar se puede decir, é entender. E porende ha este nombre Fuero, porque non se debe decir, ni mostrar escondidamente; mas por las plazas, é por los otros lugares, á quien quier que lo quisiere oir. E los antiguos pusiéron en latin *forum*, por el mercado do se ayuntan los homes á comprar y á vender sus cosas: é deste logar tomo este nome Fuero quanto en España, que así como el mercado se face publicamente, así ha de ser el fuero paladino é manifiesto.

LEY VIII.

Como se debe facer el Fuero.

Fecho debe ser el fuero (1) bien é complidamente, guardando en todas cosas — *Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop.*

cordat cum *L. de quibus, ff. de legib.* Sed contra, quia ipsa consuetudo dicitur jus, ut probatur *in §. constat*, & *in §. ex non scripto*, & *in §. et non in eleganter, instit. de jure nat.* & *L. fin. C. quæ sit longa consuet.* & *in dicta L. de quibus, versic. inveterata*, respondendum secundum Alber. *in dicta L. de quibus*, *n.* 12. quòd aliquando consuetudo assumitur ut factum ex moribus utentium, ex quo jus resultat consuetudinarium, & ita sumitur hìc, & *in dicta L. de quibus.* Si verò assumas virtualiter pro eo quod resultat ex facto, & tunc est idem quod ipsum jus consuetudinarium; & sic procedit *versic. inveterata*, & *alia jur.*

(2) *En ley. Cap. consuetudo.* 1. *dist. L. de quibus, ff. de legibus*, *L. fin. C. quæ sit longa consuet.*

(3) *Ha de ser.* Nota hìc, quòd forus propriè est generalis, & super his quæ concernunt causarum decisionem, ut patet etiam ex foro legum, impropriè tamen forus municipalis dicitur etiam forus, ut forus municipalis de Sepulveda.

(4) *Paladino.* Facit, quòd leges fori Castellæ non indigeant probatione, quòd sint in usu; imò ei qui earum desuetudinem allegaverit, incumbat probatio, quòd non sint in usu: ad quod facit procemium *dictarum legum fori in fine*, ubi Rex Alphonsus, qui & istas leges Partitarum promulgavit, jubet forum illud ab omnibus observari. Item, quia videmus in consuetudinibus feudorum, de quibus *in libro feudorum*, idem servari, & non indiget probatione, quòd sint in usu, ei qui allegat dictas consuetudines feudales in libro illo contentas, ut tradit Andr. de Iser. Bal. Jacob. Alv. Mart. Laud. *in præludiis feudorum*, & novissimè Francischinus Curtius latè hoc fundans *in suo tractatu feudal. in princip.* Item, ut hìc habetur, de natura fori est, quòd sit notorius & manifestus, & consuetudo notoria non eget probatione, *authent. jubemus*, *in verbo*, *moribus consonantem*, & ibi notat Bal. *C. de judic.* subdens, quòd judex tenetur supplere in his, quæ sunt notoriæ consuetudinis, prout supplet in his, quæ sunt juris: idem Bal. *in L. filiusfamil. §. veterani, ff. de procur.* allegans Glos. *in L. 1. C. qui, & adversus quos*, dicit etiam Joan. And. *in cap. fundamenta, de elect. lib.* 6. quòd illa consuetudo, qua filios fratris nepotes appellamus, non eget probatione tamquam sit notoria. Istam quæstionem non allegatis prædictis movet Roder. Suar. *in commento suo super procemio fori*, qui motus ex *L. ordin. de Alcala*, quæ est *lib.* 1. *tit.* 4. *L.* 4. *in ordin. reg. & in princ. legum Taur.* cum dicit: *Mandamos que los dichos fueros sean guardados en aquellas cosas que se usáron.* Jubentur ergo servari, quatenus usu sint servatæ, & aliàs non, & ita servatur in practica; sed est difficultas, cui incumbat onus probandi usum talis legis fori, in quo idem Roder. *ubi supr.* se resolvit, quòd ei, qui allegat pro se aliquam legem fori, illi incumbat onus probandi, illam in usu esse observatam: movetur *ex dict. L. ordin de Alcala*, & *ex L. 1. cum gloss. C. quæ sit longa consuet.* ubi Baldus, & Salic. & Bald *in L. generaliter* la 2. *C. de Episcop. & Cleric.* & quia consuetudo consistit in facto, & facta sunt probanda, quia peritissimos fallunt, *L. 2. C. de juris, & facti ignorantia*; & quia est indubitata, & communis conclusio, quòd alleganti consuetudinem incumbit onus probandi: & cum ad esse legis dicti fori requiratur usus, & sic factum, necessariò talis usus cum sit factum, & qualitas à jure requisita, probanda est, & ita observari dicit & practicari: & fiunt semper articuli qualiter lex Fori super qua pendet lis, observatur in usu: subdit tamen notabile verbum, quòd iste usus quoad leges Fori, non sit probandus eo modo quo usus consuetudinis, quia si aliud diceretur, omnes leges dicti Fori essent quasi pro non scriptis, si nullam vim haberent, nisi vigore consuetudinis: & sic tamen oportet probare usum, non tamen cum qualitatibus illis, quibus debet probari consuetudo, allegat dictum not. Bart. *in L. 2. C. quæ sit longa consuet.* cum tradit de medio probandi consuetudinem, seu usum consuetudinis, de qua in glos. *in L. dos à patre profecta*, *C. solut. matrim.* & satis placet hoc, quia aliàs nullus fuerat effectus redigendi in scriptis dictas leges Fori: & quia *L. ordin. de Alcala* tantum exigit, quòd adhuc sint in viridi observantia: subdit etiam quòd quando est talis lex Fori, cujus observantia est notoria, quòd non indiget tunc aliqua probatione usus; & benè conferunt, quæ supra dixi, & idem esset dicendum, ubi apparet per alias leges Regni, quòd provident aliquid circa talem legem Fori: ut habetur super lucris constante matrimonio, & super retractu per consanguineum proximiorem, & super arris, vel aliàs, prout est *in legibus Ordin. & legibus Taurinis*: nam satis ex hoc constat tales leges fori validatas, & approbatas per Reges; & isto argum. usus est Franciscus Curtius prout refert ejus nepos ex fratre vel sorore, dictus Francischinus Curtius, *ubi supra*, ad probandum, approbata fuisse per Imperatores capitula consuetudinum feudorum: nam Princeps disponens circa personam, vel actum invalidum, dicitur approbare, *L. quidam consulebant, ff de re jud. L. idem Ulpianus, ff. de excut. tutor.* unde arguit, quòd multi Imperatores habuerunt notitiam dicti libri feudorum, & circa illum disposuerunt, prout dicit constare ex infinitis privilegiis concesis ad legitimandum spurios, & naturales, in quibus expresse derogant, *cap. naturales*, *si de feud. fuer. controv.* limitat etiam Roderic. *ubi supra*, nisi fortè casus, qui à lege Fori est decisus, non accidisset, quia tunc non tolletur effectus talis legis: & subjicit, quòd sufficeret probare saltem ex fama, & præsumptione, quòd testes non recordantur tale negotium occurrisse in civitate, nam tunc impossibile esset probare usum, ex quo numquam accidit, & ita dicit limitandam *L. ordin. de Alcala.* allegat notata per Bald. *in L. de quibus*, 9. *col. ff. de legibus*, *in quæst. an ex non actibus inducatur consuetudo*, & alia quæ ibi poteris videre; quæ tamen non multum urgent. Et dato quòd ista limitatio foret vera, deberet probari, ut dictum est, non solùm quòd casus non venit in civitate, verùm neque in Regno; quia si alibi venit de illo est probandum. Prætereà, & limitari deberet ista limitatio, nisi talis casus esset decisus per istas leges Partitarum, tunc enim usu legis Fori probato, per istas leges deberet decidi, quas & post librum Fori condidit iste Rex Alphonsus Serenissimus, ut habetur in sua Chronica; *L. non est novum, ff. de legibus*: *cap. 1. de constit. lib.* 6.

L E X VIII.

In foro condendo, seu in scriptis redigendo, attendi debet quod hìc exprimitur. Hoc dicit.

(1) *El fuero.* Fortè Lex ista potest intelligi de statutis

sas razon é derecho, é egualdad é justicia. E débese facer con consejo de homes buenos é sabidores, é con voluntad del Señor, é con placer de aquellos sobre que lo ponen. E esto se entiende de los homes de buen entendimiento: catando mas el pro comunal de todos, é de la tierra en que han de morar, que non la suya: é que non sean cobdiciosos, ni soberbios, ni de mala voluntad, ni hayan desamor unos con otros miéntra lo ficieren. E quando así fuere fecho, puédenlo otorgar, é mandar, por todos los logares que se ficiere, que se tenga: é desta guisa será así como ley.

L E Y IX.

Como se puede desatar el Fuero.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop.

MAl é bien son dos cosas muy contrarias que siempre la una estorba á la otra, é la desata quanto puede; ansi que quando el mal ha mayor poder é mayor fuerza, vence al bien, é pugna en desatarlo: eso mismo face el bien, quando puede mas: salvo que el bien ha tanta de ventaja, que es mas noble en su poder (1). E por ende así como en el derecho yace todo bien, así en el tuerto yace todo mal. E porque la maldad es cosa aborrescedera, porende la bondad ha poder con derecho de la desatar siempre. Onde como quier que el fuero sea fecho para venir ende todo bien; si por aventura, de comienzo no fué catado porque el bien sea y mucho escogido, ó seyendo escogido, non usan del como deben, non catando y lo de Dios complidamente, ni lo del Señor natural, ni el pro de la tierra: por cada una destas razones debe ser desfecho (2). E quando el uso, é la costumbre, é el fuero, que dicho habemos, fuere tal, puede llegar á tiempo, seyendo sabido é conoscido, porque se pueda enmendar. E quanto mas dura, é lo usan, tanto peor es (3). E demas vienen ende dos cosas: la una, que se da por flaco é por desentendido aquel que lo debe tirar, é lo sufre: la otra, porque resciben pérdida é daño aquellos que lo usan.

TÍTULO III.

De la Santa Trinidad, é de la Fe Católica.

LL. del tit. 1. lib. 1. Recop.

COmenzamiento de las leyes, tambien de las temporales como de las espirituales, es esto: que todo Christiano crea firmemente (1), que es un solo verdadero Dios (2), que non ha comienzo (3), ni fin, ni ha en sí medida (4), ni mudamiento, (5) é es poderoso (6) sobre todas las cosas, é seso de home non puede entender, ni fablar dél cumplidamente, Padre, é Fijo, é Espíritu Santo (7), tres Personas (8), é una

Ley 1. tit. 1. lib. 1. Recop.

tis populorum, de quibus *in L. omnes populi*, *ff. de just. & jur.* ut per legem istam permittatur populis, dum tamen fiat cum voluntate Principis, quod videtur intelligendum & limitandum, juxta ea quæ dixi *in L. 12. supra, tit. 1.* nam procedet quod hìc habetur, quando populus statueret aliquid ex causa, contra legem scriptam, vel in casu quo non posset statuere, quia non erat super administratione rerum suarum, ut latiùs ibi dixi; vel dic quoad istum titulum, quòd intelligatur hæc lex quando consuetudo, seu forus redigitur in scriptis, ut servetur quod hìc habetur: sed hoc non videtur posse stare attentis verbis hujus legis; unde tene quod hìc loquatur de foro municipali.

L E X IX.

Forus, seu consuetudo, quæ incipit esse corruptela, tolli debet: & tanto deterior, quanto diuturnior. Hoc dicit.

(1) *Es mas noble en su poder.* Et dicit Glos. *in cap. omnes populi*, 47. *dist.* quòd non potest quis crescere tantum in malitia, quantum in bonitate, quia charitas potest in infinitum extendi, juxta illud Psalm. 118. *v.* 72. *bonum mihi lex oris tui super millia*, &c. sed malitia non, quia aliquis potest esse summè malus *de Pœnit. distinct.* 2. §. *è contrario.*

(2) *Desfecho.* Et si de facto non tollatur, sed perseveret, licitum est illicita remediis legitimis circumvenire, ut tradit Bal. *per text. ibi. in L. unic. in princip. C. de ead. toll.*

(3) *Tanto peor es.* Concordat. *cap. fin. de consuetud.* lex mala numquam juvatur temporis cursu, Glos. *in cap. inter cætera*, 10. *quæst.* 3.

TITULUS III. DE SUMMA TRINITATE, & Fide Catholica.

(1) *Crea firmemente.* Quod hìc habetur sumptum est *à cap.* 1. *de Sum. Trinit. & Fide Cathol. in decretal. & C. eod. in epistol. inter claras*, & dictam decretalem commento ornavit B. Thom. ut patet *in suo libro opusculorum, opusculo* 5.

(2) *Verdadero Dios.* Dicunt sancti, Unus, nec differentia contrarietatem, contrarietas pugnam, pugna verò corruptionem induceret: Trinus, ne solitudo, vel singularitas eum, vel minus potentem, vel minus bonum, vel minus felicem ostendat, & bene dicitur unus, quia omnis numerus ab unitate, unitas a nullo, tradit Joan. And. *in cap. firmiter, de Summa Trinit. & Fide Cathol. in novel.* Ambros. etiam *in lib. de Fide, ad Gratian. Imperatorem, lib.* 1. *cap.* 2. Nos Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum confitemur, ita ut in Trinitate perfecta & plenitudo sit Divinitatis, & Unitas potestatis: omne Regnum in se ipso divisum facilè destruetur, non ergo divisum est Regnum Trinitatis: si divisum non est, unum est, non enim dividitur Unitas, neque scinditur; & ideò neque corruptelæ subditur, neque ætati.

(3) *No ha comienzo.* Vide *in Proœmio 2. Part.*

(4) *Medida.* Pro sui excellentia, & magnitudine inexcogitabili mensurari, vel attingi non potest. Deus excedit magnitudine suæ dignitatis omnem creaturam in infinitum: & ideò dicitur immensus, quia nulla est commensuratio, vel proportio alicujus creaturæ ad ipsum.

(5) *Ni mudamiento.* Qui idem in eodem semper manet, & est incommutabilis, apud quem nulla est commutatio, neque vicissitudinis obumbratio, *in Epist. Jacobi, cap.* 1.

(6) *Poderoso. Genes. cap.* 17. *v.* 1. dicit: *Ipse ego Deus omnipotens*; & in hoc verè Deus omnipotens ostenditur, quod omnia potest facere, & in nullo potest deficere, declarat S. Thom. *in opusculo*, de quo supra.

(7) *Padre, é Fijo, é Espíritu Santo.* Istæ tres personæ Trinitatis exprimuntur, *Matth. ultim. cap. v.* 19. *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

(8) *Tres personas.* Alia est enim Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti.

una cosa (9) simple, sin departimiento, que es Dios Padre, non fecho, ni engendrado (10) de otro, é el Fijo engendrado del Padre tan solamente, el Espíritu Santo saliente de ambos á dos: todos tres de una substancia, é de una egualdad, é de un poder durables en uno para siempre. É como quier que cada una destas tres Personas es Dios, pero no son tres Dioses, mas un Dios. É otrosí como quier que Dios es uno, no se quita porende que las personas non sean tres. É este es comienzo de todas las cosas espirituales é corporales (11), tambien de las que parescen, como de las que non parescen. É quanto en sí, todas las cosas fizo buenas (12), mas cayéron algunas en yerro, las unas por sí (13), ansi como el diablo, é las otras por consejo de otro, ansi como el home que pecó por consejo del diablo (14). É esta Santa Trinidad que es Padre, é Fijo, é Espíritu Santo, é un Dios, como quier que diese á los homes por Moysen, é por los Profetas, é por los otros Santos Padres, enseñamiento para vivir por ley; en cabo envió su Fijo en este mundo, que recibió carne de la Vírgen Santa María, é fué concebido de Espíritu Santo (15), é nascido della, home verdadero (16), é compuesto de alma razonable (17), é de carne (18), é verdadero Dios (19). É este es nuestro Señor Jesu-Christo, que segun la natura de la Deidad, es durable para siempre; é segun la humanidad, quanto en ser home, fué mortal (20). Este nos mostró manifiestamente la carrera derecha de salvacion. É por salvar el linage de los homes, recibió muerte y pasion en la Cruz (21). É descendió (22) á los Infiernos en alma, é resuscitó al tercero dia, é subió á los Cielos en cuerpo, é en alma, é ha de venir en la fin del siglo á judgar los vivos é los muertos (23), por

(9) *Una cosa.* Una substantia, seu natura, ut *in dict. cap. firmiter, de Summa Trinit. & Fide Cathol.* sic igitur datur intelligi, ut exponit S. Thom. *ubi supra*, quòd in Divinitate tres sunt subsistentes, scilicet, Pater & Filius & Spiritus Sanctus, sed una numero simpliciter natura est, in qua subsistunt, quod in rebus humanis contingere non potest. Petrus enim, & Paulus, & Joannes sunt quidem tres subsistentes in natura humana; sed natura humana, etsi sit in istis tribus una specie, non tamen est eadem numero, & ideò tres homines sunt, non unus homo; quia verò in Patre, Filio, Spiritu Sancto est una numero Divina natura, dicimus, quòd Pater & Filius & Spiritus Sanctus sunt unus Deus, & non tres Dii.

(10) *Padre non fecho, ni engendrado.* Considerandum est secundum S. Thom. *ubi supra*, quòd quidquid in divinis absolutè dicitur, commune est & unum in tribus personis, sicut quod dicitur, Deus bonus, sapiens, & omnia hujusmodi: ibi enim solùm invenitur distinctio, ubi aliquid invenitur pertinens ad relationem originis, quia scilicet pater à nullo est, secundum hoc innascibilis dicitur: Filius autem dicitur Filius, quia à Patre est per generationem, secundum illud *Psalm. 2. v. 7. Ego hodie genui te*: & secundum hoc Patri attribuitur paternitas, & Filio filiatio: Spiritus autem Sanctus ab utroque procedit, & secundum hoc Spiritui Sancto attribuitur processio: Patri verò, & Filio communis spiratio, quia scilicet communiter spirant Spiritum Sanctum: vide *in cap. 1. de Summa Trinit. & Fide Cathol. lib.* 6.

(11) *Espirituales é corporales.* Hoc est, contra aliquos hæreticos, qui aliter dixerunt, ut tradit S. Thom. *ubi supra*, & propter istos hæreticos emanavit concilium illud, de quo *in dicto cap. firmiter*, secundum Joan. Andr. ibi, post Æginium.

(12) *Buenas. Genes. 1. v. 31. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona.*

(13) *Por sí.* Dœmones per se fuerunt creati boni, sed per se abutendo libero arbitrio facti sunt mali: ex hoc colligit Abb. *in dicto cap. firmiter, col.* 2. quòd Angeli habent liberum arbitrium: sed ut dicit glos. singular. *in cap. qui Episcopus, 23. distinct.* Angelus, dœmon, & homo, habent liberum arbitrium. Angelus semper utitur ad bonum, & meretur. Diabolus semper ad malum, & quotidiè fit pejor. Homo utitur pariter ad utrumque. Valer. Maxim. *lib. 6. cap. 2. in princip.* libertas animi inter virtutem, vitiumque posita, si salubri modo se temperavit, laudem, si quò non debuit, profudit, reprehensionem meretur.

(14) *Por consejo del diablo.* Et ideò habuit, & habet remedium, quia peccavit suggestione diaboli, dœmon verò, quia per se peccavit, non habet remedium.

(15) *De Espíritu Santo.* Quia membra Christi sine semine humano formata fuerunt ex Spiritu Sancto. Sic exponunt Theologi, & tradit Abb. *in dicto cap. firmiter*, & est articulus Fidei, & actus Incarnationis fuit explicatus communiter à tota Trinitate; Filius tamen solummodo fuit incarnatus, vide *in dicto cap. firmiter*, & per Sanct. Thom. *ubi supra.*

(16) *Home verdadero.* Vide *in dicto cap. firmiter*, & *cap. cum Christus, de hæret.* & hoc est contra Manich. qui dixerunt, Christum non veram carnem, sed phantasticam accepisse, contra id quod dixit Dominus discipulis post resurrectionem, ut habetur *Luc. ultim. v. 39. Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere.*

(17) *De alma razonable.* Vide *ubi supra*, & hoc est contra hæreticos Appolinaristas, qui dixerunt, Christum habere animam sensitivam tantùm.

(18) *De carne.* Hoc est, contra hæreticos Valentinos, qui dixerunt, Corpus Christi non esse assumptum de Virgine, sed de Cœlo allatum, contra id quod dicitur ad *Galat. 4. v. 4. Factum ex muliere*, & *ad Roman. 1. v. 3. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem.*

(19) *E verdadero Dios.* Vide *in dictis cap. firmiter*, & *cap. cum Christus*, & *Clement. 1. de summa Trinit. & Fide Catholic. in princip.*

(20) *Fué mortal.* Christus in quantum homo fuit passibilis, & mortalis: unde poterat pati omnes pœnalitates seu passiones, quas homo pati posset; & nisi expirasset in cruce, defecisset senio, sicut quilibet homo deficit: vide Glos. quæ allegat Aug. *in Clement. 1. de sum. Trinit. & Fide Cathol.* in verbo *passibile*: sed post resurrectionem, illa caro quam assumpserat, non fuit amplius passibilis, quia fuit glorificata: & quatuor sunt dotes glorificationis, carnis agilitas, subtilitas, claritas, impassibilitas: & hæ dotes sunt corporum glorificatorum, & sumitur ex dictis Apostol. 1. *ad Corint. cap.* 15. & tradit S. Thom. *opuscul.* 3. quod intitulatur compendium Theologiæ, *cap.* 168. 1. *partis.*

(21) *En la Cruz.* Quare Christus elegit sibi mortem crucis, vide per Glos. *in dict. Clement. 1. in princip. in verbo* cruci, *de summa Trinit. & Fide Cathol.*

(22) *Descendió.* Descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & ascendit in Cœlum, sed descendit in anima, & resurrexit in carne, ascenditque pariter utroque.

(23) *Los vivos, é los muertos.* Id est, eos qui reperientur vivi in adventu judicis, & eos qui jam erant præmortui: quod non est intelligendum, quasi aliqui sint futuri, qui non moriantur; sed quia in ipso adventu judicis morientur, & statim resurgent, vel vivos, & mortuos intelligere spiritualiter possumus, id est, justos, & peccatores: sic dicit S. Thom. *ubi supra.*

por dar á cada uno lo que meresció (24): á cuya venida han todos de resuscitar (25) en cuerpos é en almas, en aquellos mismos que ántes habian, é recebir juicio (segun las obras que ficiéron) del bien, é del mal: é habrán los buenos gloria sin fin, é los malos pena para siempre (26). Otrosí (27) tenemos, é creemos firmemente una Santa Eglesia general (28) en que se salvan todos los Christianos, é fuera della non se salva ninguno: en la qual facen el Sacrificio del Cuerpo é de la Sangre de Jesu-Christo nuestro Redentor, en semejanza de pan é de vino. É este Sacrificio no le puede facer otro, sino aquel que fuere ordenado para ello en Santa Eglesia. É otrosí creemos firmemente, que tambien los niños como los mayores, que recebieren Baptismo segund la forma de Santa Eglesia, se salvan por ello: é si despues del Baptismo pecaren, puédense todavía salvar, enmendando el pecado con verdadera penitencia. É esta es la verdadera creencia, en que yacen los Artículos de la Santa Fe Católica, que todo Christiano debe creer, é guardar. É quien así non lo creyere, non puede ser salvo. Onde mandamos firmemente, que la guarden, é la crean todos los de nuestro Señorío, así como dicho es, é segund la guarda, é cree la Santa Eglesia de Roma. É qualquier Christiano que de otra guisa creyese ó contra esto ficiese, debe haber pena de herege. Mas porque los Sacramentos é los Artículos son para guardar esta creencia, é tenerla complidamente, porque son como pilares de la Fe, ca sobre ellos está toda puesta; porende ha menester que pues de la Fe fablamos, que fablemos luego aquí de los Artículos, é mostrar que cosa son, é quantos son, é como deben ser guardados.

LEY I.

Qué cosa son Artículos en sí.

Artículos son dichos, razones ciertas é verdaderas, que los Apóstoles (1) ordenáron, é pusiéron en la Fe, por la gracia del Espíritu Santo, que nuestro Señor Jesu-Christo envió en ellos. É estos artículos todo Christiano los debe saber, é creer (2), é guardar verdaderamente, para *Ley 1. tít. 1. lib. 1. Recop.*

(24) *Lo que meresció.* Vide etiam *in dicto cap. firmiter*, ibi: *redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis quam electis*, & hoc ponit secundum S. Thom. *ubi supra*, ad excludendum errorem aliquorum, qui posuerunt, quòd in finali judicio aliqui salvabuntur non propriis meritis, sed precibus aliquorum sanctorum donati.

(25) *Resuscitar.* Sic, & *in dicto cap. firmiter* dicitur, quòd omnes tam reprobi, quàm electi, cum suis propriis resurgent corporibus, quæ nunc gestant, quod ponit secundum S. Thom. *ubi supra*, ad excludendum quorumdam hæreticorum errorem, qui dicunt, quòd resurgentes non habebunt eadem corpora, quæ nunc per mortem deponunt, sed quædam corpora de Cœlis allata; quod est contra illud Apost. 1. *ad Corint. cap.* 15. *v.* 53. *oportet corruptibile hoc induere incorruptionem*: & *Job. cap.* 19. *v.* 26. *& rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt*: & contra desperantes resurrectionem corporum fieri posse, & qui resurrectionis fidem ex obedientia non tenent, tradit S. Gregor. aliquas rationes de mundo in elementis suis resurrectionem nostram imitante, de luce quotidiana, de arbustis viriditatem foliorum amittentibus, & ecce subitò quasi ex arescenti ligno, velut quadam resurrectione veniente, videmus folia erumpere, fructus grandescere & totam arborem redivivo decore vestiri. Item de parvis arborum seminibus terræ humoribus commendatis, ex quibus non longè post aspicimus magna arbusta surgere: & rerum omnium opifice cuncta mirabiliter ordinante, & in mollitie seminis latuit asperitas corticis, & in teneritudine illius latuit absconsa fortitudo roboris, & in siccitate ejus ubertas fructificationis. Quid ergo mirum, si tenuissimum pulverem, vel à nostris oculis in elementis redactum, cum vult, in hominem reformat, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta reintegrat? Videas *ibi* latiùs per eum.

(26) *Para siempre.* Adde *dict. cap. firmiter*, ibi: & *illi eum Diabolo pœnam æternam, & isti cum Christo gloriam sempiternam*; & ex hoc secundum S. Thom. *ubi supra*, excluditur error Origenis, cum posuit, quòd pœna damnatorum non erit perpetua, similiter neque gloria beatorum.

(27) *Otrosí.* Iste versiculus sumptus fuit *ex cap. firmiter, ibi*, una est fidelium, *de summa Trinitate, & Fide Catholica.*

(28) *General.* Glos. *in rubric. C. eod.* exponit catholica, id est universalis: vide per Archid. *in cap. extra catholicam*, 1. *quæst.* 1.

LEX I.

Ponitur hìc Canon, seu Symbolum Apostolorum, in quo continentur articuli Fidei Catholicæ. Hoc dicit.

(1) *Los Apóstoles.* Qui eadem hora instinctu Spiritus Sancti Symbolum composuerunt, vide Glos. Bernar. *in rubric. de summa Trinit. & Fide Catholic.* & adde *cap.* 1. & ibi Glos. 15. *distinct.*

(2) *Los debe saber, é creer.* Clerici explicitè, quod est, explicare, distinguere & defendere: laici implicite, & credere implicitè, est credere quidquid credit Ecclesia, Glos. & Doctor. *in rubric. de summa Trinit. & Fide Cathol.* & S. Thom. 2. 2. *quæst.* 2. *artic.* 6. & in tantum valet fides implicita laico, quòd si ratione naturali motus dicat, seu credat falsò opinando Patrem majorem, vel priorem Filio, vel tres Personæ sunt ad invicem distantes, vel quid simile, non est hæreticus neque peccat dummodo sic dicat, seu credat, quia credit Ecclesiam sic credere, & suam opinionem supponit fidei Ecclesiæ; quia licèt sic ipse opinetur, illa tamen non est fides sua, sed fides quam tenet Ecclesia: & hoc verum, dummodo pertinaciter non defendat errorem suum, sic dicit Innoc. *in cap.* 1. *de Summa Trinit. & Fide Catholic.* & Joan. Andr. & Abb. *in rubr. ejusdem tit.* tradit Doct. Palat. Ru. *in sua allegatione, in materia hæresis.* Clerici habentes curam animarum, debent scire articulos fidei explicitè, 38. *dist. cap.* 1. & 2. Episcopi verò debent plus scire, ut omni poscenti reddant rationem, 36. *quæst.* 6. §. *ecce*, 38. *dist. cap. omnes psallentes*, & deliberato consilio, si oportuerit, & habito consilio cum sapientibus: inferioribus verò clericis, qui non habent expensas, ut possint studere, & habere magistros, sed propriis manibus victum quærunt, videtur sufficere, secundum Innoc. *in dicto cap.* 1. si credant implicitè, sicut & laici; debent tamen aliquid plus scire de sacramento altaris, in quo quotidie versantur. Sed si habent expensas, & non excusarentur ex eo, quia intendunt aliis operibus pietatis, tunc peccant, si non instant, ut plus sciant quàm laici, hæc tradunt Innoc. *ubi supra*, Joan. Andr. & Abb. *in dict. rubric.* ubi latiùs poteris videre. Et adverte etiam, quòd post tempus gratiæ revelatæ jam omnes, tam majores, quàm minores tenentur habere fidem explicitam de mysteriis Christi;

ra haber la creencia de Jesu-Christo complida, é salvarse por ella. É destas razones fué fecho el Credo in Deum, á que llaman en Latin Symbolum: que quiere tanto decir como bocados (3). É esto es porque cada uno de los Apóstoles por sí dixo su palabra cierta, como creian: é ayuntadas todas en uno, es y toda la creencia complida. É lo que cada uno dixo, es esto. Sant Pedro (4) dixo: Creo en Dios Padre poderoso, Criador del Cielo, é de la tierra. Sant Juan dixo: E en Jesu-Christo su Fijo uno, que es nuestro Señor. Santiago fijo del Zebedeo, dixo: Que es concebido de Espíritu Santo, é nasció de María Vírgen. Sant Andres dixo: Que rescibió pasion en poder de Poncio Pilato, é fué crucificado, é muerto, é soterrado. E Sant Felipe dixo: Descendió á los infiernos. Santo Thomas dixo: Al tercero dia resuscitó de entre los muertos. Sant Bartolomé dixo: Subió á los Cielos, é see á la diestra parte de Dios su Padre, poderoso sobre todas las cosas. Sant Mateo dixo: Verná á judgar los vivos y los muertos. Santiago el Alfeo dixo: Creo en el Espíritu Santo. E Sant Simon dixo: En la Santa Eglesia (5) Católica, ayuntamiento de los Santos. Sant Judas Jacobi dixo: E redencion de los pecadores. Sant Mathias dixo: Resuscitamiento de la carne, é vida perdurable. E son llamados artículos, que quiere decir como artejos (6), que así como las coyunturas de las manos, é de los pies han artejos que facen dedos, é los dedos que facen mano; así estas palabras del Credo in Deum son cada una por sí, así como artejo, é ayuntándolos todos en uno facen una razon, que es como mano en que se comprehende toda la creencia. E porende todo Christiano debe saber, é creer ciertamente, que esta es la creencia de Dios verdadera, que ayunta al home con Dios (7) por amor. E el que lo así creyere es verdadero Christiano: é el que lo non creyere non puede ser salvo nin amigo de Dios.

LEY II.

Quantos son los Artículos.

Ley 1. tít. 1. lib. 1. Recop.

Por quales razones los Artículos son catorce (1), é non mas, nin ménos, querémoslo aquí mostrar, porque todo Christiano los pueda mas ayna saber, é aprender. Onde decimos, que por derecha razon conviene, que entrasen en cuento de catorce: los siete que pertenescen á probar, que Jesu-Christo segund la Deidad, es Dios en sí mismo: é los otros siete segund la humanidad, que es home. El primero de la Deidad es creer como es un Dios. El segundo es creer como es Padre poderoso. El tercero es, de creer en la Persona de Jesu-Christo su Fijo. El quarto es, de creer en la Persona del Es-

ti; præcipuè quantum ad ea, quæ communiter in Ecclesia solemnizantur, & publicè proponuntur, sicut sunt articuli Incarnationis, secundum S. Thom. *ubi supra*, *artic.* 7. & mysterium Incarnationis Christi explicitè credi non potest sine fide Trinitatis, quia in eo continetur, quòd Filius Dei carnem assumpserit, quòd per gratiam Spiritus Sancti mundum renovaverit, quòd Spiritu Sancto conceptus fuerit; & ideò post tempus gratiæ tenentur omnes ad explicitè credendum mysterium Trinitatis, secundum S. Thom. *ubi supra*, *artic.* 8.

(3) *Bocados.* Dicitur enim symbolum à *syn*, quod est *simul*, & *bolus*, quod est *morsellus*; quia unusquisque Apostolorum suum morsellum, id est, partem suam apposuit; ita dicit etiam Glos. *in rubric. de Summa Trinit. & fide Catholic.* quod non placet Jacob. secundum quod refert Joan. And. ibi, *in novella.* qui dicit, quòd secundum Dionysium dicitur à *syn*, quod est, *con*, & *bolin*, quod est, *sententia* vel *convenientia*, quia de omnium Apostolorum conscientia stabilitum.

(4) *Sant Pedro.* Vide per Joan. Andr. *in dict. rubric.* & dicit Hostiens. *in summ. ejusdem tituli*, §. *quot & qui articuli, in princip.* quòd invenit in scripturis, licèt non authenticis, quis Apostolorum quem articulum posuerit.

(5) *En la santa Eglesia.* S. Thom. 2. 2. *quæst.* 1. *artic.* 9. *ad quintum*, exponit, ut sit sensus: Credo in Spiritum sanctum sanctificantem Ecclesiam; & dicit etiam, quòd melius est, & secundum communiorem usum, ut non ponatur hìc *in*, sed simpliciter dicatur sanctam Ecclesiam catholicam.

(6) *Artejos.* Habes hìc articuli etymologiam, adde quæ de articulis fidei tradit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 1. *artic.* 6. ubi dicit, quòd articulus est, secundum quosdam, indivisibilis veritas de Deo arctans nos ad credendum: & secundum Isidor. articulus est perceptio divinæ veritatis tendens in ipsam; & in græco dicitur *artos*; in latino *articulus*; & secundum Oldrald. *consil.* 167. articulus est nomen diminutivum, designans aliquid particulare & individuum, genere suo per debitas circunstantias decisum.

(7) *Que ayunta al home con Dios.* Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum, *Joan.* 17. *v.* 3. Per fidem anima conjungitur Deo, & facit quasi quoddam matrimonium cum Deo, Oseæ 2. *v.* 20. *Sponsabo te mihi in fide.* Sine fide impossibile est placere Deo, *ad Hebræos* 11. *v.* 6: & ubi non est æternæ, & incommutabilis veritatis agnitio, falsa est virtus etiam in optimis moribus, Augustinus super illud *ad Rom.* 14. *v.* 23. *Omne quod non est ex fide, peccatum est.*

LEX II.

Ostendit quatuordecim esse articulos sanctæ Fidei, septem pertinentes ad ostendendum divinitatem Christi, & alios septem ad humanitatem. Hoc dicit.

(1) *Catorce.* Sequitur communem positionem computantium quatuordecim articulos fidei, septem, qui ad divinitatem, septem, qui ad humanitatem pertinent; alii verò tantùm ponunt duodecim articulos, & faciunt de tribus personis unum articulum, & articulum de opere glorificationis, dividunt in duos, scilicet, in carnis resurrectionem, & gloriam animæ; & sic dicunt, seu ponunt sex articulos respectu divinitatis, & alios sex ponunt ex parte humanitatis, ubi conjungunt articulum Incarnationis & Nativitatis, ut refert S. Thom. 2. 2. *quæst.* 1. *artic.* 8. Sed prima positio melior est: cum enim articulus sit veritas supra rationem existens, ubi sunt diversa supra rationem, diversi articuli sunt ponendi: de his tradit S. Thom. *in dicto cap. firmiter*, & Hostiens. *in summa*, *de Summa Trinit. & Fide Catholic. in* §. *quot & qui articuli*, Joan. Andr. & Abb. *in rubric. de Summa Trinit. & Fide Catholic.*

Espíritu Santo. El quinto es como crió el Cielo é la tierra. El sexto es como crió, é fizo la Santa Eglesia Católica, que es ayuntamiento de los Santos, é remision de los pecados. El séptimo es creer la resurreccion de los cuerpos, é de las almas, é como habrán los buenos gloria perdurable, é pena los malos. E los otros siete Artículos, que pertenescen á la humanidad, son estos. El primero dellos es creer como fué concebido del Espíritu Santo. El segundo, que nasció de Santa María Vírgen. É el tercero, que recebió pasion é fué muerto, é soterrado. El quarto es, que descendió á los infiernos. El quinto es, que resuscitó al tercero dia de muerte á vida. El sexto es creer, que subió á los Cielos, é está á la diestra parte de Dios Padre. El séptimo es, que verná á juzgar los vivos, é los muertos. Onde quien estos catorce Artículos non sabe bien, non puede saber la creencia de Dios cumplidamente.

LEY III.

Como deben ser guardados los Artículos.

Ley 1. *tit.* 1. *lib.* 1. *Recop.*

GUardados deben ser los Artículos de la Fe bien, é cumplidamente, de manera que ninguno non sea osado de probar de los tirar, nin de los quebrantar, nin menguar por ninguna manera. Ca el que él lo ficiese, de llano le mostraria, que non era Christiano, nin amigo de Dios, é que habia sabor de destruir la Fe. É porende sin la pena que le daria Dios en el otro mundo, como á descreido, meresce en este mundo, de todos los Christianos, & mayormente de los Señores, que le den aquella pena, que dicen las leyes de la setena Partida, que deben haber aquellos que descreen de la Fe de Jesu-Christo, ó quieren desatar, ó caloñar los fechos della.

TÍTULO IV.

De los siete Sacramentos de la Santa Eglesia.

PAra conoscer á Dios, é ganar su amor, todo Christiano, conviene que haya en sí dos cosas. La una, Fe Católica, que debe creer. La otra, los Sacramentos de Santa Eglesia, que debe recebir: que bien así como el alma é el cuerpo es home cumplido, é Jesu-Christo es home é Dios; así el que cree la Fe Católica, é recibe los Sacramentos de Santa Eglesia, ha el nome de Christo, é es acabado Christiano. E pues que en el título ante deste fablamos de la Fe Católica, queremos decir en éste, de los Sacramentos (1) de la Santa Eglesia, que son siete: porque destos conviene en todas guisas (2) que todo Christiano reciba (3) los cinco, podiéndolos haber. El primero dellos, es el Baptismo. El segundo, Confirmacion. El tercero, Penitencia. El quarto, Comunion. El quinto, es la Uncion, que facen á los enfermos quando tienen que son cerca de su fin. E los otros dos (4), son de voluntad, é non debe ser ninguno apremiado que los reciba, si non quisiere: é destos es el uno Órden de Clerecía, é el otro Casamiento. E primeramente mostrarémos porque son siete Sacramentos, é non

LEX III.

Ponit pœnam non credentium: Vide 7. *part. titul. de hæreticis.*

TITULUS IV. DE SANCTIS SACRAMENTIS Ecclesiæ.

(1) *De los Sacramentos.* Bernard. *in sermonibus, fol.* 32. *col.* 3. *in sermone Cœnæ* dicit, quòd Sacramentum dicitur sacrum signum, sive sacrum secretum: Hostiens. verò *in summa, de Sacrament. non iteran.* dicit, quòd Sacramentum est character quidam, qui per cum, qui potestatem habet, corpori hominis (recipientis juxta ritum Ecclesiasticum) visibiliter, animæ verò invisibiliter à Spiritu Sancto imprimitur; & secundum Beatum August. Sacramentum est invisibilis gratiæ, visibilis forma, *cap. sacrificium, de consec. dist.* 2. & à sacris, seu sacratis virtutibus Sacramenta dicuntur: quia sub tegumento corporalium rerum divina virtus secretiùs salutem eorundem Sacramentorum operatur, *cap. multi sæcularium,* 1. *quæst.* 1. & *dict. cap. sacrificium,* & *cap. signum, de conse. dist.* 2. Et licèt sine Sacramentis posset Deus humano generi vitam gratiæ donare, tamen tribus de causis instituta sunt Sacramenta, propter humilitatem, propter eruditionem & exercitationem: propter humilitatem, ut dum homo ex Dei præcepto rebus insensibilibus, se inferioribus reverenter se subjicit, ex hac obedientia apud Deum magis mereatur: vide per Glos. *in cap. institutio. de conse. dist.* 2.

(2) *En todas guisas.* Id est, sunt necessaria, 1. *quæst.* 1. §. *notandum*; 22. *quæst.* 4. §. *fin.* Glos. *in cap. veniens, de transact.* & si ex contemptu omittantur, sine ipsis salus non erit. Ergo sunt necessaria ad salutem, Glos. *in dict. cap. veniens.* Hostiens. *de Sacrament. non iter. in summa,* §. *quot sunt species Sacramentorum*; & datur in hoc versus.

Ordo voluntatis thorus est, dant quinque necesse. Et probantur hæc *de consecrat. dist.* 4. *cap. nulla,* & *dist.* 5. *cap.* 1. *&* 2. & *dist.* 2. *cap. & si non frequentius*; *de pœnitent. & remission. cap. omnis*; *de pœnit. dist.* 4. *cap. non potest quis,* & tradit Sanctus Thom. *in opusculo de Sacramentis ad Panormitanum Archiepiscopum col.* 3.

(3) *Reciba.* Talia sunt accipientibus Sacramenta, quali corde, & conscientia accipiuntur, 1. *quæst.* 1. §. *ecce,* malis sunt ad judicium, *de cons. dist.* 2. *cap. & sancta,* & non pœnitentibus Sacramenta dari non debent, *cap. illud* 95. *distinct.* & intellige de peccatis manifestis: nam propter occulta non possunt alicui Sacramenta denegari, nisi per admonitionem secretam, vel publicè in genere factam: *de consecration. dist.* 2. *cap. non probibeat.*

(4) *E los otros dos.* Hæc duo Sacramenta ordinantur ad communem utilitatem: nam per ordinem Ecclesia gubernatur, & multiplicatur spiritualiter, & per matrimonium multiplicatur corporaliter; alia verò quinque Sacramenta, de quibus *supra,* ordinantur ad perfectionem unius in se ipso, ut tradit, declarat Sanctus Thomas *in suo opusculo, de Sacrament. ad dict. Archiepisc. Panormitanum.*

non pueden ser mas nin ménos. E que virtud han, é como se deben dar é recebir, é de todas las otras cosas, que segund Santa Eglesia pertenescen á ellos. E que pena merescen los que yerran en darlos, ó en recebirlos, ó en non creerlos, así como deben.

LEY I.

Porque son siete Sacramentos é non mas nin ménos.

Siete Sacramentos habemos dicho, que son en Santa Eglesia: é non pueden ser mas nin ménos: é agora queremos mostrar, porque razon es esto, segund lo departiéron los Santos Padres, que dixéron: que del pecado que fizo Adam nasciéron dos males, que se tornáron en gran daño, non tan solamente á él, mas aun á todos aquellos que de su linage descendiéron; é el uno es de culpa, é el otro es de pena. É el de culpa pártese en dos maneras. La primera es el pecado de la nascencia de los homes, á que llaman en Latin *originale*: é por eso le llaman así, porque todos nascen (1) en este pecado, porque vienen del linage de Adam, que fizo el yerro, porque cayó en la culpa; é para toller este, es fallado el Sacramento del Baptismo, ca el lo alimpia (2) é lo tuelle. La segunda manera de culpa es del pecado en que caen los homes, á que dicen actual, é este se departe en dos maneras. E destas la una es pecado mortal, é la otra venial: é para toller la culpa del mortal, en que caen los homes por los yerros que facen despues del Baptismo, es fallado el Sacramento de la Penitencia (3). Ca si pecan ante del Baptismo, desfacense los pecados por el Baptismo (4), como quier que este Sacramento fué fallado señaladamente para toller el pecado, así como dicho es. E para tirar la culpa del venial, es el Sacramento de la Uncion (5) que facen á todo Christiano, quando entienden, que está cerca de la muerte, ca por este se desatan todos los pecados veniales. E el sobredicho de pena que viene á los homes, se departe en quatro maneras. La primera dellas es de non saber: é contra este fué establescido el Sacramento de la Órden (6), ca ella da carrera para ser entendido, é sabidor de lo que ha de facer. La segunda manera de pena es flaqueza de voluntad de los homes que non pueden contrallar á las tentaciones, que les da el diablo para pecar: é contra esta es fallado el Sacramento de la Confirmacion, que face el Obispo con crisma en la frente á cada un Christiano despues del Baptismo. E por eso le dicen Confirmacion, porque confirma el Christiano (7) en la fe, é dale esfuerzo para guardarse de pecar. La tercera manera de pena es cobdicia que home ha en sí, para complir su voluntad, segund le manda la carne naturalmente: é contra esto fué fallado el Sacramento del Casamiento (8). La quarta manera es maldad que han los homes en sí naturalmente, para querer facer ante mal que bien, é por esto se facen siervos del pecado: contra esto es el Cuerpo de nuestro Señor Jesu-Christo (9), ca

Ley 1. tit. 1. lib. 1. Recop.

LEX I.

Sacramenta instituta sunt contra mala ex peccato Adæ contracta, culpæ videlicèt, & pœnæ: culpæ, quia omnes nascimur in peccato originali, quod tollitur per Baptismum: item ad malum culpæ ex peccato mortali, vel veniali, quæ tamen si post Baptismum commitantur, ad mortale institutum est Sacramentum Pœnitentiæ, ad veniale Sacramentum Extremæ Unctionis; contra malum verò pœnæ, ex quo fuerunt ignorantia, inconstantia, appetitus noxius, malitia, instituta fuerunt alia Sacramenta: contra ignorantiam, Sacramentum Ordinis: contra inconstantiam, Sacramentum Confirmationis: contra appetitum libidinis, Sacramentum Matrimonii: contra malitiam, Sacramentum Eucharistiæ. Hoc dicit.

(1) *Todos nascen en este pecado.* Ideo peccato Adæ, omnes posteri teneri dicuntur, quia nondum aliquis ex illo materialiter fuerat proseminatus, 24. *quæst.* 3. *in summa*, & firmissimè tene (dicit Augustinus) & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum viri, & mulieris concipitur, cum originali peccato nasci, impietati subditum, mortique subjectum: & ob hoc naturaliter iræ nasci filium, *cap. firmissimè*, *de consecrat. dist.* 4. Et quare peccatum originale imputetur animæ, cum illud contrahatur tantùm ex carnis corruptione, vide Glos. *in cap. placuit*, *el* 2. *de consecrat. dist.* 4.

(2) *Lo alimpia.* Concord. *cap. majores*, *de Baptismo*, *cap. firmissimè*, *de consecr. dist.* 4.

(3) *La penitencia.* Hæc est secunda tabula post naufragium, *de pœnitent. dist.* 1. *cap. omnis*, §. *alii*: *de pœnit. dist.* 3. *cap. illud*; & *cap. secunda post naufragium*, *de pœnit. dist.* 1.

(4) *Por el baptismo.* Vide *infra eod. L.* 5.

(5) *De la uncion.* Per Sacramentum extremæ unctionis delentur peccata venialia, & præstatur augmentum virtutis, & liberatur quis citiùs ab infirmitate corporali, videas Glos. *in cap. Presbyteros*, 95. *distinct.* Sanctus Thomas *in opusculo, de Sacramentis, ad Archiepisc. Panormitanum* dicit, quòd effectus hujus Sacramenti est sanatio mentis & corporis, & vide *in L.* 70. *infra eod.*

(6) *De la orden.* Dicit Sanctus Thom. *in dicto opusc. de Sacramentis*, quòd effectus hujus Sacramenti est augmentum gratiæ, ad hoc, ut aliquis sit idoneus Minister Christi.

(7) *Confirma el Christiano.* Dicunt quidam Theologi (ut refert Joan. Andr. *in Rubric. de sacrament. non iteran.*) quòd sicut in bello sunt aliqui plus parati ad resistendum, vel pugnandum, & isti habent suum signum, vel vexillum, quòd tale est signum per Confirmationem in fronte, per quam roboratur ad pugnam, non solùm pro salute propria contra concupiscentias, quæ remanent post Baptismum, *cap.* 2. *de consecr. dist.* 4. & 5. *cap.* 2. sed & ad constantem confessionem nominis Christi ad defensionem fidei: unde in primitiva Ecclesia eligebantur aliqui Christiani ad publicè manendum in loco persecutionis, aliis occultè manentibus, ut patet in legenda Sancti Sebastiani.

(8) *Casamiento.* Matrimonium aliquando fuit legis obsequium, nunc est infirmitatis remedium, *cap. nuptiarum*, 27. *quæst.* 1. & vide ibi *in summa*, *per glos.*

(9) *El cuerpo de nuestro Señor Jesu-Christo.* Perceptio

ca el que lo rescibe como debe, mantiénelo en bien facer, é dale esfuerzo de non pecar. E por estas razones que dixímos, son los Sacramentos siete, é non pueden ser mas, nin ménos.

LEY II.

Que cosa es Baptismo.

Ley 1. tít. 1. lib. 1. Recop.

BAptismo es cosa que lava al home de fuera (1), é señaladamente al anima de dentro: esto es por fuerza de las santas palabras del nome derecho, é verdadero de nuestro Señor Dios, que es Padre, é Fijo, é Espíritu Santo, é del elemento del agua (2) con que se ayunta quando face el Baptismo. E tan grand es la virtud de estas palabras, é del agua (3), que tañendo el cuerpo (4) de fuera, lava el alma de dentro, é face señal (5) en ella. E fué establescido, quando nuestro Señor Jesu-Christo quiso ser baptizado de S. Juan Baptista en el rio Jordan (6). E esto fizo él por dar exemplo á los homes que por el Baptismo se deben salvar.

LEY III.

En qué manera se debe facer el Baptismo, é quien lo puede dar.

DEspues que nuestro Señor Jesu-Christo fué baptizado, dixo á sus Discípulos: Id por todo el mundo, é predicad, é baptizad las gentes en el nome del Padre, é del Fijo, é del Espíritu Santo. E por estas palabras que les dixo, en que les nombró el su Santo nome, les mostró la manera de como lo ficiesen. É poren-
de

tio corporis Domini diminuit fomitem ratione fervoris charitatis, tradit Sanctus Thom. *in 4. Sententiarum, quæst. 79. artic. 6. ad tertium*, & roborat ad non peccandum, vide *ibidem*. Duo enim hoc Sacramentum operatur in nobis, ut videlicèt sensum minuat in minimis, & in gravioribus peccatis tollat omninò consensum. Bernard. *in Sermone Cœnæ fol. 32. columm.* 4. ubi & subdit: si quis vestrum, non tam sæpè modo, non tam acerbè sentit iracundiæ motus, invidiæ, luxuriæ, aut cæterorum hujusmodi, gratias agat corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo: gaudeat quòd pessimum ulcus accedat ad sanitatem. Item per assumptionem Eucharistiæ delentur venialia peccata, *de consecratione, distinct. 2. cap. iteratur*. Vide Glos. *in cap. magna pietas, de pœnitent. distinct.* 1. Item gratia augetur, ut tradit Sanctus Thom. *in dicto opusculo, de Sacramentis*, adducens illud Joan. 6. *v.* 57. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.*

LEX II.

Baptismus est ablutio exterior, animam interius lavans, & characterem in ea imprimens; fuit institutus, quando Christus in Jordane voluit à Joanne baptizari. Hoc dicit.

(1) *De fuera.* Baptismus est ablutio exterior, cum certa forma verborum, sine qua nemo salvari potest, quæ proficit ad salutem, secundùm Hostiens. *in Summa, de Baptismo*, §. 1. & quare fuit institutum, quòd in aqua potius, quàm in alio liquore fiat Baptismus? Respond. Archid. post Hugonem *in cap. 1. de consecrat. distinct.* 4. quòd ideo sicut aqua sordes corporis, & vestes abluit, sic Baptismus sordes animi, masculasque peccatorum abstergit: vel ideò, ut nullum inopia excusaret, quod posset fieri, si in vino vel oleo fieret, cum multi his careant; & quid si aquæ alius liquor admisceatur? Vide Gloss. *in cap. Baptismi, de consecrat. dist.* 4.

(2) *Del agua.* Et quòd aqua sit benedicta, vel sanctificata, non est de necessitate Baptismi, ut tradit Sanctus Thom. *3. p. quæst. 66. art. 3. in fin.* Et tamen non instante necessitate, Baptismus debet fieri in aqua sanctificata per orationem Sacerdotis, & Chrisma novum, & secundum Bonaventuram peccaret Sacerdos mortaliter, si extra necessitatem baptizaret sine aqua taliter sanctificata, ita Sanctus Bonavent. *in 4. Sent.* cum tractat *de Baptismo*; & aqua, quæ requiritur in Baptismo, debet esse naturalis, *cap. non ut apponeres, de Baptism.* & Joan. 3. *v.* 5. *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* Non igitur sufficeret aqua roseacea, secundùm Abbatem *in dict. cap. non ut apponeres*, & tradit Sanctus Thom. *in dicto opusculo, de Sacrament.* neque alius liquor, Gloss. *in summa, de consecr. dist.* 4. Si tamen aqua naturalis alterata sit per calefactionem, non impediret, ut tradit Sanctus Thom. *3. p. quæst. 66. art.* 4. & Abbas. *in dict. cap. non ut apponeres.* An autem etiam in mari quis possit baptizari? Gloss. dicit quòd sic, *in summa, de consecr. dist.* 4. & est communis Doctorum opinio.

(3) *De estas palabras, é del agua.* Debent concurrere verba cum baptizatione, *ut in cap. detrahe. 1. quæst.* 1. & secundùm Ricard. *in 4. Sententiar. dist.* 3. sufficit quòd verborum prolatio incipiat antequam terminetur ablutio; vel è converso, & non vitiabitur Baptismus, si in prolatione verborum interponatur mora naturalis, & compendiosa, ut de respirando, tussiendo, vel spuendo, secundùm Hostiens. *in summa hujus tituli, §. quæ sit ejus forma, col.* 2. argum. *L. cum antiquitas, C. de testament.* Et adverte, quòd licèt puer non totus immergatur in aqua, nihilominus baptizatus intelligitur, dummodò quantalibet pars aquæ super eum infundatur, Gloss. *in cap. propriè de consecrat. distit. 4. super* verbo, *trium millium*, ubi Joan. glossator vult eum baptizatum, etsi aqua super pedem cadat, *arg. L. 3. §. 1. ff. de acquir. poss.* & *cap. vulgaris, de pœnit. dist.* 1. ubi etiam Glos. & dicit Alex. *in dicta L. 3. in fin. prin.* magis communiter concludi, licèt opiniones sint variæ, quòd sufficit, partem corporis esse baptizatam, etiam si caput non sit baptizatum. Hostien. verò *in summa, de Baptismo, §. quæ sit ejus forma, col.* 2. dicit, verius esse, quòd caput debet perfundi, vel præter caput maxima pars corporis; nam si solus pes nasceretur, non diceretur natus: sic neque renatus, & hæc æquiparantur, *cap. debitum, de Baptism.* & semper caput attendi debet, quia ibi viget magis ratio hominis, & ubi caput est, totum corpus esse videtur, *L. cum in diversis, ff. de religios. & sumpt. funer. cap. cum olim, de verb. signific.* Conclude, quòd de necessitate non requiritur immersio, sed satis est, quòd baptizans effundat aquam super corpore baptizandi, lavando totum corpus, vel majorem partem, vel saltem caput, secundùm Innoc. *in dict. cap. debitum*, qui etiam dicit, sufficere quòd scintilla aquæ projectæ à baptizante tangat corpus baptizandi, quod Abb. ibi dicit notandum, licèt tutiùs sit, ut fiat, ut dictum est; & quòd immersio non sit de necessitate Baptismi, tenet etiam Sanctus Thom. *3. part. quæst. 66. art.* 7.

(4) *Tañendo el cuerpo.* Vide supra *in glos. proxima.*

(5) *Señal.* Hoc dicitur character, & est character qualitas, seu habilitas, quæ disponit animam ad suscipiendam gratiam Dei, ut tradit Joan. Andr. *in rubr. de Sacram. non iter.* Abb. *in rubr. de Bapt.* vel ex communi doctrina Theolog. character est quædam spiritualis qualitas, sive habitus indelebilis in mente sive intellectu animæ nostræ, quæ vel qui est potentia activa, vel passiva exercendi opera illius naturæ, in quam quis per gratiam elevatur, sicut calor est potentia, qua ignis potest calefacere, & mollities est potentia, qua cera potest figurari.

(6) *En el rio Jordan.* Vide Matthæi cap. 3. & Lucæ 3. & Joan. 1.

LEX III.

Forma Baptismi instituta fuit à Christo, cum præcepi
dis-

de qualquier que á otro hobiere de baptizar debe decir así (1) : Yo te baptizo en el nome del Padre , é del Fijo , é del Espíritu Santo , amen. É ninguna destas palabras non debe dexar, para ser Baptismo complido. É otrosí nuestro Señor Jesu-Christo nos dexó enxemplo en el su Baptismo , que ninguno non puede á sí mismo baptizar , mas débelo recebir de mano de otro (2). É esto nos mostró quando él que era Santo cumplido , quiso ser baptizado por mano de Sant Juan (3). É maguer el Baptismo non debe ser dado mas de una vez ; pero si fuese dubda (4) si alguno era baptizado , ó non , tovo por bien Santa Eglesia que lo bapticen , diciendo así (5) : Si eres baptizado , yo non te rebaptizo , mas si lo non eres , yo te baptizo en el nome del Padre , é del Fijo, é del Espíritu Santo.

LEY IV.

Quantas maneras son de Baptismo.

TRes son (1) las maneras del Baptismo. La primera es de agua , segun diximos en la ley ante desta : é por ella dixo nuestro Señor Jesu-Christo en el Evangelio (2) : que el que non nasciere de agua é de Espíritu Santo (3), non podria entrar en el Reyno de los Cielos. Ca sin dubda el baptizado , como de nuevo, nasce espiritualmente de estado de muerte , en que era por el pecado de Adam, á estado de vida , lavándose por el Baptismo de la culpa en que yacia. La segunda manera del Baptismo es la que llaman de Espíritu Santo ; así como quando mete Dios en corazon de alguno que se baptize en agua , é non puede fallar (4) quien lo baptize. Onde si muere con tal entencion como esta, es salvo , como si fuese baptizado : ca la buena voluntad en este logar (maguer non se compla de fecho, pues non fincó por él) así le debe ser contada , como si lo compliese (5). La tercera manera de Baptismo es de sangre (6): é esta es quando alguno cree en Jesu-Christo , é ante que pueda ser baptizado, matanlo por la Fe , ca este tal baptizase por su sangre misma. E desto habemos enxemplo

discipulis , ut baptizarent in nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti. Unde baptizans debet servare istam formam, nullum verbum dimittens , & requiritur, quòd alius sit baptizans , alius baptizatus : & non debet iterari baptisma. Si tamen dubium sit, an aliquis fuerit baptizatus, baptizari potest forma hìc expressa. Hoc dicit.

(1) *Decir así.* A Christo dicta sunt hæc verba, ut habetur Matthæi cap. ult. *v.* 19. & Marci c. ult. *v.* 16. & ista verba sunt proferenda , & aliter non erit baptizatus , *cap.* 1. *de Baptismo.* Quid autem si diceret : Baptizo te in nomine genitoris , & nati, & sancti flaminis? Gloss. *vers. Trinitatis* dicit , quòd erit baptizatus , *cap. multi , de consecrat. dist.* 4. quia non refert , utrum ex æquipollentibus quis dixerit. Contrarium tamen tenuerunt Laurent. & Joannes de Fantu. Hugo. & Archid. *ibi*, non enim etiam per æquipollentiam est recedendum à forma *dict. cap.* 1. *& hujus L.* Quærit etiam Hostien. *in Summa* , §. *quæ sit ejus forma.* Quid si dicat : Baptizo te in nomine Trinitatis , vel in nomine Christi ? Et primo arguit , quod sit baptizatus , quia quod in forma hìc posita explicitè dicitur , in ista implicitè intelligitur , *de consecrat. dist.* 4. *cap. à quodam Judæo*, & *in cap. in Synodo*; & *de Summa Trinitat. & Fide Cathol. cap.* 1. §. *Sacramentum.* Sed tandem dicit, quòd illud respicit antiquum tempus Apostolorum , & ideo hæc forma, de qua *in dict. cap.* 1. tenenda est, & istud tenent communiter Doctor. *in dict. cap.* 1. *de Baptism.* ubi Abb. licèt Gloss. ibi aliter voluerit, & opinionem communem tenet S. Thom. *in* 3. *part. quæst.* 66. *artic.* 6. adverte tamen , quòd Beatus Bernard. *epist.* 340. *ad Henricum Archidiaconum* respondet, puerum ex utero raptum ob periculum mortis baptizatum à quodam laico, qui non expressit hanc communem formam verborum , sed dicens: Baptizo te in nomine Dei , & sanctæ , & veræ Crucis , fuisse per ista verba baptizatum , & dicit hæc verba: Ego verè hunc baptizatum puto , neque sonum vocis veritati fidei , & pietati intentionis præjudicare potuisse, videas ibi latius ; tu semper tenebis formam *dict. cap.* 1. & *dict. cap. in Synodo.*

(2) *De mano de otro.* Concord. *cum cap. debitum , de Baptism.*

(3) *De Sant Juan.* Vide *in dict. cap. debitum*, & *cap. per aquam*, & *cap. catechumenum , de consec. dist.* 4.

(4) *Dubda.* Concord. *cum cap. parvulos* , & *cap. placuit , cum duobus sequentib. de consec. dist.* 4: & *cap.* 2. *de Baptism.* & intellige quod est dubium vehemens , puta quia natus est in captivitate Sarracenorum , vel reperitur expositus sine aliquo signo baptismi, ut tradunt Joan. And. & Abb. *in dict. cap.* 2. Nam si quis natus est de parentibus fidelibus , & inter fideles nutritus , præsumitur baptizatus , *cap. veniens , de præsbyt. non bapt.* Et hæc præsumptio pro certitudine sit habenda, donec evidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur , ut ibi habetur in *fine.*

(5) *Diciendo así.* Sumptum est *ex dict. cap.* 2. & adde quòd sic fiendum est in consecratione Ecclesiæ, de cujus consecratione dubitatur. Vide per Gloss. *in cap. solemnitates*, el 1. *de consec. dist.* 1.

LEX IV.

Triplex est Baptismus: fluminis, flaminis, & sanguinis. Hoc dicit.

(1) *Tres son.* Vide per Gloss. *de consec. dist.* 4. *in summa*, & habes hìc de triplici Baptismo, fluminis , flaminis, & sanguinis. Sed contra de eo quod habetur ad Ephes. 4. *v.* 5. *Una fides , unum baptisma* , responde, ut per S. Thom. 3. *part. quæst.* 66. *art.* 11. quòd alia duo baptismata includuntur in baptismo aquæ , quæ efficaciam habet ex passione Christi, & à Spiritu Sancto; & ideo per hoc non tollitur unitas baptismi.

(2) *En el Evangelio.* Joann. 3. c. v. 5.

(3) *De Espíritu Santo.* Adde *cap. baptismi vicem*, & *cap. Catechumenum*, & *cap. non dubito , de consec. dist.* 4. & *in cap. veniens , de presby. non bapti.* & *cap. debitum , de Baptis.* & isto baptismo flaminis fuit baptizatus latro , qui cum Christo suspensus fuit, & non baptismo sanguinis. Non enim propter Christum passùs est martyrium, sed propter suorum facinorum demerita , ut tradit Joann. And. *in cap.* 2. *de presbyt. non baptiz.*

(4) *Non puede fallar.* Vide *in dict. cap. debitum*, & 22. *quæst.* 2. *cap. faciat.*

(5) *Como si lo compliese.* Et sic voluntas habetur pro facto isto casu, videas de hoc *gloss. notab. in cap. magna pietas, de pœnit. dist.* 1. super verbo *pronuntiare*, & *gloss. distinguentem in cap.* 1. *de eo qui mittit. in posses. causa rei servan.* & dicit B. Bernar. *in sermòn. in natali sanctorum innocentium* : considerent hæc qui de opere, & voluntate contentiosis solent disputationibus conrixari , considerent & advertant, neutrum negligi oportere, ubi non videtur deesse facultas; præsertim cum utrumque sine altero , ubi tamen facultas deest , non modò salutem conferre posset, sed etiam sanctitatem.

(6) *De sangre.* Hoc baptisma, quod fit in sanguine per martyrium , est venerabilius cæteris, quia iteratis non fœdatur contagiis , secundùm Greg. Nazanzenum , & tradit Ludo. Cartu. *part.* 1. *cap.* 17. *col.* 2. & vide *in dict. cap. baptismi vicem , de consec. dist.* 4.

plo por muchos Mártyres, que creyen en nuestro Señor Jesu-Christo, é ante que se pudiesen baptizar, matábanlos: é porende esta muerte cumpleles tanto, como si fuesen baptizados.

LEY V.

Que virtud hay en el Baptismo.

Virtud muy grande ha en sí el Baptismo. Ca por él perdona Dios todos los pecados (1), é non ha porque facer penitencia (2), aquel que se baptiza, de los pecados que fizo ante el Baptismo; pero si es de edad, débese doler en su corazon de lo que pecó, é arrepentirse dello. Mas si alguno recibiese Baptismo por infinta de demostrarse por palabra, que quiere ser Christiano, é en la voluntad non lo teniendo así, á tal como este, muguer sea bautizado (3), non se le perdonan los pecados por el Baptismo: fueras ende, quando tuelle (4) aquel engaño de su corazon. E aun otra virtud ha el Baptismo, ca qualquier que lo recibe de Christiano (5), ó judio (6), ó moro, ó gentil (7), ó herege (8), ó muger (9), ó varon (10), diciendo (11) el que lo baptiza (12) aquellas palabras, que son dichas en la segunda ley ante desta, vale el Baptismo al que se baptiza, é se salva por él.

LEY VI.

Porque deben responder los Padrinos al Baptismo: é quien puede ser Padrino.

Entendimiento habiendo el que se quiere baptizar, primeramente debe creer (1), que por aquella Fe de nuestro Señor Jesu-Christo, á que viene por el Bap-

LEX V.

Per Baptismum remittuntur omnia peccata, & si sit adultus, qui baptizatur, non est ei aliqua satisfactio injungenda pro peccatis præteritis, dum tamen doleat corde, & pœniteat de eis: & si quis fictè, & simulatè baptizetur, non prodest ei baptismus ad remissionem peccatorum, nisi tunc cum amoveat errorem à corde, & simulationem: & tenet baptismus collatus à quocumque, sive sit Christianus, Judæus, Sarracenus, Gentilis, vel Hæreticus, fœmina vel masculus, si Baptismi forma servetur. Hoc dicit.

(1) *Los pecados.* Adde *cap. majores, de Baptism.* & *cap. sine pœnitentia, de consecr. dist.* 4. non tamen tollit irregularitatem, neque bigamiam, *cap. Acutius*, & *cap. una tantùm*, 26. *dist.* Host. *in summa de Baptism.* §. *fin.* & intellige, quando irregularitas fuit contracta sine peccato, aliàs tollitur per baptismum, Gloss. 51. *dist. in summa*, & *in cap. si quis viduam*, 50. *dist.* ubi Alexandr. Gloss. tamen *ubi supr.* in irregularitate homicidii, vult quòd tollatur per baptismum, sive proveniat sine peccato, vel cum peccato, & istud dicit verius Sylvester *in summa, in parte*, baptisimus, *la* 6.

Quilibet suo presbytero parochiali tenetur confiteri, & non alii, nisi habuerit licentiam alii confitendi: prælatus tamen major potest cuilibet hanc licentiam dare; sed Religiosi non possunt confessiones audire, neque baptizare, neque populo prædicare, vel curam animarum exercere, sine Prælati vel Papæ licentia, vel nisi Episcopus ei committat aliquam Eclesiam sui ordinis; tunc enim potest eam de sui majoris licentia tenere, & prædicare, omniaque ibi ministrare. Hoc dicit.

(1) *Misacantanos.* Sacerdotibus data est hìc potestas á mediatore Dei & hominum, qui ipsos Ecclesiæ suæ præposuit, & solvendi & ligandi tradidit potestatem, *cap. multiplex*, *de pœnit. distinct.* 1. & in hoc Sacerdos judex est, *cap. verbum*, *de pœnitent. distinct.* 1. & quilibet Sacerdos recipit hanc potestatem in ordinatione sua; tamen ligata est talis potestas, nisi à Papa vel à Diœcesano hanc habeat potestatem: & ex quo cura animarum commissa est ab aliquo ipsi sacerdoti parochiali, sine alia licentia speciali habet potestatem audiendi confessiones parochianorum suorum, secundum Host. *in summa*, *de pœnit. & remis. versic* cui confitendum, *charta* 4. *col.* 2. *illius tituli.* Sed an presbyter parochialis, qui propter multitudinem populi non potest omnium confessiones audire, possit ad hoc vocare alios sacerdotes, qui eum juvent in audiendis confessionibus, textus videtur quòd sic, & ibi Host. notat *in cap.* 3. *versic.* confessiones, *de offic. Archipresbit.* Archidiac. verò *in cap. perlectis*, 25. *dist.* dicit, quòd contra dictum Host. facit text. *in cap. cunctis.* 16. *quæst.* 1. unde ipse distinguit, quòd aut Episcopus

Obispos porque tienen logar de los Apóstoles, en la Órden que les dan de Misa. (2) Pero este poder non lo han los otros homes Religiosos, maguer sean Misacantanos: ca non pueden dar penitencias, nin baptizar, nin predicar al Pueblo, nin usar de las otras cosas que pertenescen á Cura de las almas; fueras ende, si oviesen privilegio del Papa (3), en que gelo otorgase; ó si los pusiesen los Obispos para servir a algunas Eglesias Parrochales, (4) que fuesen de aquella Religion donde ellos son: é esto con consentimiento de sus Mayorales de aquella Órden. E maguer dice de suso, que se deben confesar los homes á Clérigo Misacantano, esto non se entiende, que lo han de facer á otro, si non aquellos onde son parrochianos (5), cada uno en su Eglesia. É maguer se quisiesen á otro alguno confesar, non lo pueden facer (6) sin otorgamiento de aquel (7), ó de otro su Perla-

pus dedit licentiam illis presbyteris, & possunt, aut non dedit, & non poterunt, quæ secundum Archidiac. fuit opinio Raym. *in summa, de pœnitent. & remission. §. item posito*: Joan. Andr. *in cap. omnis utriusque sexus, de pœnitet. & remission. super gloss.* & *in cap. cum ex eo, de elect. lib.* 6. tenet, quod parochialis potest ad tempus modicum committere causa subsistenti alteri presbytero, ut audiat confessiones parochianorum suorum: quando verò vellet committere perpetuò, non potest sine Episcopo, allegat *cap. si quis in clero.* 7. *quæst.* 1. & ibi respondet ad rationes, quas adducit Archidiac. & ita possunt reduci opiniones ad concordiam, & relato isto dicti Joan. Andr. residet Præpos. *in dicto cap. perlectis.*

(2) *De Missa.* Religiosi non habent potestatem absolvendi vel ligandi, neque baptizandi, neque prædicandi, neque exercendi alia, quæ pertinent ad curam animarum, nisi de consensu Episcopi & Abbatis, vel superioris ipsius religiosi, *cap. alia*, & *cap. pervenit*, 16. *quæst.* 1. & *in §. ecce*, & *in §. hoc idem*: hæc enim pertinent ad Rectores curatos, ut *in clement. dudum, §. verum, de sepult.* Possunt tamen religiosi audire confessiones illorum, qui habent licentiam sacerdotis parochialis, ut alii possint confiteri, licèt non dicat specialiter, quòd religioso, ut tenet Hostiens. *in dicto versic. cui confitendum*, & *in* versic. *tu tamen dic*, & vide *in cap. placuit, de pœnitent. dist.* 6. & intellige dummodo religiosus aliàs à suo superiore sit habilitatus ad confessionem audiendam, ut tradit Archidiac. *in cap. perlectis, columm.* 3. 25. *distinct.*

(3) *Privilegio del Papa.* Hodie vide quod habetur *in clementin. dudum, §. statuimus, de sepult.* & super hoc hodie conceduntur facultates per bullas Cruciatæ & alias concessiones Papæ ad eligendum confessorem, etsi sit religiosus etiam ordinis mendicantium; ex quo videtur talis religiosus habilitatus à Papa, videas per Sylvestr. *in summa*, in parte, *confessor*, la 1. versic. *quinto quæritur.*

(4) *Para servir a algunas Eglesias Parrochales.* Adde *cap.* 2. *de statu monachor.* & *eod. tit. cap. quod Dei timorem*, ubi vide Abb.

(5) *Parrochanos.* Concordat cum *cap. omnis utriusque sexus, de pœnitent. & remission.* & *in cap. imprimis*, 2. *quæst.* 1. & 6. *quæst.* 3. *cap. scitote, cap. nuper, §. in secundo, & in fin. de sentent. excommun.* & *cap. placuit, de pœnitent. distinct.* 6. Et etiam Rex, si sua residentia est intra certam parochiam, tenetur de jure confiteri presbytero parochiali, Glos. *in cap.* 4. *de majorat. & obed.* & ibi Abb. qui dicit hodie communiter Reges habere privilegium, ut possint eligere confessores: & adde quæ dixi supra *in L. proxima.* Et clerici habitantes in parochiis subjiciuntur in hoc curatis presbyteris parochiarum, secundum Abb. *in dicto cap. omnis utriusque sexus*, & Petrum de Pal. & presbyter parochialis potest confiteri, & absolvere suum parochianum, etiam extra parochiam seu territorium parochiæ, cum pœnitentia sit de jurisdictione voluntaria, facit *L.* 2. *ff. de offic. Procon.* Hostiens. *in dicto §. cui confitendum fit*, addit etiam de criminibus parochiani extra territorium parochiæ commissis alieno Episcopatu vel parochia, glossa notabilis *in cap.* 1. 16. *quæst.* 1. & per Abb. ubi allegat *dict. glos.* & confirmat aliquibus rationibus *in cap. cum contingat, col.* 12. *de foro compet.* Ipsi verò presbyteri parochiales recurrere debent ad Episcopum pro pœnitentiis; quia cum ipsi immediatè subsunt Episcopo, non possunt absolvi ab alio, quam ab eo, vel Archipresbytero ecclesiæ cathedralis, quia in hoc est vicarius Episcopi, *cap. officium, de officio Archid.* Abb. *in dicto cap. conquerente, col. pen. de offic. ordin.* & veniendo in specie ad diversa genera personarum, quis sit proprius sacerdos, tradit latè Hostiens. *in summa, de pœnitent & remis. versic.* cui confitendum, *per multas col.* & dixi aliqua supra, *in L. proxim.* & quis dicatur sacerdos scholarium, mercatorum, stipendiariorum, & similium, qui non habent in illo loco proprium domicilium, vide per Innoc. & Abb. *in dicto cap. omnis*, ubi Abb. *col. fin.* refert opiniones, & dicit illam sibi placere, & esse magis communem, quòd ille dicatur proprius sacerdos, in cujus parochia habitat de præsenti, neque possit commodè adire proprium sacerdotem, argum. *cap. fin. de parochiis*, allegat Glos. quæ hoc tenet *in clementin.* 1. *de privilegiis*, in verbo, *parochiales*: & permittitur hoc istis, & peregrinis propter necessitatem, non tamen per hoc isti sunt parochiani illius Ecclesiæ, in qua habitant; neque talis Ecclesia propriè dicitur parochialis istorum, ut declarat Abb. *in cap. in nostra, in fine, de sepult.* quem etiam vide *in cap. cum contingat, de foro compet.* 13. *col.* & vide Bal. *in L. si quis ad declinandam, C. de Episc. & cleric.* 13. *col.*

(6) *Non lo pueden facer.* Quia ab alieno sacerdote non potest quis absolvi, vel ligari, ut *in dicto cap. omnis utriusque sexus*, & dixi supra *in gloss. proxim. in princ.* unde procedit non solùm in confessione, quæ debet fieri semel in anno, juxta dispositionem *dict cap.* sed etiam si pluries velit confiteri, prout notat ibi Abb. *in* 7. *notabil.* Quid autem de mulieribus, & rusticis, qui sæpe errantes adeunt presbyteros non habentes potestatem? Dicit Abb. *in dicto cap. dudum*, el 2. *col.* 6. *de election.* quòd salventur propter fidem sacramenti, refert tamen Joan. Andr. ibi dicentem, quòd si ante mortem hoc sciant, tutum esset, quòd iterum confiteantur, argum. eorum. quæ notantur *in dict. cap. quod autem, de pœnitent. & remission.* quod ipse Abb. verum putat in his, qui nunquam habuerunt institutionem à superiore; sed in his qui habuerunt, ex causa superveniente fuerunt ipso jure privati, & non obstante privatione juris tolerabantur, non credit tunc confessionem iterandam, quia ut dicunt Joan. Adr. & Host. ratione tolerantiæ hic verè absolvit, per text. *in cap nonne*, 8. *quæst.* 4.

(7) *Sin otorgamiento de aquel.* Requiruntur duo, ut quis possit confiteri alieno sacerdoti. Primum, ut subsit causa, nam sine causa peccat parochianus, quia videtur contemnere proprium sacerdotem, & debet esse causa justa, ut *in dict. cap. omnis.* Secundo, ut licentia petatur, & obtineatur, ut hìc, & *in dict. cap. omnis*, ubi notat Abb. *in* 6. *notabil.* Erit autem justa causa petendi talem licentiam, si parochianus sacerdos sit imperitus, ut notat Glos. *in dict. cap. omnis*, vel ut dicit Abb. ibi, si subest alia causa legitima, ut quia est odium inter istum confitentem & proprium presbyterum, vel inter eum & parentes presbyteri; vel quia proprius presbyter fuit particeps delicti: licèt enim possit, si vult, confiteri sacerdoti participi, secundum Joan. Andr. *ibi* post Vincent. non tamen necessitatur, unde est justa causa petendi licentiam, quod Abb. approbat ibi in verbo *pœnitentiæ*; secus, si elegerit proprium, quia particeps fuit, ut facilius absolvat, allegat text. cum glos. 49. *distinct. in princip.* adde his Hostiens. *in dicto versic. cui confitendum*, ubi dicit, quòd non semper danda est licentia, imo denegenda, si sacerdos se sufficientem reputet; nam præsumere potest, quòd petat parochianus licentiam, ut confusionem & erubescentiam evitet; vel si fortè se contemni verisimiliter præsumit, poterit denegare quandiu ab Ecclesia toleratur, *cap. vestra, de cohab. clericorum & mulierum*: caveat tamen de conscientia, ut *in cap.* 1. *ejusdem titul.* & *de temp. ordin. cap. quæsitum.* Debet autem sacerdos credere petenti licentiam alleganti (saltem in genere) justam causam; quia non est verisimile, quòd quis cum fallacia adeat pœnitentiam, secundum Glos. *in cap. placuit, de pœnitent, distinct.* 6. & si sacerdos injus-

lado (8) mayor, donde es perrochano. Ca otro no lo podria ligar, nin absolver, si non fuese por mandado dellos. Pero los Perlados mayores (9), así como Obispos ó dende arriba, é los otros que non han Mayoral sobre sí (10), si non al Papa, puédense confesar á quien quisieren, solamente que sea Clérigo Misacantano aquel, á quien se confesaren, sin demandar licencia ninguna.

LEY XXII.

En quantos casos puede el perrochano de un Clérigo, confesarse á otro, é non al suyo.

PErrochano de una Eglesia, dice la ley ante desta, que non se puede confesar á otro: pero casos hay (1) señalados, en que lo puede facer; é estos son cinco. El primero es, quando su Clérigo non es entendido, para que le pueda dar consejo, é quiere ir á otro que lo sea mas que aquel, mas debe gelo primero demandar; é si otorgar non gelo quisiere, púedese querellar á su Mayoral (2), é non puede ser, que quando gelo mostrare, como lo face por pro de su alma, que non le plega, é que le non dé consejo. El segundo caso es, quando dexa su Perrochia, é se va á morar á otra (3), ca estónce bien se puede confesar sin otorgamiento de ningun Clérigo de la otra. El tercero es, quando anda de una tierra en otra, non habiendo voluntad de asosegar (4) en un logar, ca estónce puédese confesar con qualquier Clérigo que sea, solo que haya poder de confesar, é de dar penitencia. El quarto caso es, quando dexa su casa, é va por tierra ó por mar buscando otro logar donde more (5), ó va en pelegrinage, ó en mercadería, ó por otra razon qualquier, ca estónce puédese confesar allá donde va, así como de suso dicho es. El quinto, quando el que es perrochano de una Eglesia, face pecado en otra (6), ca este atal bien se puede confesar, si quisiere, al Clérigo de la otra Perrochia, donde fizo el pecado. É débese confesar cada uno, podiendo haber el Clérigo, lo mas aina (7) que pudiere; ca tanto mas agrava el pecado el alma del home, quanto mas en él está.

LEY

justè deneget licentiam, adeat superiorem illius sacerdotis, qui & si deneget, dic ut *in L.* 32. *infra eod.* Si commodè adire non potest, ut tradit glos. & ibi Innoc. & Abb. & alii *in dicto cap. omnis, super glos.* in verbo, *obtineat*, & habetur *infra eod. L.* 32. & si subest necessitas, statim potest confiteri alieno sacerdoti, dic ut ibi per eos. Sunt etiam alii casus, in quibus quis confiteri potest alieno sacerdoti, de quibus vide infra *ead. L.* & per Hostiens. *in dict. vers. cui confitendum*, inter quos nota illud de tempore necessitatis, ut *in cap. quicumque presbyter, de pœnitent. distinct.* 3. & 26. *quæst.* 6. *cap. si presbyter*, & *cap. quem pœnitet, de pœnit. distinct.* 1. & *cap. qui vult, de pœnit. distinct.* 6. Nota tamen, quòd neque tempore necessitatis confitendum est hæretico, vel schismatico; quia non habet Ecclesiæ claves, nisi sit catholicus, *de pœnitent. distinct.* 1. *cap. verbum Dei*, & *cap. quem pœnitet.* Hostiens. *in dict. summa de pœnitent. & remission.* §. *quis debet confiteri.*

(8) *Otro su Perlado mayor.* Sive Papa sive Episcopus Diœcesanus, vel ejus Vicarius, vel Archypresbyter, item Legatus Papæ vel ejus Pœnitentiarius, secundùm Joan. Andr. *in dict. cap. omnis*, & Gloss. *in cap.* 2. *de pœnitent. & remis. lib.* 6. & habita licentia propii sacerdotis, vel superioris confiteri potest sacerdoti etiam curam animarum non habenti, ut notat Abb. in 1. *Clemen. de privileg. super glos. in verbo, specialis: quidquid dixerit ibi glos.* & Glos. *in dict. cap. omnis*, & ibi Abb. de quo per Sylvest. *in summa, in parte, Confessor.* la 1. versic. *quinto quæritur*, & ad hoc videas extravagan. Joan. 22. quæ incipit *vas electionis*, sub titulo *de hæretic. in extravag. communibus.*

(9) *Perlados mayores.* Concord. cum *cap. fin. de pœnit. & remiss.*

(10) *Mayoral sobre sí.* Id est, sunt exempti, ut habetur *in dict. cap. fin.*

LEX XXII.

Ad confitendum alii sacerdoti quàm proprio, requiritur ejus licentia: fallit tamen in quinque casibus. Primus, si proprius sacerdos est idiota; quia tunc debet petere licentiam, qua non obtenta, conqueratur prælato. Secundus, cum ad aliam Parochiam transtulit domicilium. Tertius est, in vagabundo. Quartus, si causa mercantiæ vel peregrinationis, vel alia causa peregit. Quintus casus est, si in aliena Parochia peccavit, quia tunc potest, si vult, illi clerico confiteri. Hoc dicit.

(1) *Casos hay.* Vide quæ dixi supra *L. proxima, in gloss. super* parte, *sin otorgamiento de aquel.*

(2) *A su mayoral.* Episcopo videlicet, vel Archidiacono, ubi de consuetudine vel commisione Episcopi Archidiaconus haberet curam animarum, ut notant Doctor. *in cap. cum satis*, & *in cap. fin de offic. Archidiac.* Abb. *in cap. cum in cunctis*, §. *inferiora, de elect.* & vide infra, *eod. L.* 32. & Decium *consil.* 420. *n.* 4. incipit, *Quæritur*; & si iste superior recusaret malitiosè dare licentiam, & de facili non posset commodè adiri superior Episcopi recusantis, poterit, licentia non obtenta, alii confiteri Sylvest. *in summa, in parte, Confessor.* la 1. versic. 6. *quæritur*, & habes infra *eod. L.* 32.

(3) *A otra.* Isto casu jam sacerdos Parochiæ, cui se contulit, non erit alienus sed proprius, *cap. final. de Paroch.*

(4) *Asosegar.* Vide *in L. hæres absens, ff. de judic.*

(5) *Donde more.* Iste enim sine domicilio est, *L. Labeo. in princ. ff.* & *L. ejus*, §. *Celsus, ad municipal.*

(6) *Pecado en otra. Cap.* 1. *de raptor*, & *cap. placuit* 6. *quæst.* 3.

(7) *Lo mas aina.* Ne tardes converti ad dominum, & ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te, Eccles. 5. *v.* 7. 8. & rationes propter quas festinandum est ad pœnitentiam, vide per Hostiens. *in summa, de pœnitent. & remission. charta* 3. *col.* 4. in verbo, *festina.* Adverte tamen, quia secundùm S. Thom. 4. *Sententiarum, dist.* 17. ad confessionem actualem, nullus tenetur statim post peccatum, quia cum præceptum confitendi sit afirmativum, non obligat, nisi pro loco & tempore. Sunt tamen aliqui casus in quibus statim tenetur confiteri, ut si haberet recipere Sacramentum Eucharistiæ vel ordinem sacrum, vel si esset in periculo mortis notabili vel probabili in casu, veluti in quo homines frequenter moriuntur, ut in naufragio, bello, acuta febri, vel gravi infirmitate; vel quando conscientia dictat ad statim confitendum, quia omne quod est contra conscientiam, scilicèt præcepti, ædificat ad gehennam, 18. *quæst.* 1. §. *ex his*, & *ibi gloss.* vel quando probabiliter videret, quòd illo anno copiam idonei sacerdotis habere non poterit, ut poteris videre de his per Petrum de Palud. *in* 4. *sentent. dist.* 17. & Sylvest. *in summa*, in parte, *Confessio*, la 1. versic. *secundò quæritur*; ubi refert quintum casum, quem addunt aliqui, videlicet,

quan-

LEY XXIII.

Quantas cosas debe haber en la penitencia para ganar por ella salvacion.

SAlvacion ganan los homes de sus pecados, faciendo penitencia verdadera, é para esto han menester tres cosas. La primera, que se duelan en sus corazones (1) de los pecados que ficiéron. La segunda, que los confiesen (2) verdaderamente, non encubriendo ninguno á sabiendas, nin menguando de decir todo aquello de que se acordaren. La tercera, que fagan emienda dellos, segund les mandaren aquellos á quien se confesaren. É estas tres cosas debe facer cada un pecador, porque erró contra Dios en tres maneras. La una, porque ovo sabor de pensar el pecado. La otra, porque consentió en él, queriéndolo facer. La tercera, por la soberbia que ovo, en cumplirlo de dicho, é de fecho. Así por estos tres males todo

quando peccator post confesionem & communionem recolit se oblitum confiteri aliquod mortale, quia tenetur statim confiteri, neque potest expectare futuram Quadragesimam, quia exponeret se periculo obliviscendi; quod tamen ipse Sylvester dicit nihil esse, quia oblivisci peccatum mortale, non est mortale: unde iste non se exponit periculo peccati mortalis, neque tenetur laborare ne obliviscatur, sed sufficit, quòd velit recordari & proponat confiteri, quando alia vice tenebitur.

LEX XXIII.

In peccati commissione errat quis contra Deum tripliciter: meditando, consentiendo, & faciendo. Ita in vera pœnitentia sunt tria necessaria, quibus illas tres offensiones emendare debet peccator. Pro prima, cordis contritio. Pro secunda, oris confessio. Pro tertia, operis satisfactio. Hoc dicit.

(1) *Se duelan en sus corazones.* Contritio debet esse universalis, continua, habens propositum confitendi & satisfaciendi, & contritio est dolor pro peccatis verus & anxius cum proposito abstinendi, confitendi, & satisfaciendi assumptus, Joel 2. *v.* 13. *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra*, vel dic quòd cordis contritio est à malo ad bonum, à diabolo ad Deum conversio, Joel 2. *v.* 12. *Convertimini ad me in toto corde vestro.* Conversio autem est cordis undique versio, *de pœnitent. dist.* 1. *cap. convertimini*; hæc Hostiens. *in summa de pœnitent. & remission. charta* 1. *col.* 3. versic. *quid si contritio*, & *col.* 4. vers. *qualis debeat esse contritio.* Secundùm Theologos, contritio, prout est virtus seu actus virtutis quæ pœnitentia dicitur, diffinitur sic: Contritio est dolor voluntatis assumptus pro peccatis; prout v[illegible]ò est pars sacramenti habens relationem ad alias partes [illegible]t dolor voluntariè assumptus pro peccatis, cum proposito confitendi & satisfaciendi. Videas Sanctum Thom. & alios Theologos *in* 4. *Sententiarum*, *dist.* 17. Debet autem peccator niti & orare pro magna contritione, sed si majorem non potest habere, saltem doleat se peccasse, & hoc sufficit; sed propter hoc doleat, quia Deum offendit, nam si ex aliis causis doleret, propter infamiam fortè vel amissionem honoris, non est digna pœnitentia, *cap. ut constitueretur*, 50. *distinct.* neque exigitur peccatores tantùm dolere, quòd potius vellent omnem pœnam substinere, quam peccasse, ut tradit Innocent. & Joan. Andr. *in cap. omnis utriusque sexus, de pœnitent. & remission.* & secundùm Petrum de Palud. à pœnitente requirendum est, si pœnitet, & si non sufficienter dolet, an hoc sibi displiceat, & vellet sufficienter dolere, & hoc sufficit, quod Sylvester *in summa*, *in* verbo, *Contritio*, §. 1. dicit valde esse notandum: quia sic dispositus est contritus vel saltem attritus, ut possit absolvi; & dicit Gloss. *in cap. quem pœnitet*, *de pœnitent. distinct.* 1. quòd confiteri quis debet de omni peccato, & ejus veritate, *ut in cap. consideret*, *de pœnitent. dist.* 5. & *dist.* 6. *cap. qui vult.*

(2) *Que los confiesen.* Gloss. *in summa*, *de pœnit. dist.* 5. dicit, quòd ad confessionem tenentur ex universalis Ecclesiæ traditione potius, quàm ex novi vel veteris testamenti auctoritate; & quòd traditio Ecclesiæ obligatoria est, ut præceptum, argum. 11. *dist. cap. in his rebus*, & quod necessaria est confessio in mortalibus apud nos; sed apud Græcos dicit, quòd non, quia non emanavit ad illos traditio talis, & illud Epistolæ Jacobi: *confitemini alterutrum peccata vestra*, dicit fuisse consilii primò, alioquin ligaret & Græcos non obstante eorum consuetudine. Abb. etiam *in cap. omnis utriusque sexus*, *de pœnitent. & remission. colum.* 5. versicul. *extra gloss.* tenet opinionem dictæ glossæ. Theologi tenent, quòd ut est mentalis facta Deo, est de jure naturali, ut autem est vocalis, est de jure divino novæ legis, ut tradit Sanctus Thom. 4. *Sententiar. dist.* 17. & Sanctus Bonaventura, Ricardus, & Scotus, pro quibus valdè concludit auctoritas illa, Joan. 20. *v.* 23. *Quorum remisseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*; & ideo neque Papa dispensare potest super Sacramento confessionis, ne quis confiteatur homini, secundùm Sanctum Thomam *in* 4. *Sententiarum*, *dist.* 16. *quæst.* 3. *artic.* 1. *in fine*, quia Sacramenta sunt ex institutione divina; benè tamen Papa posset dispensare, ut differret confessionem ultra annum, de quo etiam per Archidiac. de *pœnitent. dist.* 5. *in summa ad finem.* Decius *consil.* 112. *num.* 5. Peccata venialia non tenetur quis singulariter confiteri, Gloss. *in cap. perfecta pœnitentia*, *de pœnitent. distinct.* 1. Hostiens. verò *in summa de pœnitent. & remission. charta* 2. versic. *de quibus peccatis*, ponit in hoc tres opiniones. Prima, ut non sit necesse confiteri venialia peccata sacerdotibus, etsi copia sacerdotis habeatur, dummodo hoc ex contemptu non prætermittatur; & quòd sufficeret ea confiteri coæquali. Secunda, quòd necdum mortalia, sed etiam venialia pandenda sunt sacerdoti, qui ligandi & solvendi potestatem habet, si ipsius copia habeatur; & est argumentum pro eis *de pœnitent. dist.* 1. *cap. agite pœnitentiam.* Tandem ponit ipse tertiam opinionem, & dicit esse distinguendum inter venialia, & venialia; habent enim tres gradus sicut Apostolus testatur 1. *ad Corinth.* 3. *v.* 12. & habetur *in* §. *alias*, 25. *dist.* ligna scilicèt, fœnum, & stipulam. Per ligna majora venialia intelliguntur, & quæ nimis sunt inveterata vel in consuetudine jam deducta, quæ ex ipsa frequentatione & contemptu mortalia reputantur, vel sequuntur, ut *in cap. etsi Christus*, §. *quædam*, *de jurejurando*, & secundùm hoc dicit intelligendum, quod August. dicit, quòd nullum peccatum adeo veniale est, quod non fiat criminale dum placet, ut *in dict.* §. *criminis*, & §. *sequent. dist.* 25. & tunc debet confiteri, si fieri possit, & de his dicitur: *Vitasti grandia, vide ne obruaris arena.* Per fœnum, intelligas minora, & hæc confitenda sunt saltem in genere, *cap. de quotidianis*, *de pœnitent. distinct.* 3. Per stipulam, intelligere minima venialia, quæ in sola cogitatione consistunt, & quæ ad consensum non perveniunt, *ut de pœnitent. distinct.* 2. *cap. sicut de tribus.* Abbas *in cap. omnis utriusque sexus*, *de pœnitent. & remission.* dicit, quod bonum consilium est, de quo Gloss. *ibi*, ut confiteatur quis venialia, si recolit, præsertim si deducta sunt in consuetudine. Cardinal. Alexand. *in dicto* §. *criminis*, loquitur in hoc satis intricatè. Sanctus Thom. 4. *Sententiarum distinct.* 16. & 17. Scotus, & Petrus de Palud. ibidem, & communiter Doctores dicunt, quòd regulariter non teneamur confiteri peccata venialia, neque ex vi Sacramenti, neque ex dispositione *cap. omnis utriusque sexus*, *de pœnitent. & remission.* & intellige de confessione in specie de singulis, ut in principio *gloss.* diximus. Tenemur tamen ratione statuti Ecclesiæ confiteri venialia in genere dicendo: *Nos quidem immunes à peccato mortali, secundùm conscientiam nostram, tamen in multis aliis deliquisse, & petere absolutionem*, secundùm Sylvest. *in summa*, *in* verbo, *Confessio*, 1. §. *decimo tertio quæritur.* Si tamen quis dubitet an sit mortale vel veniale, tenetur confiteri eum in specie secundum Sanctum Thomam, *ubi supra.*

do Christiano, que se confesare verdaderamente (3), debe facer aquellas tres emiendas sobredichas; ca se debe doler en su corazon por el pensamiento malo que pensó, en que hobo sabor; é débelo decir por su boca, porque fué desvergonzado (4), queriéndolo facer; é ha de facer emienda por la soberbia que hobo en sí, por cumplir el pecado. É para estas cosas mostrar, amenazó Elías Profeta por mandado de Dios á Azahel Rey de Damasco, quando le dixo (5): que por los males, é por las premias que ficiera tres vegadas á los Pueblos de los Judíos, si se arrepintiese, é ficiese penitencia dello, que lo perdonaria; mas por la quarta vegada, si los apremiase, non lo perdonaria, mas que le daria pena por ello. Onde por estos males, é por estas premias, entiéndense tres maneras de pecado en que caen los homes, pensando mal, é consintiéndolo, é despues faciéndolo. É el quarto es, quando non quieren facer penitencia de sus pecados, é han sabor de vevir en ellos. É porende al que así muere, non lo perdonará Dios (6): ca derecho es que el que toda su vida quiso vevir en pecado, sin facer penitencia, ó arrepentirse dello, que despues de su muerte siempre sea en pena.

LEY XXIV.

Quantas maneras son de pecados sobre que ha de ser fecha la penitencia.

SAnta Eglesia muestra como perdona Dios, en tres maneras de pecados, quando se confiesan: é da exemplo desto de los tres muertos que resuscitó nuestro Señor Jesu-Christo, quando andaba por la tierra; ca segund fizo estónce en los cuerpos, face agora semejante dello en las almas. É primeramente resuscitó la fija (1) del Príncipe de la Sinagoga, que yacia muerta dentro en su casa, é por esto se entiende el pecado de los malos pensamientos, en que home está: é quando face penitencia dellos, resuscítalo nuestro Señor Dios en el alma, que era muerta por aquel pecado contra Dios por el pensamiento malo que pensó dentro en su corazon, si lo confiesa; así como resuscitó aquella manceba dentro en su casa. É el otro muerto que resuscitó, era fijo de una viuda (2), é quando lo llevaban á soterrar, encontráron con nuestro Señor Jesu-Christo los que lo llevaban fuera de la puerta de la Cibdad: é hobo duelo de su madre, é de la otra compaña que lo llevaban, é resuscitólo, é por este quiso que entendiesemos el pecado que face el home, diciendo algunas palabras, que fuesen carrera para facer el pecado que pensó, ó trabajándose de otra manera qualquier para complirlo: é quando face penitencia dél, resuscítalo nuestro Señor Jesu-Christo en el alma, que era ya en carrera para complir el pecado; así como fizo vevir el fijo de aquella muger que llevaban á soterrar. É el tercero que resuscitó, fué Lázaro (3), que habia quatro dias que era muerto, é fedia ya muy mal, é por esto tovo por bien que entendiesemos el pecado que home face, non tan solamente por pensamiento, nin por palabra, mas compliéndolo por fecho, ca á este resuscita nuestro Señor Dios en el alma, quando face penitencia, como resuscitó á Lázaro del

(3) *Verdaderamente.* Debet enim esse confessio pura, & fidelis, & integra, & debet habere confessio sexdecim, quæ his versibus continentur.

Sit simplex, humilis, Confessio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,
Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Secundùm Sanctum Thomam, & alios Theologos *in* 4. *Sententiarum*, *dist.* 17. ubi hæc plenè exponuntur. Vide etiam per Hostiens. *in summa de pœnitent. & remission. charta* 3. *colum.* 2. & 4. & 5. versic. *qualis debet esse confessio*, & vide glossam notabilem, *in cap. quem pœnitet*, *de pœnitent. dist.* 1. & duæ de prædictis scilicet quòd sit frequens & festina, sunt de bene esse, secundùm Sylvest. *in summa*, *in verbo*, *Confessio* la 1. versic. *primò verò quæritur.*

(4) *Desvergonzado.* Debet ergo in confessione vincere erubescentiam, & ipsa erubescentia partem habet remissionis, quoniam & verecundia magna est pœna, *ut in cap. quem pœnitet*, *de pœnitent. distinct.* 1. & non debet dividi confessio timore verecundiæ, *cap.* 1. versic. *cautus*, *de pœnitent. distinct.* 5. & contra hunc pudorem est triplex medicina. Prima, consideratio rationis naturalis: si enim non erubuisti peccare, quod inhonestum & inutile fuit, non debes secundum rationem naturalem erubescere confiteri, quod honestum & utile est; unde dicit beatus Bernardus: *O insania nimia hominum*, *pudet ablui*, & *non pudet inquinari*: *pudet sordes abstergere*, & *non pudet contrahere*: *abstergitur caliga*, & *contemnitur anima*! Secunda, est virtus divinæ intuitionis, quam nihil celare potest etiam minimam cogitationem ; ad Hebræos 4. *v.* 13. *Omnia nuda sunt*, & *aperta oculis ejus*, *cap. novit. de judic.* Tertia, est comparatio futuræ confusionis, Ecclesiast. 4. *v.* 25. est confusio adducens ignominiam, sive peccatum, & est confusio adducens gloriam; de his plenè per Hostiens. *in summa de pœnitent. & remis. charta* 9. *columm.* 1. vers. *quæ impediant pœnitentiam.*

(5) *Dixo.* Vide Amos *cap.* 1. & *in cap. super tribus de pœnit. distinct.* 1.

(6) *Non lo perdonará Dios.* Adde *dict. cap. super tribus*, *in fine.*

LEX XXIV.

Anima per peccatum moritur in damnationem perpetuam, & per pœnitentiam resurgit in vitam æternam. Hoc dicit.

(1) *La fija.* Vide Matth. *cap.* 9. *v.* 25. & *in cap. quem pœnitet*, *in fine*, *de pœnit. distinct.* 1. & *eadem dist. in* §. *denique*, versic. *tres quoque.*

(2) *Fijo de una viuda.* Luc. 7. *v.* 14. & *in cap. fleat*, *de pœnitent. distinct.* 1.

(3) *Lázaro.* Joan. *cap.* 11. *v.* 17. & *cap. quantumlibet*, *de pœniten. distinct.* 1.

del Sepulcro que fedia ya; ca así como el cuerpo del home muerto que es ya corrompido, aborrescen los homes, porque huele mal, así el pecador quando comple el pecado por obra, aborréscele Dios: é porende llora Santa Eglesia, é ruega á Dios por estos atales que son menores de fecho é mayores en pecados, segun dixéron los Santos: Llore por tí Santa Eglesia tu madre, é lave tus pecados en sus lágrimas: é esto se face á semejanza de como lloraban Santa María Magdalena é Santa Marta, é rogáron á nuestro Señor Jesu-Christo por su hermano Lázaro, que le resuscitase, é lloráron y otrosí la otra compaña que iba con ellas.

LEY XXV.

En que manera deben los Clérigos oir las confesiones, é que cosas deben catar.

Sabidores deben ser los Clérigos en dar las penitencias á los que se á ellos confesaren, pues que son puestos en logar de Dios, para juzgar las almas. E deben primeramente oir el pecado, de que el home se confiesa: é despues pescudar las cosas que estan cerca dél, para saber la verdad, á que dicen en latin circunstancias. É estas son así como qual es el pecado que fizo aquel que se le confiesa, é de que edad (1) es el pecador, si es mancebo, ó si es viejo, ó sano, ó doliente (2), ó libre, ó siervo (3), ó rico (4), ó pobre, ó Clérigo (5), ó lego, ó letrado (6) ó sin letradura, ó Perlado (7), ó otra persona menor (8), ó en que lugar

LEX XXV.

Confessor, qui est positus loco Dei, debet sapienter scrutari in confessione pœnitentis circunstantias, & ejus personam in ætate, valetudine, conditione, divitiis, statu, litteratura & dignitate, contemplando etiam locum & tempus commissi, & an per se, vel alterius suggestione, aut adjutorio peccavit: contritionem insuper pœnitentis, quibus diligenter inspectis, pœnitentiam commisso contrariam injungit arbitrariam; obediat pœnitens, impleatque eam, quia aliàs sibi non proderit. Hoc dicit. Ortum habet à *cap.* 1. *de pœnitent. distinct.* 5.

(1) *Edad.* Ratione fragilis ætatis, minor pœnitentia est imponenda, 15. *quæst.* 1. §. *ut itaque*, pueri doli capaces tenentur confiteri, *cap. omnis utriusque sexus, de pœnitent. & remission.* Hostiens. *in summa ejusdem tituli, charta* 8. *col.* 2. vers. *cui pueri.* Si verò est valde senex in ætate decrepita, alleviari debet jejuniis, & gravari orationibus, ut *in dicto capit.* 1. *de pœnit. distinct.* 5. & si habet pecuniam, redimat cum ipsa peccata sua, *de pœnit. distnct.* 1. *cap. medicina.* Si verò non sunt ita senes, fortiùs pœnitentiari debent, quàm decrepitus, tales enim cum peccant, juvenes ad interitum trahunt; quia secundum beatum Gregorium, laqueus juvenum omnes mali senes, 2. *quæst.* 7. *cap. Paulus dicit*, in sene verò omni discretione carente, dic ut in pupillo, & furioso. Host. *ubi supra, charta* 8. *col.* 3. versic. *quando confitendum est.*

(2) *Doliente.* Infirmo non est injungenda pœnitentia, sed innotescenda quantitas & qualitas, ut dicat sic sacerdos: si tu esses sanus, talem pœnitentiam deberes agere, & usque ad tale tempus, sed quia es infirmus, tibi non injungo; dico tamen tibi, quòd si decesseris, facias talem eleemosynam, sive injunge tuis hæredibus quòd eam faciant pro hac pœnitentia; si autem convalueris, iterum humiliter confitearis, & facias pœnitentiam quæ tibi injuncta fuerit. Probantur hæc *in cap. ab infirmis*, 26. *quæst.* 7. & 50. *distinct. cap. de his*; 26. *quæst.* 6. *cap. si quis corpore*, & *cap. seq.* Hostiens. *in summa de pœnit. & remission.* §. *quando confitendum*, versic. *confitendum est tempore sanitatis.* Videtur tamen, quòd & possit sacerdos dicere, si convalueris, fac talem pœnitentiam, sine eo quòd teneatur iterum confiteri, vide *infra eod. L.* 39.

(3) *Siervo.* Si servus sit, & obedierit domino obediendo in atrocioribus, minus puniendus est, 22. *quæst.* 5. *cap. qui compulsus*: 12. *quæst.* 2. *cap. cum devotissimam*, & tamen in talibus non tenebatur obedire, *L. servus, ff. de action. & obligation. cap. Si dominus*, 11. *quæst.* 3: 86. *dist. cap. an putatis.* Quòd si voluntariè peccaverit acriùs quam alius in corpore etiam punitur, 24. *quæst.* 1. *cap. qui contra pacem*: 12. *quæst.* 2. *cap. qui manumittitur*: 3. *quæst.* 11. §. *si quis ex familiaribus*: neque est servo injungenda peregrinatio, per quam dominus servi servitio defraudetur, *cap. relatum, de sentent. excommun.* Hostiens. *in summa, de pœnitent. & remission. charta* 15. *col.* 4. versic. *licèt autem.*

(4) *Rico.* Inquirat Sacerdos cautè, & astutè quæ causa movet divitem ad peccandum, *de pœnitent. distinct.* 6. *cap.* 1. *ad fin.* & imponat pœnitentiam in jejunio, oratione, & eleemosyna consistente, & si sit delicatus caveat ne asperum jejunium injungat, 41. *distinct. cap. non cogantur*, aggravet eum in eleemosinis, *cap. medicina, de pœnitent. distinct.* 1. Hostiens. *ubi supra*, versic. *si dives sit.*

(5) *Clérigo.* In eodem genere peccati magis videtur peccare clericus, quàm laicus, Glos. *in cap. homo christianus*, 40. *distinct.* Plus enim peccare videtur perfectus, quàm imperfectus, Glos. *in cap.* 1. *de pœnitent. distinct.* 5. *in* parte, *ideo enim*, quæ tamen limitat hoc secundum contemptum. Adde gloss. *in cap. qui viderit*, 32. *quæst.* 5. *in* parte, *studiosa*, & 1. *Regum, cap.* 2. *v.* 25. & *de pœnitent. dist.* 1. *cap. si sacerdos*: Si Sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?

(6) *Letrado.* Huic enim propter majorem scientiam durior videtur pœnitentia imponenda, quàm non litterato; quia magis videtur contemnere qui plus scit, quàm qui minus; & quia litterati peccant in multis, de quibus sacerdos debet inquirere, ideò debet hoc scire, de quibus vide per Hostiens. *in summa, de pœnitent. & remis. charta* 6. *col.* 4. versic. *cui doctor.*

(7) *Perlado.* Prælatus si publicè peccaverit, acriùs quàm alius puniri debet propter exempli perniciem, 11. *quæst.* 3. *cap. præcipuè, cap. magnæ, de voto*, ubi Glos. tradit illud: *Regis ad exemplum, &c.* 83. *distinct. cap. nemo quippe*, si occultum mitiùs punitur, quàm quando publicè, nam gradus dignitatis vel ordinis peccatum aggravat, *dict. cap. homo christianus*, 40. *distinct.* & 89. *distinct. cap. ad hoc.* Unde Presbyter magis puniendus est, quàm Diaconus: & vide *de pœnitent. distinct.* 4. §. *finis.* Hostiens. *ubi supra*, versic. *si Prælatus sit.*

(8) *Persona menor.* Milites, rustici, mercatores, vel alii, de quibus vide latiùs per Hostiens. *in summa, de pœnitent. & remission. charta* 8. versic. *cui miles*, versic. *cui rusticus*, & versic. *cui mercator*, & dicit ibi Hostiens. quòd vita rusticorum tutior est, quàm quiescentium deliciosorum divitum & otiosorum, unde versus: divitiis uti, res est adversa saluti: paucos crede bonos, quos beat æris honos, mollities vestis, coitus, gula, cura quietis. Et circa mercatores nota signanter, cum (narrando in his quæ peccant) dicit: Nonò, transferendo se ad regiones remotas, & nimiam moram trahentes, & ibi cum diversis etiam alienis uxoribus adulterium committendo, & suis causam adulterii præbendo, de quibus quot mala proveniant dicit ipse, nemo est qui ignoret; quod tu nota contra mercatores transferentes se in regiones Indiarum Maris Occeani, ibique nimiam moram trahentes. De religiosis autem dic, quòd in tribus casibus in eodem genere peccati, plus

gar (9) fizo el pecado, ó si lo fizo por sí tan solamente, ó con ayuda de otro, ó por que se movió á facerlo, ó si lo fizo de su grado, ó por fuerza, ó quantas veces (10), é en que manera, é sobre todo si muestra el pecador, si le pesa (11) porque pecó. É quando todas estas cosas hobiere catadas, débele dar penitencia contraria del pecado (12) que fizo: ó otra segund su alvedrío (13), qual entendiere que podrá complir. Otrosí el que se viniere á confesar, debe ser obediente, é muy acucioso para facer enmienda (14) de los pecados, que hobiere fecho, segund

plus peccant quàm laici. Primus, cum religiosus peccat contra votum religionis, veluti fornicando contra votum continentiæ, vel furando contra votum paupertatis, & contra præceptum decalogi. Secundus, cum peccat ex contemptu, cum per id sit ingratus divini beneficii, quo sublimatus est ad perfectionis statum. Tertius, propter scandalum, quia multi ad ejus vitam respiciunt; sed si religiosus non ex contemptu, sed ex infirmitate vel ignorantia peccat, non contra votum suæ religionis, & occultè & absque scandalo, leviùs peccat eodem genere peccati, quàm sæcularis, nam ex multis bonis quæ facit quasi absorbetur peccatum illius, si sit leve, & si sit mortale, faciliùs ab illo resurgit propter intentionem quam habet erectam ad Deum, quæ licèt ad horam intercipiatur, de facili reparatur, & quia juvatur etiam à sociis ad resurgendum. Hæc sunt ex S. Thom. 2. 2. *quæst.* 186. *artic. fin.* & tradit Joan. Andr. *in cap. accusatus, de hæret. lib.* 6. & nota, quòd non est injungendum in pœnitentia monacho jejunium, in speciali propter scandalum fratrum, 20. *quæst.* 1. *cap. monachi*, & §. *fin.* potest tamen puniri in ciborum abstinentia, cum & sine scandalo possit comedere magis, vel minus; si tamen esset monachus solitarius, posset ei indici jejunium, videas per Hostiens. *ubi supra, charta* 16. *col.* 1. versic. *si sit monachus*: & de monachis, & eorum excessibus, vide per eundem *charta* 6. *col.* 2. versic. *cui monachi*; ibi etiam videre poteris de excessibus aliarum personarum.

(9) *En qué lugar.* An in loco sacrato, ut *in cap.* 1. *de pœnitent. distinct.* 5. ubi vide de hac circunstantia, & aliis hìc expressis, & per Glos. *in cap. homo christianus*, ubi Præpos. 40. *distinct.* Et adverte, quod necesse est confiteri circunstantias mutantes speciem peccati, si trahant ad speciem quæ de se sit peccatum mortale; de circunstantiis verò aggravantibus in eadem specie, communior & probabilior opinio est, quòd non sit necessarium eas confiteri, licèt sit laudabile, ut tradit latiùs Sylvest. *in sua summa, in* parte, *Confessio* la 1. vers. *nonò quæritur.*

(10) *O quantas veces.* Debet ergo pœnitens explicitè confiteri se fecisse peccatum bis, vel ter, vel pluries, prout habeat in memoria, videas Sylvestr. *ubi supr. versic.* 11.

(11) *Si le pesa.* Nam si maxima est contritio, etiam pœna peccati diminuitur, vide Glos. *in cap. baptismi vicem, de consecrat. distinct.* 4. & Abb. *in cap. inter opera, de spons.* 2. *notabil.* & text. *in cap. in actione, de pœnit. distinct.* 1. & Glos. *ead. dist. in cap. mensuram, in parte, doloris*, & Glos. *in cap. omnis*, 46. *dist.* & Ludolphus Cartus. *part.* 2. *cap.* 60. *col.* 18. *in princip.*

(12) *Contraria del pecado.* Quia secundum Beat. Greg. contraria contrariis curantur, *cap. affectum*, 26. *quæst.* 7. unde injungat superbo humilem orationem, avaro eleemosynarum largitionem, accidioso peregrinationem, guloso, & luxurioso abstinentiam & carnis macerationem, & disciplinalem flagelationem, suspecto de hæresi, si clericus sit bonus, fidei prædicationem & hæreticorum persecutionem, maledicto benedictionem & linguæ refrænationem, aliis satisfactionibus simul junctis, arg. *de purg. canon. cap. inter sollicitudines*, §. *præcipias*, quandoque injungat loci mutationem, 81. *distinct. cap. valet.* Hostiens. *in summa, de pœnit. & remis.* 9. *quæ pœna.*

(13) *Segund su alvedrío.* Hodie omnes pœnitentiæ sunt arbitrariæ, *cap. tempora pœnitudinis*, 26. *quæst.* 7. & *cap. mensuram, de pœnit. dist.* 1. & *cap. Deus qui, de pœn. & remission.* & procedit non solùm quando non reperitur expressa in jure pœnitentia specifica, imo etiam ubi canon expressam imponit pœnitentiam, sicut reperitur in 46. fere casibus, ubi canones pœnitentiales imponunt specificas pœnitentias, pro certis peccatis, quos poteris videre collectos per Host. *in summa, de pœnitent. & remission. charta* 15. *col.* 2. 3. & 4. ut tradit Abb. *in dict. cap. Deus qui*, & est communis opinio approbatque consuetudo generalis; neque obstat quod dicit Beatus Gregor. & habetur *in cap. falsas, de pœnit. distinct.* 5. ubi dicit, falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem sanctorum Patrum imponuntur, quia dicit Hostiens. illud verum, nisi ex causis & ponderatis circunstantiis pœnitentia temperetur: & idem dicit Abb. *in dicto cap. Deus qui*, & ultra alias causas, dicitur rationabilis causa dispositio pœnitentis, unde si meretur pœnitentiam magnam, & dicit se non posse facere nisi parvam, injungat ei sacerdos, quam possit libenter suscipere, & si gaudere non potest de ejus omnimoda purgatione, saltem gaudeat, quòd liberatum à gehenna ad purgatorium transmittat, ita quod secundum Hostiens. nullo modo permittat eum à se recedere desperatum, argum. *cap. si quis presbyter*, 26. *quæst.* 6. & advertat sacerdos, quòd pro majori peccato, major debet pœnitentia imponi, *cap. Deus diffinitionem, de pœnit. distinct.* 1. caveat etiam secundum Hostiens. *ubi supra*, quòd sic arbitretur, ne vilescat auctoritas Ecclesiæ, & ne potestas clavium contemnatur, *de pœnit. distinct.* 1. *cap. sunt qui arbitrantur, cap. absit*, & *cap. siquis præpropera*, 50. *dist.* & ne ipsos onerent; juxta ea quæ notat Glos. *in dicto cap. mensuram*, & Abb. *in dicto cap. Deus qui*, Host. *in summa, de pœnitent. & remiss. ultima charta*, vers. *ad quid valet sacerdos.* Sacerdos igitur consideratis criminis qualitate, & personæ dignitate, conditione, sexu, officio, paupertate, infirmitate, debilitate, consuetudine, complexione, senectute, contritione, loci, religionis & temporis qualitate, causa, & voluntate, & aliis circunstantiis, de quibus *in dicto cap.* 1. *de pœnitent. distinct.* 5. & hìc, pœnitentiam imponat, & dicit Glos. *in dicto cap. mensuram*, quòd si per errorem sacerdos qui à pœnitente credebatur peritus, minorem quam debeat pœnitentiam imponat, sufficit illa minor pœnitentia ad peccatum delendum, & omnem pœnam alterius vitæ, dummodo pœnitens, qui eam recipit, majorem recipere paratus esset, si sibi imponeretur, & sequitur Abb. *in dicto cap. Deus qui*, de quo tamen videas Abulens. Matth. *cap.* 16. *quæst.* 50. ubi concludit allegatis dictis illius glossæ, quòd respectu pœnæ impositæ jure procedit illud dictum glossæ, sed non in pœna taxata à Deo, quia si minor imponatur, non tollitur tota pœna in purgatorio; unde si quis commisit homicidium, vel perjurium, tenetur de jure ad septennem pœnitentiam, *cap. hoc ipsum*, & §. *sequent.* 33. *quæst.* 2. & *cap. prædicandum*, 22. *quæst.* 1. si sacerdos imponat pœnitentiam unius diei, per hoc dispensat in jure ita, quòd per hoc pœnitens non tenetur ad septennem pœnitentiam; & tamen si per septennem pœnitentiam tolleretur tota pœna debita in purgatorio pro homicidio, vel perjurio, non tolleretur per pœnam unius diei, quam imposuit sacerdos, sed solùm tantùm tollitur proportionabiliter, quantum est unus dies ad septem annos; & ita secundum eum quanto minorem pœnitentiam imponit sacerdos confitenti, tanto deteriùs est confitenti. Nisi fortè, quia imposita majori pœnitentia non posset, aut nollet illam tolerare: vide etiam ad prædicta, quòd ex causa potest sacerdos minuere pœnitentiam impositam à Papa, ut dicit. Glos. *in dicto cap. tempora pœnitudinis*, & si peccatum esset publicum, dicunt aliqui, quòd pœnitentiam publicam non potest sacerdos minuere, per text. *in cap.* 1. *de pœnitent. & remission.* ubi Anton. Felin. *in cap. accusasti, in fine, de accusat.* Sed dic, quòd etiam in hac dispensare possit ex magna causa, *cap. quæsitum, de pœnitent. & remission.* & tradit Hostiens. *in dict.* versic. *quæ pœna.*

(14) *Enmienda.* Nam non dicitur verè pœnitens, qui peccandi animum non deponit, *cap. quod quidam, de pœnitent. & remission.* Et si confitens dicit, se non posse desistere ab odio vel alio peccato, vel nolle restituere cum possit, aut dimittere artem, quam sine mortali exercere non potest, vel hujusmodi, talis nullo modo debet absolvi, secundùm S. Thom. Petrum de Palud. & alios; audienda tamen est ejus confessio, ne desperet, ut *in dicto cap. quod quidam.* Sed an teneatur pœnitens acceptare pœnitentiam moderatam à sacerdote injunctam, & dixerunt multi Doctor. S. Thom. Ricard. & alii, quòd sic. Scotus verò

gund le mandare aquel, á quien dixere su confesion. Ca de otra manera non seria verdadera, nin ternia pro para salvarse por ella.

LEY XXVI.

Qué cosas deben preguntar los Confesores á los que se les van á confesar.

Simplemente deben los Confesores oir las confesiones de los pecadores: é despues que hobieren confesado sus pecados, hánles de preguntar de las cosas que son aderredor del pecado, así como dice la ley ante desta. Pero débense mucho guardar, que les non fagan preguntas señaladas (1) de las maneras del pecado; mas generalmente les deben preguntar, en quales maneras pecáron. Otrosí deben guardar que non pescuden á los que se confiesan, sobre pecados extraños é muy sin razon, que non usan los homes, porque podria acaescer que por algunas de tales demandas se moverian á facer algunas cosas, que ante non solian pensar, nin sabian. Mas si por aventura acaesciese, que el que se confiesa fuese necio ó vergonzoso, é el Clérigo viese en él algunas señales que se envergonzaba de las decir; entonce bien le puede preguntar, fasta que sepa la verdad de aquel pecado que encubre. É otrosí puede preguntar á todo home que viene á su confesion, de los pecados que son usados (2), así como de soberbia, de muerte de home, de avaricia, de adulterio, ó de furto, de perjuro, de falso testimonio, é de los otros yerros, en que caen los homes á menudo, é son como de cada dia. Otrosí debe el Confesor mandar al que se le confiesa, que quantas vegadas viniere á penitencia, se siente á los pies del Clérigo, que lo confesare, homildosamente (3). Pero si fuere muger, débela castigar, que se asiente á un lado del Confesor, é non muy cerca, nin delante; mas de guisa que la oyga, é non le vea la cara (4), porque dice el Profeta Abacuc, que la cara de la muger es así como llama de fuego, que quema al que la cata. Onde el Clérigo que se debe guardar de non facer yerro con las mugeres, ha menester de non le ver la cara, nin otra cosa, porque haya de moverse á errar.

LEY

rò tenet oppositum, cui assentit Joan. de Medina *in suo tract. de pœnitent. in cap. alia est pœnitentia secreta*, sub versic. *sed est dubium.* Et probari dicit unica ratione, quia si esset pœnitenti necessarium pœnitentiam injunctam acceptare, aut esset necessarium ad hunc finem, scilicet ut Deo reconcilietur, aut ut Deo satisfaciat, sed non primum; quia supponit, quod homo ille sit per contritionem sufficienter reconciliatus, sed neque secundum, quia quamvis peccator teneatur Deo satisfacere, cum hoc debitum possit multis viis & modis solvere, sequitur, quòd non teneatur ad unum determinatum modum satisfaciendi, scilicet per pœnitentiam injunctam; potest enim aliter, scilicet per pœnitentiam voluntariè assumptam, & per alia opera pietatis, & per fervorem charitatis satisfacere; & potest etiam satisfactionem ad purgatorium remittere, cum postquam culpa fuit remissa, non mansit peccator obligatus nisi ad pœnam temporalem, in hoc sæculo vel in alio solvendam, in quam scilicet fuerat æterna commutata.

LEX XXVI.

Sacerdos de circunstantiis peccati inquirens, non descendat ad speciem, neque de inconsuetis gravibus delictis quærat, nisi ex signis confitentis viderit propter verecundiam veritatem celare, & faciat hominem pœnitentem ad ejus pedes sedere: mulierem verò ad latus, non nimis appropinquantem, neque faciem, aut aliud ejus intueatur. Hoc dicit.

(1) *Preguntas señaladas.* Vide *in cap. omnis utriusque sexus*, versic. *sacerdos autem*, *de pœnitent. & remission.* & per Hostiens. *in summa*, *charta* 8. versic. *qualiter sacerdos se debet habere erga confitentem*, & *charta* 9. *col.* 1. versic. *quæ interrogationes*, ubi refert dicentes aliquos (& quòd sic utuntur, & multi religiosi) quòd nullæ interrogationes fieri debent, sed simpliciter debet audire sacerdos; quam opinionem proculdubio dicit Hostiens. esse periculosam, quia multi sunt simplices, qui si instruantur, verè confitebuntur, & si non instruantur, semper in fæcibus remanebunt. Subdit etiam, quòd est falsa talis opinio, nam in hoc foro sacerdos est judex, ut dicit Ambr. & habetur *in cap. verbum*, *de pœnit. distinct.* 1. & oportet judicantem cuncta rimari, 30. *quæst.* 5. *cap. judicantem*, & adde in hoc Gloss. *in cap.* 1. *in verbo*, *investigator*, *de pœnitent. distinct.* 6. & si persona pœnitentis esset discreta, non multum scruteris, cum in omnibus sit instructa, nisi fortè Deus tibi aliquid revelaverit plus quam sibi, 95. *distinct. cap. esto subjectus.*

(2) *Que son usados.* De hoc videre poteris per Sanct. Thom. 4. *sententiarum*, *distinct.* 19. & 50. ubi dicit, quòd sacerdos debet perscrutari conscientiam peccatoris in confessione, quasi medicus vulnus, judex causam; quia frequenter, quæ pœnitens taceret præ confusione, interrogatus revelat. Sed tamen in interrogationibus tria sunt attendenda. Primum, ut quilibet peccator interrogetur de peccatis, quæ consueverunt in hominibus illius conditionis abundare. Non enim oportet, quòd à milite quæratur de peccato clericorum, aut religiosorum, aut è converso. Secundum, ut non fiat explicita interrogatio de peccatis, nisi de illis quæ omnibus manifesta sunt. De aliis autem adinventionibus, ita debet à longinquo fieri interrogatio, ut si commissit, dicat, si non commisit, non addiscat. Tertium, ut de peccatis præcipuè carnalibus non descendat nimis ad particulares circunstantias; quia hujusmodi delectabilia, quanto magis in speciali considerantur, tanto magis concupiscentiam nata sunt movere, ut dicitur *in* 4. *Ethicor.* & cavere debet sacerdos ne plures interrogationes faciat, quàm fortè expediat: quod specialiter cavendum est in interrogationibus modi peccandi, maximè in peccato fornicationis, & gulæ, ne fortè sibi modum quem numquam audivit, videatur aperire, & sic ad peccatum quod numquam fecerit, quodammodo instruat, ut tradit Host. *in summa*, *in dicto* versic. *quæ interrogationes*, & habetur in ista lege.

(3) *Omildosamente.* Flexis genibus, capite discooperto, aut velato, dicit Hostiens. *in summa*, *de pœnitent. & remission. charta* 8. *col.* 4. vers. *qualiter sacerdos.*

(4) *La cara.* Prosequitur dicta Hostiens. *in dicto* vers. *qualiter sacerdos*, ubi, quòd instruat fœminam, quòd semper sedeat ex transverso, ne faciem ipsius respiciat; quia facies mulieris, ventus urens, Habacuc *cap.* 1. *v.* 9.

LEY XXVII.

Que dice que todo Christiano debe saber el Pater noster, é Ave María, é el Credo in Deum.

Ley 1. tít. 1. lib. 1. Recop.

AVe María, é el Pater noster, é el Credo in Deum, son palabras santas é de grand virtud, é conviene mucho á los Christianos que las sepan; porque el Ave María son las palabras, con que el Ángel Gabriel saludó á la Vírgen Santa María, quando nuestro Señor Jesu-Christo quiso tomar carne della, é es loor, que le place mucho, é ha tan gran virtud, que ganan por ella los homes su merced de Santa María Vírgen. Otrosí en el Pater noster son las siete peticiones que nuestro Señor Jesu-Christo dixo á los Christianos, con que le supiesen pedir merced: é en el Credo in Deum es la creencia verdadera de la Santa Fe Católica, como la deben creer. É por esta razon los Clerigos que han de confesar, deben preguntar (1) á los que se les confiesan, si saben estas cosas que en esta ley son dichas, é si dixeren que las non saben, deben gelas mostrar, é consejar, é mandar que las aprendan.

LEY XXVIII.

Que penitencia deben dar por el pecado mortal.

DOble pena es fallada, por el pecado mortal. La una por siempre é en el otro siglo, á los que lo non confiesan en este mundo, podiendo haber á quien, ó que non se arrepienten (1) como deben. La otra es temporal en este mundo, que pone aquel á quien se confiesa el pecador: é quando esta temporal es tan grande, que compla á la emienda del pecador, compliéndola en este mundo, es quito de la otra que es en el otro, que debia haber en el Purgatorio (2); é si non es tan grande, ó non la puede complir en este mundo, conviene por fuerza, que la compla en el otro, pasando por el Purgatorio.

LEY XXIX.

Como todo home puede confesar á otro en peligro de muerte.

ENfermedad habiendo alguno ó otra coita, porque se coitase de tomar penitencia, mas aina que debia, ó que tenia en la voluntad de lo facer: debe demandar primeramente por aquel, cuyo parrochano es, segund dice en la setena ley ante desta. Pero si aquel non podiese haber, puédese confesar á otro qualquier, maguer non fuese Misacantano: é si en ninguna manera Clerigo non podiese haber, é fuese grande la premia, puédese entónce confesar al lego (1): é maguer el lego non haya poder (2) de absolverlo de los pecados, gana perdon dellos quanto á lo de Dios, por el arrepentimiento que ha, é por la buena voluntad que tiene consigo, que se confesaria al Clérigo, si le pudiese haber. Pero si despues estorciese de aquel peligro (3), débese confesar despues al Clérigo, si lo pu-

LEX XXVII.

Quærat sacerdos, an confitens sciat, Ave Maria, Pater noster & Credo in Deum, & si nesciat, doceat eum, consulens, & mandans, ut addiscat. Hoc dicit.

(1) *Preguntar.* Congruens videtur hoc, & necessarium in rusticis, & minoribus ætate, & noviter conversis ad fidem; & habet ortum lex ista à dictis Hostiens. *in summ. ubi supr. charta* 8. *col.* 4. vers. *qualiter sacerdos.*

LEX XXVIII.

Mortuus in peccato mortali perpetuò damnatur ad pœnam, sed confessus, si pœna pœnitentiæ est condigna peccato & in hoc mundo completur, remittitur in alio sæculo; sed si non completur, aut condigna non est, luetur in purgatorio. Hoc dicit.

(1) *Arrepienten.* Per contritionem pœna æterna diminuitur, sed agenda est pœnitentia temporalis, ut colligitur, *de pœnitent. distinct.* 1. *cap. multiplex*, & *cap. quem pœnitet*, *in fine*, & *cap. verbum*, & *cap. si peccatum*, & *cap. sicut primi hominis*, & 5. *distinct. cap. consideret*, *in fine*, & *distinct.* 7. *cap. fin.* Quicumque christianus mortaliter peccans duplici vinculo astringitur ad satisfaciendum; unum, quo ligatur quoad Deum, & istud in contritione dimittitur; aliud, quoad Ecclesiam, quòd per confessionem, & satisfactionem injunctam & absolutionem presbyteri relaxatur, secundum Hostiens. *in summa, de pœnit. & remision. charta* 2. vers. *illud autem*, & vers. *tu dic*, *col.* 2. allegat *cap. à nobis* el 2. §. 1. *de sentent. excommun.* & quoad pœnam temporalem satisfactoriam obligatus etiam est Deo: vide quæ dixi supra *eod. in L.* 25.

(2) *En el Purgatorio.* Is est effectus pœnitentiæ, ut si perfectè in hoc mundo fuerit satisfactum, ad patriam evolet, aliàs si quid purgandum remanserit, igne purgatorii purgabitur: videas per Host. *in summa*, *de pœnitent. & remission. charta* 12. *col.* 1. versic. *is es igitur effectus*, & quæ dixi *in dicta L.* 25.

LEX XXIX.

Infirmus non invento suo presbytero, potest confiteri alii clerico, vel laico, sed cum evadet, debet iterum confiteri presbytero. Hoc dicit.

(1) *Al lego.* Ortum habet à cap. *quem pœnitet*, *de pœnit. dist.* 1. & *cap. qui vult*, *de pœnit. dist.* 6. videas per Glos. *in cap.* 2. *de pœnit. & remis. lib.* 6. & poterit instante necessitate confiteri etiam & mulieri, Hostiens. *in summa*, *de pœnit. & remission.* §. *cui confitendum*, & Abb. *in cap. pastoralis*, §. *prætereà*, *de offic. ord.* non tamen hæretico, vel schismatico, ut dixi supra *eod. in L.* 21.

(2) *Non haya poder.* Quia non habet claves, ut dicit Glos. *in dicto cap.* 2.

(3) *Estorciese de aquel peligro.* Vide per Hostiens. *in dicto* §. *cui confitendum.*

pudiese haber. É tal confesion, como la que habia fecho primeramente con el lego, non vale, si non á ora de grand coyta, non podiendo al facer, así como dicho es.

LEY XXX.

Que cada uno debe decir por sí mismo sus pecados, é non por carta, nin por mensagero.

MEnsagero (1), nin carta (2) non debe ninguno enviar, para confesar por él sus pecados, mas aquel que face el pecado lo debe decir por su boca, fueras ende si non sopiese el lenguage de aquel, á quien se debe confesar, ó hobiese en sí enfermedad, ó otro embargo, por que lo non pudiese facer; ca estónce bien puede manifestar sus pecados por escrito, ó decirlos á otro que sepa su lenguage (3), que los diga por él, estando delante aquel, á quien se quiere confesar. É que esto deba ser así fecho, muéstranoslo nuestro Señor Jesu-Christo en el Evangelio (4), quando sanó los diez gafos, que les dixo: Id, é mostradvos á los Sacerdotes: é en esto se entiende, que tovo por bien, que cada uno fuese por sí á mostrar sus pecados, é non uno por otro. É aun se muestra por lo que dixo el Apóstol Santiago (5): que se confesasen los homes, los unos á los otros, sus pecados.

LEY XXXI.

Como vale á las veces tanto la buena contricion, como la confesion, maguer non se confiese el home, por non poder.

Ley 5. tit. 1. lib. 1. Recop.

FE quiere tanto decir (1), como haber home firme creencia de la cosa que non siente, nin vee: esta es todo el fundamento, é la raiz de todo nuestro bien (2): é es tan buena é tan santa, que non se puede excusar en qualquier de los Sacramentos. É maguer que los resciba home todos, non le tienen pro para salvarse, si non hobiere fe, que por ella se salvará. É porende, tan grand merced fizo Dios á los pecadores, que quando acaesce que vienen á hora de muerte, é non pueden haber Clérigo nin lego á quien se confiesen, habiendo dolor en su corazon (3) de sus pecados, é fiándose en la merced de Dios, en esta fe se

LEX XXX.

Confessio non potest fieri per nuntium, aut epistolam, vel literam, sed proprio ore. Si tamen talis non intelligat linguam vel aliàs loqui nequeat, eo in præsentia sacerdotis existente, potest per alium vel per literam confiteri. Hoc dicit.

(1) *Mensagero* Confessio sacramentalis non potest fieri per nuntium, ut hìc, & est sumptum ex *dict. cap. quem pœnitet, de pœnit. distinct.* 1.

(2) *Ni carta.* Adde *dict. cap. quem pœnitet*, dicit tamen Glos. *in cap. qualis*, 30. *quæst.* 5. quòd mulier simplex potest confiteri scripto sacerdoti præsenti. S. Thom. *in* 4. *sentent. distinct.* 17. dicit, quod confessio prout est pars sacramenti, habet determinatum actum & materiam, & ille est, quo maximè consuevimus manifestare, id est perproprium ejus; igitur ei, qui non habet usum linguæ, ut qui est mutus, vel qui est alterius linguæ, sufficit, quòd per scriptum, aut nutu, aut per interpretem confiteatur, quia non exigitur ab homine plus quàm possit: dicit etiam S. Thom. *in* 1. *quotlibeto* quòd de necessitate Sacramenti est, quòd quis sua peccata manifestet, neque potest in hoc aliquis dispensare. Sed quòd fiat verbo non est de necessitate sacramenti, sed ex institutione Ecclesiæ quoad eum qui potest, non solùm ut erubescat, sed ut accipiatur id cujus usus est convenientior.

(3) *Que sepa su lenguage.* Habes hìc, quòd potest quis confiteri per interpretem, & adverte, quòd non dicit, quòd teneatur, sed quòd potest; Sylvest. *in summa, de verbo, Confessio, la* 1. versic. 15. *quæritur*, post S. Thom. & alios, quos ibi refert, se resolvit, quòd tenetur quis quando habet sacerdotem præsentem confiteri ore, vel per scripturam, aut per interpretem de jure divino, id est, semel ante mortem, quia Deus præcepit absolutè confessionem, quæ fieri potest dictis modis, quantum est de necessitate sacramenti; & consequenter quandiu habet homo unum de illis modis, non absolvitur à præcepto. Utrum autem idem sit de jure canonico, seu ecclesiastico, secundum quod confessio debet fieri semel in anno, refert Petrum de Palud. dicentem, quòd fortè non tenetur quis confiteri per interpretem, licèt possit, ex quo non invenitur præceptum in jure, & præceptum est grave, & efficeretur gravius; & consequenter talis non tenebitur communicare in pascha, nisi immineret periculum mortis, quia tunc teneretur confiteri de jure divino: Joan. verò de Medina *in suo tract. de confessione*, dum tractat de modo secretè confitendi, §. *solet insuper*, se resolvit, quòd licèt sit licitum confiteri per interpretem, vel coram testibus, non tamen dicit esse necessarium; quia neque intentio Dei, neque ecclesiæ est, ut peccator teneatur eo modo confiteri quo possit infamari, qualiter posset si per nuntium, vel interpretem, seu scriptum, seu si pluribus confiteretur. Item Ecclesia præceptum modificans, ait: quòd solus soli confiteatur, & sic sacerdoti loco Dei: fatetur tamen, quòd si non posset aliquis debitam certitudinem sui status habere nisi per confessionem & absolutionem, & per eam posset habere, quòd tunc esset necessarium sic confiteri ob periculum evitandum. Attamen, cum hujusmodi certitudo non sit evidentiæ, sed probabilis conjecturæ; hæc autem haberi potest per solam contritionem, sine hujusmodi non secreta confessione: igitur defectus certitudinis non inducit necessitatem confitendi, non servato modo secreto.

(4) *En el Evangelio.* Luc. *cap.* 17. *v.* 14.

(5) *El Apóstol Santiago.* In Epist. *cap.* 5. *v.* 16.

LEX XXXI.

Nihil prodest recipienti sacramentum pœnitentiæ, si fidem non habeat, & est fides credere, quod quis non videt, & est fundamentum omnium bonorum. Item in mortis articulo deficiente confessore, sola contritione liberatur pœnitens ab inferni pœnis: & si non potest ob aliquod impedimentum loqui, si habet signa contritionis, ut quia scribit peccata, vel manus levat junctas ad dominum, vel pectus percutiat, gemitum, aut suspirium, aut fletum emittat, aut quid simile, non denegantur ei ecclesiastica sacramenta. Hoc dicit.

(1) *Tanto decir.* Adde *cap. in domo, de pœnit. dist.* 4.

(2) *De todo nuestro bien.* Si potest credere, omnia possibilia sunt credenti: Matth. *cap.* 9. *v.* 22. & Marc. 5. *v.* 34. *Filia, fides tua te salvam fecit*; & Apost. ad Ephes. 6. *v.* 16. dicit, *in omnibus sumentes scutum fidei*; & sancti *per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones*, ad Hebr. *cap.* 11. *v.* 33. & ibid. *Sine fide impossibile est placere Deo*; & habetur *in Epist.* Jacobi, 1. *cap. v.* 6. *postulet autem in fide nihil hæsitans*; & *hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra*, Joan. 1. *cap.* 5. *v.* 4: & *si non credideritis, non permanebitis*, Esai. *cap.* 7. *v.* 9. & Jerem. 5. *v.* 3. *Domine oculi tui respiciunt fidem*; & Oseæ 2. *v.* 20: *Sponsabo te mihi in fide*; & si non prima in corde nostro gignitur fides, reliqua quoque bona esse non possunt, etiamsi bona videantur. Beatus Gregor. 2. *lib. Moral*, *cap.* 33.

(3) *Dolor en su corazon.* Vide *cap. multiplex, de pœ-*

se salvan sin ninguna dubda, para no ir al Infierno. É otrosí quando alguno se quisiere confesar, que fuese mudo, ó que hobiese perdido la fabla por enfermedad, ó por ferida, ó que non sopiese el lenguage, ó de otra manera qualquier, maguer haya Clérigo, ó lego á quien se confesase, pues que lo non puede decir por palabra, ha menester que amuestre señales (4) de arrepentimiento; así como si escribiese sus pecados por su mano, ó alzase las manos á Dios, ó si se firiese en los pechos, ó gimiese, ó sospirase, ó llorase. Ca si muestra alguna destas señales, ó otra semejante dellas, es salvo, segund nuestra Santa Fe Cathólica. É porende non le deben vedar ninguno de los Sacramentos, nin de los otros bienes de Santa Eglesia, que gelos non den, bien ansí como si se confesase por palabra.

LEY XXXII.

Como el que demanda licencia á su Cura, ó á su Mayoral, para irse ó confesar á otro, debe dar razon porque lo face.

Licencia en latin, é otorgamiento en romance, todo es una cosa (1). É porque dice en la ley ánte desta, que la debe home demandar á su Clérigo, quando se quiere ir á confesar á otro, tovo por bien Santa Eglesia de demostrar, en qué manera lo debe facer. É es esta: ca debe mostrar alguna razon derecha, por que gela haya de otorgar, diciéndole, que cuyda que fallará mayor é mejor consejo para su alma, segun el pecado en que está, en el otro á quien quiere ir, que en él. Onde si tal razon como esta non mostrare, ó otra semejante della, non es tenudo de gela otorgar. Pero él mostrándola, si non le quisiere dar el Clérigo licencia, puédese querellar dél á su Mayoral; así como al Arcipreste, ó al Arcediano, ó al Obispo. Mas si tanta fuese la malicia dellos, que non gela quisiesen otorgar, é aquel que la demandase, entendiese que mejor consejo fallaria en el otro, bien puede ir sin licencia destos al otro, á quien quiere decir su confesion.

LEY XXXIII.

Por quales razones puede ir el home á confesarse á otro sin licencia de su Rector.

Guisada cosa es, é derecha, que el que hobiese caido en tal pecado, que tanxiese á él é aquel Clérigo, á quien se debia confesar, que puede ir á otro á quien se confiese, maguer su Clérigo no le quisiese otorgar licencia para facerlo. Esto seria (1), como si fuese muger aquella que se quisiese confesar, é hobiese pecado el Clérigo con ella, é se trabajase aun de lo facer (2): ó si fuese varon, ó le hobiese acaescido de pecar con alguna parienta del Clérigo, ó con su barragana, ó le hobiese ferido, ó muerto algun pariente, quel tanxese mucho acerca, de quien entendiese, quel Clérigo recebiria grand pesar, ca por qualquier destas razones sobredichas, ó por otra semejante dellas, bien se puede confesar á otro, segund que de suso dicho es. Pero si alguno demandase licencia mali-

pœnit. distinct. 1. & *in* §. *quibus auctoritatibus*, & *in* §. *in his auctoritatibus*, *ead. dist.* & per Hostiens. *in summa*, *de pœnit. & remission. charta* 2. versic. *illud autem quæri consuevit.*

(4) *Señales.* Vide *in dict. cap. multiplex*, *de pœnit. dist.* 1. unde ista L. sumpta est.

LEX XXXII.

Licentiam petens ad alii confitendum, exprimat justam causam petendi: & sacerdote licentiam recusante, conqueratur suo majori, quibus recusantibus, potest sine licentia alii confiteri; secus si in petitione justam causam non expressit. Hoc dicit. Et vide supra *eod. titul. LL.* 21. *&* 22.

(1) *Una cosa.* Nota ad leges Regni exigentes licentiam virorum in contractibus uxorum, & habes de isto verbo *in authent. quomodo oportet Episcopos*, §. 1: & *de alienat. & emphit.* §. *emphiteuseis verò & hypothecas*, & quæ notant Bart. & Ang. *in L. si quis mihi bona*, §. *jussum*, *ff. de adquirend. hæredit.*

LEX XXXIII.

Justa causa petendi licentiam est, si mulier quæ est confitens, per suum sacerdotem est cognita carnaliter, vel si peccatum de quo quis vult confiteri redundat in offensam confessoris, aut consanguinei ejus, vel amici; non tamen est justa causa, si verecundatur ex eo, quia reddit ad peccatum quod jam ei confessus est, vel quia fortè sacerdotem proprium habet odio, injustè tamen. Hoc dicit.

(1) *Esto seria.* Adde Joan. Andr. & Abb. *in cap. omnis utriusque sexus*, *de pœnitent. & remission.* dixi supra *eod. in L.* 21. *super* verbo, *sin otorgamiento de aquel.*

(2) *De lo facer.* Et quæ pœna debeat imponi sacerdoti coeunti cum filia spirituali, illa videlicet quam audivit in pœnitentia, videas *in cap. omnes*, & *in cap. si sacerdos*, & *cap. fin.* 30. *quæst.* 1. & Abb. *in cap. fin. column.* 3. *de purgat. canon.* & quando scelus hoc in notitiam populi devenit, & pœna depositionis, ut *in dicto cap. si sacerdos*, & *cap. fin.* & intelligit Joan. Bernard. de Luc. Episcopus Calaguritanus *in sua practica criminali canonica*, *super* verbo, *spiritualibus filiabus*, id est, quòd sit testibus probatum, quasi velit ille textus mitiori puniri pœna, quando in occulto hoc delictum revelatum esset superiori; & satis videtur hoc probari text. *cap. sacerdotes*, *cum sequent.* 50. *distinct.* quos Gloss. allegat *in dicto cap. fin.* nam ex quo res devenit in judicium & constat ex actis, res dicitur manifesta & notoria, *cap. cum olim*, & ibi Abb. 2. *notab. de verbor. signif.* & *in cap. fin. de cohabit. cleric. & mulier.* Bald. *in* §. *judices*, *col. fin. de pace juram. firmanda.*

liciosamente, o por engaño, o auiendo vergüenza de aquel Clerigo, porque por ventura se torno despues en alguno de aquellos pecados, de que auia tomado penitencia del, o por mal querencia que ouiesse contra el, non le auiendo el otro merescido porque, o despreciandole, teniendo que non auia poder de absoluerle; por qualquier destas razones, si demanda licencia, maguer que gela otorgue el Clerigo, faze engaño a si mismo: e por ende yerra mucho, ca por ninguna destas razones non la deue demandar.

L E Y XXXIV.

Como todo Christiano se deue confessar, a lo menos vna vez en el año, e que pena meresce el que lo non fiziere.

CHristiano, nin Christiana, non puede (1) ninguno complidamente ser, si despues que fuere de edad, e entendiere bien e mal, non se confessare a su Clerigo (2) cada año (3) vna vegada á lo menos, diziendole verdaderamente todos sus pecados. E otrosi deue recebir el Cuerpo de nuestro Señor Jesu-Christo, a lo menos vna vegada en el año, por dia de Pascua mayor (4), que es la Resurrecion; fueras ende si lo dexasse por consejo de su Maestro de penitencia. Onde qualquier que estas cosas non fiziere, asi como dicho es, deue ser echado de la Eglesia, que non oya las Oras con los otros Fieles Christianos de Dios: e quando muriere non le deuen soterrar ansi como a Christiano. E porque ninguno non se pueda excusar, diziendo que lo non sabia, fagan gelo saber los Clerigos, que asi es establescido en Santa Eglesia. Pero si alguno estuuiere en pecado mortal, conuienele de trabajar, quanto mas ayna pudiere (5), de salir del, porque esto pueda complir.

L E Y XXXV.

Que pena meresce el Clerigo que descubre los pecados que alguno le confessare.

DEscobriendo algun Clerigo poridad del Rey, segun diximos en la segunda Partida (1), faze grand traycion; quanto mas, la que es dicha a Dios, assi como la confession que dizen al Clerigo, que esta en su lugar, ca este atal faze muchos males e grandes. Lo vno, que es traydor a Dios, e desobediente a Santa Eglesia; e lo al, que es aleuoso a su Christiano; e demas, es homiziero, ca mete mal querencia entre los omes, e dales enxemplo de mal: e faze muy grande falsedad, tolliendo a los omes que non siruan a Dios, recelandose de confessarse. E aun dicen los Santos de tal como este, que es assi como el falsario que

L E X XXXIV.

Quilibet christianus utriusque sexus, ad minus semel quolibet anno, postquam intelligit bonum & malum, debet confiteri & Eucharistiam recipere, nisi de consilio confessoris à communione abstineat; aliàs non recipietur in Ecclesia ad horas canonicas, & carebit ecclesiastica sepultura; & hoc statutum debet publicari à Sacerdotibus parrochianis suis. Hoc dicit.

(1) *Non puede.* Ex hoc verbo videtur, hoc statutum esse præcepti Ecclesiæ, licèt aliqui contrarium voluerunt in terminis *cap. omnis utriusque sexus*, de quo Lex ista sumpta est, moti ex eo, quòd ibi nullum verbum præceptivum, & quia ibi non jubetur confessio per se ab Ecclesia, sed ratione Eucharistiæ, quam omnes fideles in paschate tenentur accipere, ante quam necesse est confiteri. In contrarium tamen, videlicet quòd sit præcepti, est concors & communis Theologorum & Juristarum sententia, imò quòd istum statutum sit obligatorium ad confessionem & Eucharistiam sumendam, & in hoc convenit totius Ecclesiæ consuetudo.

(2) *A su Clérigo.* Vide supra *in LL.* 21. 22. & 23.

(3) *Cada año.* Ex hoc videretur, quòd sufficit qualibet parte anni, licèt non sit in Quadragesima; si autem stemus consuetudini & communi hominum intelligentiæ, & statutis provincialibus pœnas contra non confitentes statuentibus, apparet præceptum hoc obligare ad confessionem in Quadragesima; qui enim tunc non confitentur, se prævaricatores esse putant, & ut tales pœna pecuniaria puniri solent, & Curatis imponitur necessitas tradendi prælatis in matriculis eos, qui non confitentur in Quadragesima cujusque anni, ut & tradit Joan. de Medina *in suo tract. de pœnit. tract.* 2. *in* §. *quintus casus est*, qui allegat S. Thom. *in* 4. *sent. distinct.* 17. *quæst.* 3. *ad primum, art.* 4. dicentem, tempus simul esse ab Ecclesia institutum pro confessione & Eucharistia, excepto quòd confessio debet præcedere; sed an ille qui omisit confiteri in Quadragesima, teneatur ea transacta, quam primum potest confiteri, vel an poterit absque novo peccato confessionem differre usque ad aliam Quadragesimam? Istam quæstionem movet dict. Doct. Joan. de Medina, *ubi supra*, qui inclinat, quòd teneatur confiteri quamprimum poterit; movetur, quia in præcepto de confitendo semel in anno non est intentio Ecclesiæ id statuere ratione certi temporis, sed ut occurratur negligentiæ humanæ de confitendo, & periculo oblivionis peccatorum; ibi poteris videre latiùs per eum, qui aliud censet, si Eucharistia tempore paschatis non sumatur, quia poterit sine novo peccato illam differre usque ad aliud pascha, quia in hoc Ecclesia videtur habuisse respectum ad tempus paschæ ratione dominicæ cœnæ & resurrectionis: confert ad prædicta *L. Celsus, ff. de arbitr.* & bonus text. *in cap. cum dilecti, de dolo, & contum.* vers. *prætereà cum mandatur alicui*, & *cap. pisanis, de restitut. spoliat.* tutiùs tamen est contrarium.

(4) *Dia de Pascua mayor.* In die dominica Resurrectionis, quia tali die celebratur pascha resurrectionis, ut *in cap. nosse*, & *in cap. celebritatem, de consecr. dist.* 3. & huic præcepto satisfaciet hodie suscipiens Eucharistiam in die sancta Jovis cœnæ, & ulterius usque ad dominicam post pascha immediatè sequentem, quæ dicitur de Quasimodo, inclusivè, ut fuit declaratum per Papam Eugenium.

(5) *Mas ayna pudiere.* Vide quæ dixi supra, *eod. in L.* 22. *in gloss. fin.*

L E X XXXV.

Sacerdos debet custodire sigillum confessionis, & potius mori, quam confessionem detegere, licèt sibi præcipiatur sub virtute obedientiæ; qui verò confessionem revelarit verbo, signo vel alio quocumque modo, deponendus est, & ad pœnitentiam agendam perpetuò in monasterio detrudendus. Hoc dicit.

(1) *Segunda Partida.* Vide *in L.* 5. *tit.* 9. 2. *part.*

que quebranta carta sellada con el sello del Señor, o de amigo que gela diesse, fiandose del en su lealtad. Ca ansi es la confession, como el sello de poridad, que guarda lo que es escrito dentro en la carta, que lo non pueda ninguno sauer. E aun mas lo encarescieron los Santos Padres, que dixeron, que si mandassen á algun Clerigo, que dixesse en virtud de obediencia (2) lo que sabia de confession de alguno, que lo non deue descobrir por esso, nin por otra premia ninguna que le puedan fazer, ante deue dezir todavia, que lo non sabe; e dira verdad, ca el non lo sabe teniendo lugar de ome, mas de Dios: e si por ventura le matassen por tal razon, seria martyr porende. Onde qualquier Clerigo (3) que descubriesse confession (4) de alguno, que se le confessasse (5), por palabra, nin por señal, nin por otra manera ninguna, deue ser depuesto porende, e encerrado (6) en algun Monesterio, en que faga penitencia por toda su vida. E esta penitencia touo por bien Santa Eglesia, de le dar en lugar de muerte, pues que de otra guisa non le puede matar.

L E Y XXXVI.

En que manera un Clerigo deue demandar consejo a otro, sobre razon de algun pecado que le confessaron, que penitencia le de.

CONsejo auiendo a demandar un Clerigo a otro, por mengua de sabiduria, por pecado que ouiesse alguno dicho en su confession, en razon (1) qué penitencia le daria sobre el, tovo por bien (2) Santa Eglesia, que lo fiziesse de guisa, quel otro non sopiesse quien es aquel

(2) *En virtud de obediencia.* Etiamsi sit Papa qui præcepit, & licèt præcipiat sub pœna excommunicationis, quia non est ei aliquo pacto obediendum, neque incidet in sententiam excommunicationis, secundùm Sanct. Thom. & omnes, *in 4. sententiar. distinct.* 21. Abb. *in cap. dilectus, de excessibus prælat.* Item si sacerdos, vel alius, qui audivit confessionem in casu necessitatis, producatur in testem contra reum criminis, potest securè respondere, se nihil scire, quia non producitur in testem, ut Deus, sed ut homo, secundum Abb. *in cap. si sacerdos, de offic. ordin.* de licentia tamen confitentis posset revelare ei qui posset prodesse, ut *in cap. Matthæus*, & ibi Abb. *de simon.* Abb. *in cap. significasti, de adult.* quòd secundum Theologos, *in 4. sent. dist.* 21. procedit, ubi non timerent scandalum ex revelatione confessionis; tunc enim non posset revelare, etiam ex licentia confitentis: & videas per Sylvestr. *in summa, in* parte, *confessio* la. 3. versic. *tertio quæritur.* Et non qualiscunque licentia sufficit, ut sacerdos possit confessionem revelare, sed debet esse talis, de qua constet sufficienter his coram quibus talis confessio revelatur, & quòd detur talis licentia propter aliquod bonum procurandum, vel malum evitandum, quod præponderet famæ confitentis: alioqui neque debet dari talis licentia à confitente, neque licitum erit ea uti.

(3) *Clerigo.* Imò etiam ad istum secretum tenetur etiam laicus, si ex necessitate proximus ei confiteatur. Item, & interpres, secundum S. Thom. Ricard. & alios, *in 4. sententiar. dist.* 21. ubi & de illo qui audivit confitentem, cum confiteretur sacerdoti, quòd tenetur ad secretum, & tradit Joan. Andr. post Innoc. *in dicto cap. omnis, col.* 5. & tunc, cum in laico non cadat pœna depositionis, punietur alia pœna arbitraria, vide infra *eod. L. proxim. in fin.*

(4) *Que descubriesse confession.* Adde *dict. cap. omnis utriusque sexus*, & *cap. sacerdos, de pœnitent. distinct.* 6. sed quid si sacerdos in confessione scit multa homicidia parata, nisi hoc revelaverit. Hostiens. *eod. tit. in summa, charta* 12. *col.* 2. versic. *in quo tenetur sacerdos*, dicit, quòd tunc potest revelare talibus, qui non possunt obesse, cautè tamen non specificando personam; sed si tale sit, quòd non possit revelari sine peccatoris proditione, necesse est abstinere, nisi de consensu confitentis fuerit, & hæc est frequens Theologorum opinio, *in 4. sententiar. dist.* 21. Collectarius, & Cardin. *in dicto cap. omnis*, ubi idem voluit Innoc. Nam etiam crimen in damnum reipublicæ committendum, detectum in confessione sacramentali ab eo qui illud commitere cogitavit, & adhuc cogitat, non licet sacerdoti prodito confitentis nomine, cuiquam detegere. Vide etiam Ang. de Aret. *in tractat. malefic. in* parte, *Che ay tradito la patria, col. penult. & fin.* dicit etiam Hostiens. *ubi supra*: Quod si aliquis confitetur se incidisse in hæresim, & alia peccata commisisse à quibus vult cessare, non tamen ab hæresi; vel vult recedere, sed non vult socios nominare, vel revelat, sed non vult quòd presbyter detegat; quòd tunc sacerdos adeat Episcopum, & dicat ei, custodi vigilias super gregem tuum, seu super oves tuas, quia lupus est in grege: & ibidem tradit, quid si aliquis confessus est dormisse cum aliqua muliere in Ecclesia, an possit hoc Episcopo denudari, ut reconcilietur Ecclesia: & dicit, quòd ex quo sacerdos illud scit ut Deus, potest ibi salva conscientia celebrari; sed tutiùs est, quòd revelet in genere Episcopo, dicendo: Talis Ecclesia indiget reconciliatione, non quæratis à me ultra, argum. *cap. significasti, de adult.* Item potest sacerdos delictum sibi confessatum redarguere in genere, secundum Abb. *in cap. si sacerdos, de offic. ordin.*

(5) *Que se le confessasse.* Loquitur de confessione verè sacramentali, & tunc dicitur peccatum detectum in pœnitentia, ut Deo, quando peccator quærit salutem animæ suæ: non si causa amicitiæ, vel libidinis, vel aliàs causa auxilii dixerit quis peccatum sacerdoti, licet dicat sibi quòd dicit in pœnitentia, quia ille non tenet locum Dei in hoc, ex quo ad eum non recurrit ut ad Deum, secundum Innoc. & Abb. *in cap. omnis*, & Abb. *in cap. si sacerdos, de offic. ordin.* Quid autem si sacerdos, qui detegit, dicat non scivisse illud in confessione, detectus verò dicat, quòd sic? Hostiens. *in dict. cap. omnis.*, dicit, quòd in dubio, si sacerdos non ostendat aliunde scivisse, præsumitur quòd scivit in confessione: & idem vult ibi Abb. *in fine*, subdens tamen, quòd tunc quia non plenè delictum est probatum, sacerdos non deberet puniri pœna ordinaria.

(6) *Encerrado.* Concord. cum *dict. cap. omnis*, ubi Abb. dicit per illud cap. sublatam esse pœnitentiam peregrinandi, de qua *in dicto cap. sacerdos, de pœnit. dist.* 6. & si timeatur de fuga, potest detrudi in stricto carcere, ut *in cap. ut fame, de sentent. excommun.* secundum Abb. *in dicto cap. omnis, ultimo notabil.* Sed an incidit in pœnam, qui revelat peccatum, & non peccatorem; Abb. *ibidem*, quòd sic, motus per text. ibi, cum dicit, *peccatum*, quod debet intelligi, si ex hoc posset deveniri in notitiam peccatoris; unde si hoc cessante, sacerdotes ad consilium, vel ad detestationem, seu aliquo bono fine dicant generaliter se aliquid tale habere in confessione, non peccaret saltem mortaliter, ubi nullo modo potest veniri in notitiam personæ, licèt hoc sit periculosum, & plerumque scandalosum, secundum Sylvestr. *in summa, in* parte, *confessio* la 3. versic. *quintò quæritur.*

L E X XXXVI.

Sacerdos consulens alium super pœnitentiæ impositione, non detegat personam pœnitentis, aliàs punitur, *ut supra, eod. L. proxim.* & si laicus confessionem ei factam, in casu quo potest eam audire, revelet, arbitrariè punitur considerato peccato quod revelavit. Hoc dicit.

(1) *En razon.* Vel ut sciret an esset cassus reservatus, necne, seu aliàs.

(2) *Touo por bien.* Vide *in dicto cap. omnis utriusque sexus, ibi*; sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque ulla expressione personæ cautè requirat, & vide bonum textum *in cap. officii, eod. tit.* ubi Cardinalis revelavit Papæ peccatum sibi detectum in confessione in genere, non dicendo de peccatore, petens á Papa consilium.

aquel que fizo el pecado: e si lo non fiziesse assí, deue auer tal pena, como dize la ley ante desta del que descubriesse la confession. Mas si alguno se confessare a lego (3), por alguna de las razones que de suso diximos, si aquel a quien fuesse manifestado, lo descubriesse de algun pecado de aquellos quel auia confessado, deue recebir tal pena, qual entendiere que sera guisada, segund aquel fecho que descubrio.

LEY XXXVII.

Como deue el enfermo primero pensar de su alma, que de melezinar su cuerpo, e que pena meresce el Fisico que de otra manera lo melezina.

Ley 5. tit. 1. lib. 1. Recop.

PEnsar deue el ome primeramente del alma, que del cuerpo, porque es mas noble (1) e mas preciada. E porende touo por bien Santa Eglesia, que quando algun Christiano enfermasse, en manera que demande Fisico que lo melezine, que la primera cosa que le deue fazer, desque a el viniere, es esta. Que le deue consejar, que piense de su alma, confessandose sus pecados. E despues que esto ouiere fecho, deue el Fisico melezinarle el cuerpo, e non ante: ca muchas vegadas acaesce, que agrauan las enfermedades a los omes mas afincadamente (2), a se empeoran por los pecados en que estan. E que esto assi sea, auemoslo por exemplo de vn enfermo, que sano nuestro Señor Jesu-Christo, a quien perdono primeramente sus pecados, quando le dixo (3) que le sanasse, e el respondiole assi: Ve tu carrera, e de aqui adelante non quieras mas pecar, porque te aya de acaescer alguna cosa peor que esta. E porende touo por bien Santa Eglesia (4), que ningun Fisico christiano non sea osado de melezinar al enfermo, a menos de confessarse primeramente; e el que contra esto fiziere, que fuesse echado de la Eglesia, porque faze contra su defendimiento. Otrosi defiende (5) Santa Eglesia, so pena de descomunion, que los Fisicos, por saber que ayan de sanar los enfermos, que les non consejen que fagan cosa que sea pecado mortal. E esto, porque las almas son mejores que los cuerpos, e mas preciadas.

LEY XXXVIII.

Porque razon non deuen tardar los omes de fazer penitencia.

R.Ecobran los pecadores sin dubda por la penitencia la gracia de Dios, que auian perdido por los pecados mortales, que fizieron despues del Baptismo: onde por esta razon, e pro tan grande que viene ende á los omes, se deuen confessar a menudo. Ca toda cosa que trae al ome a amor de su Señor, non la deue tardar; quanto mas tal como esta, que gana por ella

(3) *A lego.* Vide quæ dixi supra, *L. proxim.*

LEX XXXVII.

Medicus Christianus, primò debet de anima infirmi tanquam de nobiliori, confiteri consulendo, curare, posteà adhibeat corpori medicinam; neque debet infirmo prætextu medicinæ, jubere peccatum mortale committere, aliàs ab Ecclesia abjiciatur. Hoc dicit.

(1) *Mas noble.* Adde *cap. cum infirmitas, de pœnitent. & remission.* ideò corpus debet esse subjectum spiritui, vide *in cap. charitas*, el 2. *de pœnitent. dist.* 2. & vide quæ tradit beatus Bernardus *serm.* 6. *Adventus*, *col.* 2.

(2) *Mas afincadamente.* Vide *in dicto cap. cum infirmitas, de pœnitent. & remission.* & ratione peccati moritur quis citiùs, ut *in cap. Episcopi*, 11. *quæst.* 3. & propterea neque languoribus corporeis liberamur, quia quæ maximè necessaria sunt, superflua esse dicimus; quæ verò penè dissimulanda, hæc omninò necessaria judicamus: & fontem ipsum incuratum relinquentes, malorum rivulos purgare conamur. Quòd autem earum quæ sunt in corpore passionum, maligna sæpè anima causa est, & triginta annorum paralyticus, & ille qui per tectum legitur fuisse depositus, & ante omnes Cayn ipse mostravit; hæc Chrysostom. super Matth. *Homil.* 14. *col.* 5. vide etiam *in cap. cum percussio*, 7. *quæst.* 1. & eundem beatum Chrysostomum super *Psalm.* 95. *Homil.* 1. *circa finem*, adducentem illud Apostoli contra accedentes indignè ad sacramentum altaris, 1. *Corinth.* 11. *v.* 29. ubi exponit verbum illud: Propterea *inter vos multi infirmi*, & *imbecilles*, & *dormiunt multi*, id est, infirmantur multi, & moriuntur multi, tamquam mors etiam pro peccato adveniat; & cum subdit Apostolus: si enim nos *ipsos judicaremus*, *nequaquam judicaremur à Domino*, subdit Chrysostom. ergo Domini judicium est, morbus & mors.

(3) *Dixo.* Joan. 5. *v.* 14.

(4) *Santa Eglesia.* Vide *in dicto cap. cum infirmitas.* Sed an hodie illa constitutio sublata sit desuetudine, cum videamus non fieri per medicos, sicut ibi & hìc disponitur, Hostiens. ibi, dicit quòd nulla consuetudo excusat in hoc, cum pro salute animæ hoc fuerit statutum, & peccant in talibus transgressores; & idem post Host. volunt ibi Joan. Andræas, & Abb. & procedit ista dispositio in ægritudinibus non periculosis, secundum Archiepiscopum Florentin. & tradit Sylvest. *in summa*, *in* parte, *Medicus*, versic. *tertio quæritur*; licèt aliud voluerit Summa Angelica, & Rosella, & satis probatur *in dict. cap. cum infirmitas*: & vide ibi per Sylvestr. post Joan. de Neapol. *in* 11. *quodlibeto*, an Medicus prævidens mortem futuram infirmi teneatur ei nuntiare, ubi vult, quòd teneatur, quando sciat quòd talis nuntiatio erit utilis, vel dubitat an erit utilis, vel ne. Si verò medicus hoc non credit, neque dubitat, sed credit oppositum scilicet quòd parum, aut nihil proderit, ut quia putat eum esse in bono statu & sua ordinasse, non tenetur nuntiare; melius tamen esset etiam tunc nuntiare, quia probabile est, quòd magis, & melius infirmus se disponet; & idem eadem ratione dicit, si medicus videat, quòd infirmus nihil proficiat in disponendis circa suæ salutem animæ, sed fortè deteriùs; & ibi improbat dictum Galeni, quòd semper medicus etiam de salute desperans sanitatem debet spondere infirmo, dicens, quòd loquitur tanquam ignorans spiritualem sanitatem, & vitam.

(5) *Defiende.* Vide *in dicto cap. cum infirmitas*, *in fin.* & quod habetur *de consecr. dist.* 5. *cap. contraria*; & vide beatum Bernard. *super cantic. serm.* 30. *col. fin.* & dicit Joan. Andr. *in dicto cap. cum infirmitas*, quòd & si medicus dicat: non consulo, sed si accedas ad aliquam sanaberis, transgreditur illam constitutionem.

LEX XXXVIII.

Non debet quis senectutem ad confitendum, vel infirmitatem expectare; nam si in sanitate confiteatur, securior erit in corpore & in anima, & magis placet Deo, evitatque periculum, ne morte subitanea inconfessus decedat. Hoc dicit.

ella el amor de Dios, e mejora su vida, e salua su alma. Ca tan grande es la su virtud, e la su merced, que nunca desprecia la penitencia de los pecadores, maguer que ayan fecho muchos pecados e grandes: solamente que la fagan de buena voluntad, e sin engaño. E por esto todo Christiano deue procurar de la fazer, quando es sano (1), ca es mas seguro porende del alma e del cuerpo. E aun sin esto le ha Dios mas que agradescer, porque la fizo en tiempo que pudiera pecar. Ca el que dexa de fazer penitencia fasta su enfermedad, o fasta que es viejo, mas semeja que dexan los pecados a el, que non el a los pecados. E aun ay otra razon, porque non deuen los omes tardar de fazer penitencia; porque las enfermedades los aquexan a las vegadas de guisa que los sacan de su memoria, e non se pueden confessar como deuian. E sin todo esto acaesce muchas vezes, que viene la muerte a tan subita, que non la pueden fazer, maguer quieran. Pero como quiera que los omes yerran, quando la tardan, non deuen por esto desesperar, nin dexar de confessar, ca mayor es la merced de Dios, que los pecados que los omes fazen, o podrian fazer.

LEY XXXIX.

En que manera deuen los Confessores absoluer a los enfermos que se les confiessan: otrosi a los que estan en peligro de muerte.

DEsentendidos ay algunos Clerigos que non saben dar recabdo a los que se confiessan a ellos, nin absoluerlos, para que ayan salud de sus almas los pecadores, quando son cuytados de grandes enfermedades, o de otra cosa, porque estan en peligro de muerte. E por esto les mostro Santa Eglesia cierta manera (1), porque lo sopiessen fazer: e mandoles, que quando alguno fuesse en tal peligro, como dicho es, que despues que ouiesse confessado sus pecados, que le absoluiesse, diziendole: que por el poder que el tiene de Sant Pedro, e de Sant Pablo, que le absuelue de todos sus pecados que fizo; si muriere de aquel mal que non vaya por ellos a los Infiernos, e las Missas e las oraciones, e las limosnas, e todos los otros bienes que por el fizieren, que le otorga, que sean a saluacion de su alma. Pero deuele mandar, que si guaresciere de aquella enfermedad, que vaya a el a rescebir la penitencia que le mandare, o dar gela luego, qual entendiere que sea guisada, que la cumpla quando fuere sano. Mas si acaesciesse, que a el non podiesse venir, deuele mandar que vaya e otro, e que se le manifieste, como de nueuo, porque en todas guisas aya absoluimiento de sus pecados.

LEY XL.

De los bienes que los omes fazen estando en pecado mortal, como aprouechan, o non.

CReer faze muchas vegadas a los omes necedad, que por los bienes que fazen estando en pecado mortal, que pueden ganar Parayso por ellos; onde los Santos Padres que fablaron en esta razon, dixeron: que los bienes que los omes fazen en este mundo, atales y ha dellos, que les tienen pro para ganar Parayso; assi como aquellos que los fazen non estando en pecado mortal. Mas todos los otros que fazen estando en el, como quier que non tienen pro para ganar Parayso derechamente, valen e tienen pro, porque les da Dios por ellos mas de los bienes temporales (1), e menguales las penas que aurian en este mundo (2); e ayudales mas ayna (3), para salir del pecado en que estan, e a ganar gualardon de Dios; e demas acostumbranse (4) a fazer buena vida.

LEY

(1) *Sano.* Concordat cum *cap. si quis positus*, & *cap. nullus expectat*, *de pœnitent. distinct.* 7.

LEX XXXIX.

Infirmum in mortis articulo constitutum absolvit sacerdos indistinctè auctoritate Petri, & Pauli sibi commissa, injungens ei, ut ad eum si possit, cum evaserit, vel ad alium vadat, absolutionem petiturus. Hoc dicit.

(1) *Cierta manera.* Ortum habet ab his quæ dixi supra, *L.* 25. *in glos. super* parte, *doliente.*

LEX XL.

Bona per peccatorem peccato mortali alligatum factà, prosunt ei ad temporalia bona, ad minuendas pœnas istius sæculi, & ut citiùs veniat ad pœnitentiam, sed non ad consequendam gloriam. Hoc dicit. Et ortum habe ista lex à notatis per Glos. *in cap. potest*, *de pœnit. dist.* 1. & *cap. nihil*, *cum glos. de pœnitent. distinct.* 3. & per Glos. *in cap. quod quidam*, *de pœnitent. & remission.* & Hostiens. *in summa*, *ejusdem titul.* versic. *& an fictè pœnitenti.*

(1) *Bienes temporales.* Vide *in cap. pœnitendum*, *de pœnitent. dist.* 3. & *cap. revertimini*, 16. *quæst.* 1.

(2) *Penas que aurian en este mundo.* Sed an valebunt in inferno, ut illic minus torqueatur, Glos. voluit, quòd sic, *in cap. fin. de pœnitent. distinct.* 3. prout ibi videtur dicere Augustinus; quod tamen est erroneum, ut tradit Joan. de Medina, *in suo tract. de pœnitent.* 3. *tract.* vers. *ut cumque igitur*, qui intelligit August. in hoc sensu, videlicet, quòd si peccator illa bona opera quæ fecit, non fecisset, si de præcepto scilicet fuisset, ex consequenti acerbiùs fuisset punitus, quam ea faciendo.

(3) *Mas ayna.* Vide *in cap. falsas*, *in fin. de pœnitent. distinct.* 6.

(4) *Acostumbranse.* Vide per Hostiens. *ubi supra*, & Abb. *in dicto cap. quod quidam*, ubi & ponunt aliud, quòd Diabolus non habet in eo tantam potestatem: adducunt illud Gregorii in Dialogo de Judæo, qui se munierat signo crucis.

LEY XLI.

Quales bienes son amortiguados por el pecado mortal, e se abiuan despues que vienen a penitencia.

MUertos son los bienes que los omes fazen estando en pecado mortal, ca non se pueden en ellos saluar, para ganar Parayso, segun dize en la ley ante desta. Pero si alguno ouiesse fecho limosnas, o otros bienes, non estando en pecado mortal; si despues cayesse en el, amortiguanse por el aquellos bienes que ante auia fecho, e seran amortiguados todavia, en quanto durasse el pecado; pero saliendo del pecado, avivarse yan (1) luego los bienes, porque los fizo antes que pecasse. Porende se deuen todos los Christianos esforzar, quanto mas pudieren, de non estar en pecado mortal, pues que los bienes que entonce fizieren, non les ayudarian a ganar el Reyno de Dios.

LEY XLII.

En quantas maneras fazen bien los biuos, que tienen pro a los muertos.

ROgar deuen a Dios los que biuen en èste siglo por las almas de los finados; ca por los bienes que aqui fazen por ellas, aliuiales Dios de las penas a los que estan en el Infierno (1): e sacalos mas ayna del Purgatorio a los que y son, e lleualos al Parayso: maguer ellos en su vida non pudiessen complir las penitencias, que les dieron. E estos son de quatro maneras (2), assi como Sacrificios que fazen los Missacantanos, e las oraciones de los Santos, e las limosnas (3) de los amigos, e los ayunos de los parientes. E por esso fabla Santa Eglesia destas quatro maneras de bienes, porque a ellos conuienen estos, mas que otros. E los amigos destas cosas se deuen trabajar por ellos, porque son mas a pro de los finados (4), que de las sepulturas altas e pintadas, que les fazen, e de las otras sobejanias, que paresce que son fechas, mas por parescencia de los omes que por pro de los finados: ca como quier que a los buenos non empesce, maguer los sotierren vilmente (5) sin las honrras deste mundo; otrosi non tienen pro a los malos las ufanias, nin los enterramientos preciados que les fazen.

LEY

L E X XLI.

Bona quæ quis fecit, moriuntur postquam mortaliter peccat, neque sibi prosunt in alio sæculo, sed si pœniteat & recedat à peccato, reviviscunt. Hoc dicit.

(1) *Avivarse yan.* Adde notata per Hostiens. *in sum. de pœnitent. & remission.* versic. *& an fictè pœnitenti*, ibi *sed pone, quòd aliquis existens in charitate*; per quem etiam vide *in versic. sequenti*, quid de operibus factis in charitate, sed posteà mortificatis per peccatum, neque posteà resuscitatis per pœnitentiam, quòd licèt non proderunt ad vitam æternam (secundum illud: *Si averterit se justus à justitia, fecerit iniquitatem, nunquid vivet? Omnes justitiæ ejus quas fecerat, non recordabuntur*, Ezech. *cap.* 18. *v.* 24) proderunt tamen ad illa, de quibus supra *in L. proxima.*

L E X XLII.

Minuunt pœnas purgatorii, ut citiùs quis perveniat ad gloriam sempiternam, sacrificia clericorum, orationes sanctorum, eleemosynæ amicorum, jejunia propinquorum: magis igitur debent amici ista curare, quàm pomposam sepulturam facere defuncto, quia sicut bono non nocet vilis sepultura, ita & malo non relevat pretiosa. Hoc dicit.

(1) *A los que estan en el infierno.* Sequitur opinionem illorum, qui dixerunt suffragia prodesse existentibus in inferno ad mitigationem pœnæ, de quo per Glos. in *cap. tempus*, 13. *quæst.* 2. & *in cap. cum Marthæ, in glos. fin. de celebrat. Mis.* tradit latè Hostiens. *in summa de pœnitent. & remis. charta* 13. *col.* 2. *&* 3. versic. *quibus mortuis suffragia prosunt*, qui pro se adducebant dict. August. *in dicto cap. tempus.* Theologi tamen tenent, quòd his qui sunt in inferno, nihil penitus ista suffragia prosunt, sed tantùm his, qui sunt in purgatorio; & in istam sententiam Theologorum inclinat Host. *ubi supr.* dicens illam esse celebriorem & veriorem, quam tenet Magister *in* 4. *sententiar. distinct.* 47. ex quo enim isti decesserunt extra charitatem, non possunt esse participes bonorum Ecclesiæ, benè facit *cap. pro obeuntibus*, 13. *quæst.* 2. & *de pœnit. dist.* 2. *cap. fin.* & eandem sententiam tenet Archidiac. *in dict. cap. tempus*, & Abb. post Joan. Calder. *in dicto cap. cum Marthæ.*

(2) *Quatro maneras.* Concordat cum *cap. animæ defunctorum*, & *cap. non æstimemus*, 13. *quæst.* 2. & Machabæor. 2. *cap.* 12. Sed pone, quòd duo homines decesserunt, unus dives, pro quo multa fiunt suffragia, alius pauper, pro quo pauci vel nullus specialiter cogitat, sunt tamen ejusdem meriti, quis exibit primo de purgatorio? Host. *in summa, de pœnit. & remis. charta* 14. *col.* 4. versic. *& nota quòd quidam*, refert opinionem Hugonis dicentis, quòd suffragia Missarum & Psalmorum, quæ communiter fiunt pro omnibus, communiter prosunt eis, *de consecr. distinct.* 2. *cap. non mediocriter.* Jejunia verò, & eleemosynæ & orationes speciales pro divite factæ specialiter, eidem, pro quo specialiter fiunt, non alii prosunt, pro quo specialiter non fiunt, & sic citius exibit dives: refert alios dicentes, quòd una eadem die exibunt, quia opera charitatis sunt omnia hæc, quæ fiunt pro mortuis; unde is pro quo specialiter fit, non sentit plus allevationis, quàm alius; & in istam opinion. inclinat Host. nisi fortè quilibet eorum haberet de alieno centum libras, quas restituit divitis hæres, pauper autem non habuit quid restitueret; & ideò magis erit in purgatorio, ut sic restitutio quam debuit facere, in pœnam aliam commutetur. Quid ergo valent specialia suffragia facta pro parentibus? Dicit Host. multum, ut tu qui filius hæres est, non damneris (nam ad hoc obligatus es quinque legibus naturæ, scripturæ, amicitiæ, justitiæ) & quia Judas Machabæus sic definivit *in collatione illa*; vide ibi latiùs per eum, qui dicit, ad quæ ista sex proficiunt: & tu videas per S. Thom. *in* 4. *sententiar. distinct.* 65. & *quodlibeto* 2. *quæst.* 7. *artic.* 2. & quæ dico infra, *ead. part. tit.* 13. *in summa.*

(3) *Limosnas.* Et an potius sit danda eleemosyna pro mortuis, quàm pro vivis, tradit Luc. de Pen. *in L. fin. C. de annon. civil. lib.* 11. *circa finem*, cujus resolutio est, quòd si quis videat proximum suum necessitati mortis expositum, aut turpitudini, veluti violentiæ, castitatis, cui si non succurratur, mortem, vel stuprum incurreret, vel simillima, tunc vivus est in eleemosyna mortuo præferendus; in aliis autem dicit ipse Luc. de Pen. quòd ubi non est tanta necessitas, & dans eleemosynam non est habilis ad subveniendum vivis, & mortuis ob facultates exiguas, tunc mortuus sit vivo præferendus, maximè si tales eleemosynæ dandæ sunt pro animabus conjunctorum.

(4) *De los finados.* Curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt vivorum solatia, quàm subsidia mortuorum, *cap. animæ defunctorum*, 13. *quæst.* 2. ad ornatum tamen Ecclesiæ pertinet, quòd sint ibi sepulturæ honorabiles. Et legatum ad hoc dicitur pium, Paul. de Castr. *in L.* 1. §. *de impensa, ff. ad leg. Falcid.*

(5) *Vilmente.* Adde *cap. sacris, in fine, de sepult.*

LEY XLIII.

Como non tiene pro, mas daño, en fazer duelo por los finados.

Ley 8. tit. 1. lib. 1. Recop. Ley 2. tit. 5. lib. 5. Recop.

GEntiles fueron omes que ouieron creencias de muchas maneras. E muchos ouo dellos que creyan, que quando el ome finaba, todo moria, el alma tambien como el cuerpo. E por esta desesperanza en que cayan, cuydando que ningun ome non resuscitaria, nin se saluaria; porende despreciaron las almas, e non se querian arrepentir, nin fazer penitencia de sus pecados, mas fazian grandes duelos (1), e desaguisados (2) por los muertos. Assi que algunos auia que non querian comer nin beuer, fasta que morian: e otros que se mataban con sus manos: e otros que tanto ponian el duelo en el corazon, que perdian el seso: e los que menos desto fazian, messaban los cabellos, e tajabanlos, e desfazian sus caras, cortandolas e rascandolas: e en esta ceguedad les fazia caer el diablo, trayendolos a desesperança. Mas nuestro Señor, queriendo sacar a los omes deste yerro, defendiolo en la vieja Ley, quando dixo a Moysen e le mostro, que auia Parayso para los que ficiessen bien, e Infierno para dar pena a los malos, e que todos resuscitarian el dia del juyzio. E porende vedo, que todos estos duelos non los fiziessen en la manera que las otras gentes lo vsauan fazer, e nin desfeassen la figura del ome apuesta, que el fiziera. E despues desto, quando vino nuestro Señor Jesu Christo, que tiro deste mundo los yerros e las ceguedades, en que los omes biuian, defendio otrosi en la Ley nueva, que non fiziesen duelo por los muertos. E esto fue quando resuscito al fijo de la viuda (3), que dixo (4), que non llorassen por el: e otrosi, quando resuscito a la fija del Principe de la Sinagoga, que mando que echassen de la casa, do yazia muerta, todos los que fazian duelo por ella, e non la quiso ante resuscitar: e por esto nos dio a entender, que a el non plazia de los duelos, que non se aprouechauan dellos las almas de los muertos; mas los bienes que fazian por ellos, tenian pro a los unos e a los otros. E despues los Santos Padres (5), que ordenaron muchos bienes en Santa Eglesia, establescieron otrosi, que non fiziessen duelo por ellos, e vedaronlo muy afincadamente, porque viene dello gran daño sin pro. E por eso dixo el Apostol Sant Pablo (6), que non se entristeziessen por los que finaban, como fazian las otras gentes que non auian esperanza de resurrecion. Ca los que finan, non se pierden, segund la Fe Catolica; mas son tales como los que passan de un logar a otro: que los que fazen bien, van a Parayso, e todos los otros van a pena de Purgatorio, o de Infierno.

LEY XLIIII.

Que pena han, segund Santa Eglesia, los que fazen duelo por los muertos.

ROmper las caras (1) por los muertos e desfigurarlas, es cosa que touo Santa Eglesia por muy desaguisada. E por esta razon algunos Santos Padres (2) pusieron

LEX XLIII.

Verè fideles Christiani non debent plangere pro mortuis, sicut Gentiles, qui non sperabant resurrectionem mortuorum. Hoc dicit.

(1) *Grandes duelos.* Rectiùs faciebant illi populi, qui ortus hominum lugebant, obitusque celebrabant; ut refert Ambros. *in oratione, de fide resurrectionis, c.* 2.

(2) *Desaguisados.* Luctus tamen, qui fit pietatis affectu, humanitatis intuitu erga mortuos, non prohibetur: sicut nonnullos, sanctorum exequiis pias lacrymas impendisse legimus, *cap. ubicumque* 13. *quæst.* 2. & Ecclesiast. *cap.* 38. *v.* 16. *Fili, in mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundum judicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius;* & ibidem: *Fac luctum secundum meritum illius, uno die, vel duobus propter detractionem*: unde isti lugentes mortuos ex pietate naturali sunt consolandi, non increpandi, ut tradit S. Ambros. super *Psalm.* 37. *pen. chart. col.* 3. cum dicit: Cum vis urget doloris, præmitur cor mulieris, quæ immaturo obitu maritum amisit, aut filios, quid properas cum illa, non te audiet, nisi defervescat dolor: sæpè lites de consolationibus videmus excitatas, venisti ut doleas, non ut litiges, ne in luctu alterius certamen garrulæ disputationis inducas, ne non accedas, cum oportet ne accedas, & durior sit tuus sermo; adde etiam B. Greg. *lib.* 3. *Moral. cap.* 8. & 13. *lib. cap.* 2.

(3) *Al fijo de la viuda.* Luc. 7. *cap. v.* 13.

(4) *Dixo.* Luc. *ibidem.* Matth. 9. *v.* 25.

(5) *Los santos Padres.* Vide *in cap. quam præposterum*, & *cap. ubicumque, cum sequent.* 13. *quæst.* 2.

(6) *Sant Pablo* 1. ad Thessal. *cap.* 4. *v.* 1.

LEX XLIIII.

Rumpens faciem pro mortuo, donec sit sanus & pœniteat, non recipiet eccclesiastica sacramenta, nisi in mortis articulo, neque in divinis Horis intererit, & clerici neque ducant ad Ecclesiam, neque sepeliant cadaver, donec clamor cesset. Si quis autem dum in Ecclesia divina celebrantur pro defuncto, planctum emittat, ejicitur impunè ab Ecclesia. Cubans cum cadavere, aut osculans illud, jejunet octo dies in pane & aqua, & intra unum mensem Ecclesiam non ingrediatur: neque defuncti facies sit in Ecclesia detecta. Hoc dicit.

(1) *Las caras.* Archid. *in cap. qui divina*, 13. *quæst.* 2. refert Lauren. dicentem, quod laici dilaniando se, & facies insecando, ut faciunt Romanæ, non peccant mortaliter, dum tamen hoc non faciant ex desperatione: unde Episcopi secundum eum non debent prohibere sub excommunicatione, sed dissuadere, & dicere quòd ita plorare non debent, quia videtur desperare; religiosi tamen peccarent mortaliter, si se dilaniarent, maxime si publicè; sed tamen dolere, & plorare possunt sine peccato mortali ex pietate, & ita simpliciter transit Archidiac.

(2) *Santos Padres.* Non memini vidisse unde hoc sit sancitum, neque unde hæc sumpserunt conditores hujus legis, fortè ex aliquibus Conciliis; quia in voluminibus Decretorum & Decretalium, Sexti & Clementinarum hæc non habentur, si bene memini, & tamen habetur circa hoc, quod habetur *in dict. cap. qui divina*, & *cap. quam præposterum*, & tradit Abb. *in rubr. de sepult. in fine*: & vide contra istos se dilaniantes, & reprobos planctus facientes erga defunctos, *L.* 7. *tit.* 1. *lib.* 1. *Ordinam. reg.*

ron penas señaladas contra aquellos, que tales cosas fiziessen; defendiendo que les non diessen los Clerigos los Sacramentos de Santa Eglesia, nin los rescibiessen en ella a las Horas, fasta que fuessen sanos de las señales que ouiesen fecho en sus caras, e fiziessen penitencia dello; fueras si gelos ouiessen a dar en grande enfermedad, o en otra cuyta, porque estouiessen en hora de muerte; ca en tal sazon non los deuen vedar a ningun Christiano. Otrosi mandaron, que quando los Clerigos adoxiessen la Cruz a casa donde estouiesse el muerto, o en la Eglesia, que non diessen bozes: e si oyessen que dauan gritos, o endechassen, que se tornassen con la Cruz, e que non entrassen en la casa. E sin todo esto establescieron, que quando touiessen el muerto en la Eglesia, que non fiziessen ningun ruido porque dexassen de dezir la Missa; ca todos deuen callar alli, e rogar a Dios, e escuchar las oraciones que los Clerigos dizen: esto es, porque ninguno non deue estoruar el diuinal Oficio, mayormente quando dixeren la Missa, e consagran el Cuerpo e la Sangre de nuestro Señor Jesu Christo: ca tan noble e tan santa es esta, que todas las otras deuen dexar por ella: e el que contra esto alguna cosa fiziere, deuenlo echar de la Eglesia, sin pena ninguna, quier sea Clerigo o lego. E avn mandaron, que si, en leuandole a la Eglesia, o a la huesa, lo fiziessen, que los Clerigos dexassen de soterrarlo, fasta que callassen. E aun touieron por bien, que qualquier que besasse al muerto, o se echasse con el en el lecho, que ayunasse ocho dias a pan e agua, e non le rescebiessen en la Eglesia por vn mes: e defendieron otrosi, que quando touiessen el finado en la Eglesia, que le non touiessen la cara descubierta: e esto, porque los omes en mirandolo, non se mouiessen a piedad de manera que ouiessen de fazer grand duelo por ellos.

LEY XLV.

De las solturas: en quantas maneras las faze Santa Eglesia, e a quales aprouechan, e quales non.

SOlturas faze Santa Eglesia de dos maneras. La vna dan los Clerigos (1) en las penitencias a los que se confiessan a ellos: e la otra dan los Arçobispos (2) a los que han menester ayuda para las Eglesias fazer, o para consagrarlas, o para puentes, o para otros bienes: e los perdones que los Obispos dan, valen a los de cada vn Obispado los de su Obispo, mas non a los de los otros, fueras ende, si gelos otorgasse el Obispo (3) de aquel logar, do da el perdon. E los que dan los Arçobispos, valen otrosi a todos los de su Prouincia (4). Mas los que da el Papa, valen por todo el mundo (5). Pero quando algun Arçobispo, o Obispo, quisiere dar perdon, non lo deuen dar si non de quarenta dias (6); fueras ende, quando consagran Eglesia, ca pueden dar vn año, e non mas, quier sea vno o muchos (7). E todos estos perdones que los Obispos, e los otros Perlados mayores dan, ansi valen como ellos los otorgan. Ca en qualquier manera que ome faga enmienda de sus pecados (segun lo manda Santa Eglesia) es quito de ellos: e los que la Eglesia absuelue, son absueltos; e otrosi los que liga son ligados, por el poder que nuestro Señor Jesu Christo le dio.

LEY

LEX XLV.

Indulgentias spirituales concedit Papa per totum mundum, & Archiepiscopi, vel Episcopi, quilibet in sua diœcesi, non autem aliena, nisi diœcesani accedat voluntas: alii prælati non possunt nisi pro qualibet vice 40 dies indulgentiæ, nisi in Ecclesiæ consecratione, ubi quilibet eorum unum annum dare potest, etiamsi multi prælati sint indulgentes. Hoc dicit.

(1) *Los Clérigos.* Dicit Host. *in summa*, *tit. de remis.* versic. *qui remittit*, quòd sacerdos remittit satisfactionem de peccatis, vel in totum, vel in partem, quoad offensionem Dei & Ecclesiæ, licèt oneret se, si incautè hoc agat, & limita & intellige, ut dixi supra, *eod. L.* 25.

(2) *Arzobispos.* Vel Episcopi, ut subdit; per inferiores verò non possunt concedi, etiamsi Abbates sint, *cap. accedentibus*, *de excessibus prælat.* & electus in Episcopum & confirmatus, licèt non sit sacerdos, neque consecratus, concedere potest indulgentias, secundum Abb. referentem S. Thom. *in dicto cap. accedentibus*: de Legatis Papæ, in terminis suæ legationis, vide *in cap. fin. de offic. legati, in text. & glos.*

(3) *El Obispo.* Vel alius judex ordinarius loci, si sit exemptus, argum. *cap. quod autem, de pœnitent. & remis.* imò aliqui voluerunt sufficere consensum proprii sacerdotis parochialis, ut tradit Specul. *tit. de pœnit. & remis.* versic. *item si de pluribus*, qui tamen tutius dicit esse de consensu proprii Episcopi.

(4) *De su Provincia.* Adde *cap. nostro, de pœnit. & remis.*

(5) *Por todo el mundo.* *Cap. cuncta per mundum*, & *cap. per principalem*, 9. *quæst.* 3.

(6) *Quarenta dias.* Adde *cap. cum ex eo, de pœnitent. & remis.* & isti dies non sunt dies Cœli, seu Purgatorii, sed mundi: unde remissio quadraginta dierum tantum valet, quantum si quis 40. diebus faceret pœnitentiam, secundum communem juris, vel sacerdotum, vel justitiæ divinæ impositionem factam, vel faciendam, intelligendo quòd ista taxatio fiat secundum divinam justitiam, principaliter; secundum canones verò ad arbitrium sacerdotum, secundario, in quantum taxant secundum justitiam Dei, non declinando ad minus, quia valerent plus, neque excedendo in plus, quia valerent minus, sicut poteris videre latiùs per Theologos *in* 4. *sententiar. distinct.* 20. per Sylvestr. *in summa*, *in* verbo, *indulgentia*, versic. 4. *quæritur.*

(7) *Muchos.* Vult quòd si plures Episcopi sint in dedicatione Ecclesiæ, tantùm sit unus annus; & si unus Episcopus tantùm sit, ille potest dare annum, ut patet *in cap. cum ex eo*, §. *ad hæc*, *de pœnit. & remis.*

LEY XLVI.

Que pro viene a los omes de los perdones que les dan.

PErdones, e solturas muy grandes otorga Santa Eglesia a los Christianos (1), segun dize en la ley ante desta. E porque muchos omes dubdan en ellos, e non saben el pro (2) grande que viene ende, touieron por bien los Santos Padres, de lo mostrar. E dixeron, que cada uno de los Christianos, cada vez que confiessan sus pecados verdaderamente, e les mandan aquellos a quien se confiessan, en que manera fagan enmienda dellos; quantos dias les otorgan de perdon, a tantos les aliuia, e les mengua de los pecados nuestro Señor Jesu Christo, de aquella penitencia que ha rescebida, e que era tenudo de complir en este mundo, e en el Purgatorio (3). E esto se entiende de los que vienen

LEX XLVI.

Prodest indulgentia, quia quotquot dies indulgentiæ conceduntur, tot ex Jesu-Christi misericordia his, quibus indulgetur de peccatis suis, in hoc sæculo vel purgatorio remittuntur; dum tamen diligentia pœnitentias adimplendi non deficiat: & licèt quis non impleta pœnitentia deficiat, non erit ideò perpetuò damnatus. Hoc dicit.

(1) *A los Christianos.* Existentibus in mortali indulgentiæ non valent quantum ad remissionem pœnæ, secundum omnes: & adverte, quòd etiam religiosis prosunt indulgentiæ, si observent tenorem bullæ, ut scilicet de licentia prælatorum suorum dent aliquid, vel faciant, quia non sunt pejoris conditionis quàm alii; non tamen per eas remittuntur imposita in foro capituli, quia illud non est pœnitentiale, sed judiciale: neque tamen oportet religiosos exire claustra pro indulgentiis; licèt illæ plus valeant quoad remissionem culpæ, quàm observantia; è contrario tamen est quoad acquisitionem premii, secundum S. Thom. & tradit Sylvestr. *in summa*, *in* verbo, *indulgentia*, versic. *septimò quæritur*: prælato tamen, qui illas concessit, etsi faciat id propter quod concessit, non valent, secundum Vincent. *in cap. cum ex eo, de pœnit. & remis.* & recitans eum simpliciter transit Joan. Andr. & idem Archid. *in cap. fin. de pœnitent. & remis. lib.* 6. ubi Dominic. refert Gaspar Cald. *in repetit. cap. nostro*, *de pœnit. & remis.* dicentem, quòd pater suus, *in dicto cap. cum ex eo*, tenet opinionem S. Thom. *in* 4. *sententiar. dist.* 20. *quæst.* 4. *artic.* 5. ubi dicit, quòd indulgentia datur auctoritate jurisdictionis, & administrationis generalis, quam habet, & per quam potest dispensare thesaurum Ecclesiæ; ergo postquam posuit indulgentiam generalem, poterit illa uti, & idem vult Dominicus *in dicto cap. fin.* & ista videtur verior opinio, & quæ tenetur per Theologos.

(2) *Pro.* Ad quid prosunt indulgentiæ? Glos. *in cap. quod autem*, *de pœnitent. & remis.* ponit multas opiniones, ponit etiam Host. *tit. de remis.* vers. *ad quid valent*, tradit etiam S. Thom. *in* 4. *sententiar. dist.* 2. *artic.* 3. *quæst.* 1. Generalis conclusio Theologorum, & Canonistarum est, quòd valent quantum ad forum Ecclesiæ, & quantum ad forum Dei ad remissionem pœnæ residuæ post contritionem, confessionem & absolutionem, sive sit injuncta pœnitentia per sacerdotem, sive per canones, sive non sit injuncta ab eis, sed à Deo injungenda: ita tenent Theologi *in* 4. *sententiar. dist.* 20. Joann. Andr. Abb. & alii, *in dicto cap. quod autem.* Prosunt igitur indulgentiæ (prout verba sonant) quoad Deum, & quoad pœnitentiam hìc injunctam, & probatur *in cap. cum ex eo*, *de pœnitent. & remis.* & idem tenet Host. *in dicto* versic. *ad quid valent.* Cum enim Papa vocatus sit in plenitudinem potestatis, cæteri autem in partem solicitudinis, *cap. ad honorem*, *de auctorit. & usu palii*, *cap. qui se scit*, 2. *quæst.* 6. non est tutum contra talem potestatem clavium disputare. Abulens. Matth. *cap.* 16. *quæst.* 50. dicit, quòd in concessionibus indulgentiarum, in quibus exprimitur quantum posse debeant, ut quia dicit plenaria remissio, vel quarta, aut quinta pars peccatorum, id est, pœnæ debitæ pro peccatis, vel duo, aut tres anni, aut septem dies, & ita de aliis concessionibus, quòd solet dici, quòd istæ indulgentiæ tamen prosunt quantum sonant, & quòd intelligatur quoad pœnam purgatoriam. Si ergo Papa faciat generalem remissionem pro subsidio terræ Sanctæ, & aliquis verè pœnitens, & contritus assumit crucem, credens firmiter omnem sibi satisfactionem temporalem remitti, & sic moritur, credendum est, quòd neque Purgatorium sentiet, secundum Host. *ubi supra.* Est enim in Ecclesia thesaurus sanguinis Christi, & multorum sanctorum qui satisfecerunt plus quam debuerunt, & multorum sanctorum martyrum, qui pro fide in Ecclesia sanguinem suum fuderunt, & ultra quam peccassent, puniti fuerunt. Thesaurus ergo iste est in scrinio Ecclesiæ repositus, cujus claves habet Ecclesia: unde quando vult, potest scrinium aperire & thesaurum suum communicare, remissiones & indulgentias fidelibus faciendo, secundum Host. *ubi supra*, & etiam secundum S. Thom. *in* 4. *sententiar. dist.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 3. & nota, quòd si visitanti aliquam Ecclesiam datur indulgentia centum annorum, vel aliàs, quòd vicini Ecclesiæ, imò & clerici illius consequuntur visitantes tamen quantum ille, qui venit à mille dietis; quia remissio non proportionatur labori, sed meritis, quæ dispensantur, secundum S. Thom. 3. *part. quæst.* 114. *artic.* 2. & Luc. de Pen. *in L. modios*, *col.* 2. *in fin. C. de suscept. præp. & arcar. lib.* 10. & ibi, quòd visitans consequitur semel hanc indulgentiam, non quotiescumque visitaverit, nisi in aliqua Ecclesia sit indulgentia perennis, ut in Ecclesia sancti Petri 40. dierum, tunc quotiescumque aliquis vadit, toties indulgentiam consequitur, vide Luc. *ubi supra.*

(3) *En el Purgatorio.* Et etiam quoad Ecclesiam militantem per indulgentiam pœnitentiæ injunctæ remittuntur, ut patet *in dicto cap. cum ex eo*, §. *ad hæc*, *de pœnit. & remis.* consulit tamen Host. *ubi supra in dicto vers. ad quid valent*, quòd is, qui tales remissiones acquisivit, non utatur eis in hac vita, sed reservet in purgatorio: quamvis enim non teneatur hìc de necessitate facere pœnitentiam injunctam jejunii, vel aliàs; quia qui per remissiones hujusmodi etiam, si indiscretè fiant, satisfactiones tamen pœnitentiæ enervantur, secundum Concilium generale *in dicto cap. cum ex eo*; tamen quia nescit pœnitens utrum sacerdos ei injunxerit pœnitentiam, quam debuisset (quæ hodie vix imponitur) cum pro quolibet peccato mortali septennis pœnitentia regulariter debeatur, & id quod non est purgatum in hac vita, debet purgari in Purgatorio, fatuus & simplex est, qui ibidem hujusmodi indulgentias non reservat, cum si ipsas sibi reservaverit, tot diebus, quot ei hìc remissi sunt, sit minus in purgatorio quàm fuisset: & gratiosior sit ibi pœnitentia unius diei, quàm hìc centum. Quod & dicit intelligendum de remissionibus particularibus, quæ fiunt per Papam & alios inferiores dicentes, tantum de injuncta pœnitentia relaxamus, secus de generali & universali, per quam omnis satisfactio remittitur, quæ à solo Papa fieri consuevit; ibi enim evolant, si in tali statu moriantur, ut & dictum est superius. Quid autem de indulgentiis, quæ conceduntur jam mortuis existentibus in Purgatorio, Host. *ubi supra*, vers. *ubi operatur*, dicit, quòd non prosunt illis, quia potestas clavium non extenditur ad tales, cum non sint de foro Ecclesiæ, sed de foro Dei; fatetur tamen, quòd eleemosyna prodest defuncto, qui est in Purgatorio, non ex vi indulgentiæ, sed ex vi eleemosynæ, sicut & alia suffragia ecclesiasticæ charitatis: vide ibi latius per eum, qui respondet ad aliqua, quæ contra hoc possunt objici. S. Thom. verò *in* 4. *sententiar. dist.* 45. *de suffragiis mortuorum*, *quæst.* 2. *artic.* 3. dicit, indulgentias prodesse talibus defunctis, si continentur in tenore bullarum, dummodo faciat aliquis pro eis, quod mandatur; & idem vult S. Thom. 3. *part. quæst.* 117. *artic. ult.* & Luc. de Pen. *in L. jubemus*, *C. de præp. sacri cubicul. lib.* 12. Abulens. etiam *Matth.* 16. *q.* 60. latè attingit istum articulum & vult, quòd si forma talis sit, ut possit extendi ad mortuos, obtinebunt ipsi indulgentias per actus viventium, ut si concedatur sic: Quicumque fecerit tale opus, ipse, vel pater ejus, aut quicumque cognatorum suorum in Purgatorio detentorum, quem ipse elegerit, habebit tantùm de in-

nen en penitencia, quando ellos otorgan los perdones, o lo fazen lo mas ayna que pueden, despues que gelos han otorgado. Ca tan grande fue la piedad de nuestro Señor Jesu Christo, que ouo de los pecadores, e la merced que les quiso fazer, que maguer ellos en este mundo non pudiessen complir las penitencias, que se non perdiessen porende, solamente que non muriessen en pecado mortal.

LEY XLVII.

Del quarto Sacramento, que es el Sacrificio del Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo.

PErdona Dios sin dubda á los pecadores Christianos por los Sacramentos que resciben de Santa Eglesia, e avn sin esto les da gracia para fazer bien. Mas entre todos ellos el mayor (1) e mas Santo es el Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, que consagran en la Missa: ca si los otros Sacramentos ayudan al ome a ser salvo, este le da gracia de Dios, e tienele en buen estado. E por esto muestra Santa Eglesia, que cosas deuen guardar los Clerigos en la Missa, quando la dixeren, de manera que sea dicha santamente. E porque la mayor fuerça es en la Consagracion del Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, ca todas las otras cosas que y cantan e dizen, son por honra desto; porende non la puede otro Clerigo dezir, si non el que fuere ordenado de Missa (2), segund manda Santa Eglesia: e deuenla decir a horas en horas contadas, assi como a hora de Tercia (3), e de Sexta (4), e de Nona (5). A hora de Tercia, la deuen decir en los dias de las fiestas. E a la Sesta, en los dias que lo non son. E a hora de Nona, en la Quaresma, e en la Vigilia de los Santos, que son de ayunar: e otrosi en las quatro Temporas, fueras en los Sabados en que dan las Ordenes, o el Baptismo que fazen la Vigilia de Pascua mayor, o de Cinquesma; ca en estos dias, maguer sean de ayuno, pueden la Missa començar ante hora de Nona, porque es el Officio grande que han de fazer en aquellos dias. E a estas horas deuen tañer la Campana, quando la Missa quisieren dezir, porque lo sepan en el Pueblo, e vengan a oyrla.

LEY XLVIII.

Por que razon dizen la Missa en horas señaladas.

HOras ciertas establescieron los Santos Padres para dezir las Missas, e mostraron razones ciertas, por que deuia esto ser. E dixeron que a la Tercia la dizen, porque en tal hora pidieron los Judios a Pilato, que mandasse crucificar a nuestro Señor Jesu Christo, e fue entonce açotado: otrosi en tal hora vino el Spi-

indulgentia, cum nulla ratio est, quare Ecclesia possit transferre merita communia, quibus innituntur indulgentiæ, in vivos, & non in mortuos, quæ fuit ratio S. Thomæ, & aliorum: & tandem dicit Abulens. quòd licèt aliqua difficultas subapareat, tamen propter Ecclesiæ consuetudinem, quæ non errat, videtur hoc concedendum, & ibi respondet ad rationes tenentium contrarium, quæ sunt. Quia hoc dato, sequeretur quòd tunc possent liberari omnes, qui sunt in Purgatorio, quod non videtur conveniens, quia sic evacuaret ordinem punitionis à Deo institutæ; & quia sic dirigerentur indulgentiæ ad defunctos, & tamen Ecclesia non exercet super defunctos opus aliquod jurisdictionis, nam ad primam respondet. Quòd Papa non potest pro suo arbitrio liberare omnes existentes in Purgatorio, quia hoc esset super illos directam jurisdictionem exercere; & quia tales indulgentiæ numquam possunt concedi sine causa rationabili, ut omnes Doctores fatentur, & non occurrit (dicit ipse) in promptu talis causa, secundum quam fructus indulgentiarum concessarum viventibus, posset extendi ad omnes existentes in Purgatorio, cum quotidie tot animæ defunctorum illuc descendant; ideò non est in arbitrio Papæ, evacuare Purgatorium. Sylvest. tamen *in summa*, *in* verbo, *Papa*, versic. 6. *quæritur*, dicit, quòd Papa non potest spoliare Purgatorium sua voluntate præcisè, sed mediante illo infinito thesauro; & sicut potest liberare à pœna peccatorum debita in hoc mundo omnes, qui sunt in mundo, si faciant quod mandat, etiam si essent millies pluries quàm sint, ita liberare potest omnes, qui sunt in Purgatorio, si quis pro eis faciat quod jubet; peccaret tamen indiscretè concedendo, & in hoc casu dicit, quod dicunt Doctores, quòd non potest ad libitum spoliare Purgatorium, benè tamen facit hanc gratiam vivis: subdit Abulens. quòd ipsi possunt transferre has indulgentias, in quos voluerint, tam in vivos, quàm in defunctos; & ad secundum respondet, quòd Ecclesia non dirigit indulgentiam in defunctum, sed conceditur vivis, à quibus interdum redundat in eos, si forma concessionis hoc exprimat, argum. 1. *Corinth.* 15. vers. *alioquin*, 29.

LEX XLVII.

Missa diebus festivis celebrari debet hora tertia, in non festivis hora sexta; in jejunio verò hora nona, die autem qua ordines celebrantur, & in baptismo sabbati sancti, in vigilia Resurrectionis & Pentecostes, ob officii magnitudinem, potest presbyter circa nonam Missam incipere. Hoc dicit.

(1) *El mayor.* Adde *cap. nihil*, *de consecr. dist.* 2.

(2) *Ordenado de Misa.* Concord. *cap. firmiter*, §. *una verò*, *de sum. Trinit. & Fide Cathol. cap. perlectis*, 25. *dist.* & tenent Doct. Theologi *in* 4. *sententiar. dist.* 13.

(3) *De tercia.* Vide *cap. nocte sancta*, & *cap. et hoc attendendum*, *de consecr. dist.* 1.

(4) *E de sexta.* Vide Glos. *in cap.* 1. *in* verbo, *succurrere*, *de celebr. miss. cap. solent*, *de consecr. dist.* 1.

(5) *Nona.* In Quadragesima, & quatuor temporibus, & vigiliis sanctorum, 75. *dist. cap. quod à patribus*, & *cap. ordinationes*: & *cap. fin.* 76. *dist. de consecrat. dist.* 1. *cap. solent.*

LEX XLVIII.

Hora tertia Missa celebratur, quia ea hora fuit à Judæis petitum, ut Christus crucifigeretur, eademque hora Spiritus Sanctus die Pentecostes venit in Apostolos. Item dicitur hora sexta, quia tali hora fuit crucifixus. Item & nona hora, quia tali hora Christus expiravit, cœlosque ascendit: aliis autem horis, usque ad horam nonam, ad laborantium expeditionem possunt Missæ privatæ celebrari. Hoc dicit.

Spiritu Santo sobre los Apostoles, el dia de Cinquesma. E a hora de Sesta la dizen, porque entonce fue puesto en la Cruz. E a hora de Nona la dizen, porque entonce embio Jesu Christo el spiritu, estando en la Cruz, e estremeciose la tierra, e escurescio el Sol: e otrosi en tal hora estouo con sus Discipulos, el dia que subio á los Cielos. Pero como quier que estas oras sean señaladas, para cantarlas: bien pueden dezir otras Missas priuadas (1) ante, destas oras, e despues fasta Nona. E esto, por las labores que han de facer los omes, o por otras priessas que les acaescen, porque non pueden venir a estas sazones sobredichas. E es derecho, que todo Christiano vea cada dia (2) el Cuerpo de nuestro Señor Jesu-Christo, seyendo sano, e podiendolo fazer.

L E Y XLIX.

Que non deue dezir el Clerigo mas de vna Missa en el dia.

CAntar non deue ningun Clérigo mas de una Missa (1) en el dia, ca bienauenturado es, el que una puede dezir dignamente. Pero el dia de Nauidad (2), bien puede el Clerigo cantar Missa tres vegadas. La vna, a media noche. La otra, quando comiença á aluorescer (3). La otra a ora de Tercia. E esto non lo establescio Santa Eglesia sin razon. Ca por la primera (4) Missa, que cantan de noche, se entiende el estado de los omes, que fué ante de la Ley, quando todos eran en tiniebla; onde dize la profecia (5) de aquella Missa: que los Pueblos de las gentes, que andauan en tinieblas, vieron gran luz. E por la segunda, que dizen á la luz o al alua, se muestra el tiempo, en que eran los omes so la Ley, que dio nuestro Señor Dios a Moysen, ca estonce escomenço auer conoscencia de nuestro Señor Jesu Christo, por los dichos de la Ley, e de los Profetas, pero non complidamente: e en tal significança, dizen la Missa entre el dia e la noche, e comiença el Officio della: Luz resplandescio oy. E por la que dizen a ora de Tercia, se entiende el tiempo de gracia, que es, quando vino nuestro Señor Jesu Christo, en que fueron las gentes alumbradas, e luego conoscieron verdaderamente, como era Dios e ome: e por eso comienza el Officio de la Missa: Niño nos es nascido, e fijo nos es dado.

L E Y L.

Por quantas razones pueden los Clerigos dezir dos Missas en vn dia.

DEzir puede el Clerigo dos Missas (1) en vn dia, por otras razones, sin las que diximos en la ley ante desta. Esto seria (2), como si despues que la Missa fuesse dicha, muriesse alguno, que ouiessen de soterrar; o si le acaesciesse, que ouiesse de fazer Aniuersario (3), o dezir Missa de Requien por los muertos. O si despues que ouiessen dicho la Missa del dia (4), sobreui-

(1) *Missas priuadas.* Adde *cap. necesse, de consecr. dist.* 1. Adverte etiam, quòd de nocte non potest Missa celebrari, nisi in casu, *cap. nocte sancta, de consecr. dist.* 1. & peccaret mortaliter aliàs celebrans de nocte; potest tamen celebrari ab aurora, ex quo signa Solis orientis apparere incipiunt. Item poterit Episcopus in itinere positus ante diem celebrare, vel facere celebrari, Glos. *in cap. fin. de privil. lib.* 6. Item, & posset hoc fieri de licentia Episcopi necessitate instante, ut quia moritur infirmus, neque habetur Eucharistia, & etiam poterit ex dispensatione Papæ, secundum Petrum de Palud. & alios Theologos.

(2) *Cada dia.* De consilio loquitur, de præcepto verò est diebus dominicis & aliis festivis, *cap. Missas, de consecr. dist.* 1. Episcopum verò decet, ut quotidie Missam audiat, *cap. fin. de privileg. lib.* 6.

L E X XLIX.

Non potest presbyter, nisi semel tantùm in die celebrare, nisi in die nativitatis Domini, ubi tres Missas celebrare potest. Hoc dicit.

(1) *Una Missa.* Concord. cum *cap. sufficit, de consecr. dist.* 1. & *cap. consuluisti, de celebrat. Miss.* & vide quæ habentur *in cap. significatum, de præbend.* aliquando tamen licet sacerdoti dicere duas Missas, ut *in dicto cap. consuluisti*, scilicet quando post Missam dictam occurrit defunctus, non sine Missa sepeliendus, ut quia sic se habet consuetudo loci: vel si deest Eucharistia ad opus infirmorum, quod perpendit presbyter ante perfusionem, seu ablutionem manum, & noviter sibi est nuntiata infirmitas parochiani: vel si supervenit Episcopus quem non decet transire sine Missa, & non sit alius sacerdos, qui dicat: vel propter peregrinos venientes die festivo, vel quando propter raritatem presbyterorum, quis præest duabus Ecclesiis, secundum Hostien. & Joan. Andr. & Abb. post Glos. *in dicto cap. consuluisti*, qui text. innuit etiam de alia necessitate; & vide *in L. sequenti.*

(2) *De Nauidad.* Vide *in dicto cap. nocte sancta*, & *cap. consuluisti, de celebr. Miss.*

(3) *A aluorescer.* Nota hoc, quia etiam nocte Nativitatis ante auroram non potest dici nisi tantùm una Missa, & ita servat consuetudo.

(4) *La primera.* Prosequitur, quæ dicit Glos. *in dicto cap. consuluisti.*

(5) *Profecía.* Esaiæ, *cap.* 9. *v.* 2.

L E X L.

Potest bis celebrari Missa, si post primam Missam moritur aliquis per clericum sepeliendus, aut si celebraturus est anniversarium, vel Missam pro defunctis, aut propter adventum Regis, Prælati, aut alterius magni Domini, vel si non servavit Eucharistiam pro infirmis, aut ob nuptias celebrandas, si alius celebrans non invenitur, dum tamen in prima vinum effusum super digitos non consumpsit, per quod jejunium frangitur, sed non per sanguinem & corpus Christi; ideò autem tunc secundò non potest celebrare, quia oportet quòd Missam celebrans sit jejunus. Hoc dicit cum sequenti.

(1) *Dos Missas.* Quia secundum Petrum de Pal. extra noctem Nativitatis Domini, in aliis casibus ubi propter necessitatem permittitur, non licet dicere plus quam duas Missas.

(2) *Esto seria.* Adde *supr. L. proxim.* & quæ ibi dixi.

(3) *Anniuersario.* Nota hoc, & sequitur ista lex Raym. *in summa.*

(4) *Del dia.* Hoc dicit, nam si primam dixisset pro defunctis, non posset posteà aliam celebrare de die, quia hoc

uiniese algun ome honrrado, que la quisiesse oyr: assi como Rey, o Obispo, o otro Perlado, o algun rico ome Señor de tierra (5). O si non ouiesse sagrado Corpus Domini, para comulgar los enfermos, porque non muriesse alguno sin Comunion. O si nouios (6) quisiessen facer sus bodas, e non ouiesse otro Clerigo que los velasse. Por qualquier destas razones, puede el Clerigo dezir dos Missas en vn dia. Pero si en la primera consumio aquel vino, que echan sobre los dedos (7), quando los laua, despues que a recibido el Corpus Domini, non puede dezir despues la segunda Missa. Esto es, porque non seria ya ayuno: ca por recibir la hostia e el vino, que es el Cuerpo e Sangre de Jesu Christo, quando es consagrado, non se desayuna el ome; e esto es, porque non es comer del cuerpo (8), mas del alma. E otrosi, el que cantare Missa, non la deue dezir solo (9), ante deue auer consigo vn compañero, a lo menos, que le ayude.

LEY LI.

Como non deuen dexar los omes las Missas del dia, por las priuadas.

Establescido fue en Santa Eglesia por los Santos Padres, que el Clerigo non diga mas de vna Missa, si non en dias contados, e por razones ciertas, segund dicho es en la ley ante desta: e aquella deue ser del dia (1); assi como si fuesse Domingo, o quatro Temporas, o Quaresma, o otro dia, que aya proprio Oficio, de esse deue dezir la Missa, quier sea fiesta, quier non. E por esto reprehende Santa Eglesia a algunos que por su voluntad (2) tienen por mejor de oyr otras, que estas sobredichas; assi como de la Trinidad, o de Santispiritus, o algunas otras: porque yerran e entiendenlo mal, pensando que es mejor de oyr estas Missas, que las otras que son establescidas por los Santos Padres. E non solamente reprehende Santa Eglesia a estos tales, que an por costumbre de oyr estas Missas, mas aun a los que quieren cada dia oyr el Euangelio (3) de In principio erat Verbum, pensando que an mejoria de oyr este Euangelio, ante que otro.

LEY LII.

Quantas cosas son menester en el Sacramento de nuestro Señor Jesu Christo.

Consagrar non deue el Clerigo el Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, quando dixere la Missa (1), a menos de auer estas tres cosas, pan, e vino, e agua. E este pan, a que llaman Hostia, deue ser fecho de farina de trigo (2), amasada tan so-

hoc habet consuetudo Ecclesiæ, & est ratio, quia á defunctis nullus regreditur, & ideò celebrata Missa defunctorum, non celebratur alia de die, sed omnes tendimus ad mortem; unde celebrata Missa diei, celebrari potest pro defunctis, secundum Joan. Andr. post Petrum, *in cap. consuluisti, de celebrat. Miss.* qui allegat pro hac consuetudine *cap. Ecclesiasticorum*, 11. *dist.*

(5) *De tierra.* Tene menti istam legem quæ declarat, quæ dicatur magna persona, quæ supervenit, ut ejus intuitu possit iterum idem sacerdos celebrare, quod nota ad glos. *in dict. cap. consuluisti, de celebrat. Miss.* quòd satis videtur bonum dictum, quando talis persona superveniret in die festo; nam si in aliis diebus, ultra Reges, vel Episcopos, seu alios superiores prælatos, non videtur quòd procederet.

(6) *Nouios.* Sequitur dicta Raym.

(7) *Sobre los dedos.* Nota hoc, quia ut dicit Abb. *in dict. cap. consuluisti*, in hoc multi errant; nam etiam pro causa necessitatis non licet sacerdoti iterum celebrare, si prius recepit vinum purificationis, ut est textus *in cap. ex parte, eod. tit.* & dicit Abb. ibidem, hoc etiam habere locum in festo Nativitatis Domini. Nam si sacerdos accepit vinum purificationis, non potest dicere secundam Missam, vel tertiam, quod & volunt Doct. *in dicto cap. ex parte, de celebr. Miss.* ubi dicit Host. quòd vidit in hoc magnos viros errare.

(8) *Del cuerpo.* Vide *in cap.* 1. & *in cap. liquido, de consecr. dist.* 2. & *in cap. in illo sacramento, ead. distinct.*

(9) *Solo.* Concordat cum *cap. hoc quoque statutum, de consecr. dist.* 1. ubi habetur, quòd duo saltem debent esse præsentes, sed secundum Host. unus sufficiet, argum. *cap. quæsivit*, 1. *respons. de verbor. signif.* & subditur statim in ista lege, quòd in Missis privatis satis benè procedit, non in solemnibus, in quibus videtur habere locum, *dict. cap. hoc quoque*, & vult S. Thom. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 5. *in fine.*

LEX LI.

(1) *Del dia.* Concordat cum *cap.* 2. *de celebrat. Miss.*

(2) *Por su voluntad.* Veluti, ut habeat meliores segetes, exponit Innoc. & Joan. Andr. & Abb. *in dicto cap.* 2. Quid autem de sacerdote, qui celebrat, ut Deus perdat aliquem? Dic quòd conficit, ut notat Glos. 1. *quæst.* 1. *in cap. dictum, in ultim. glos.* sed deponi debet, ut *in cap. quicumque*, 26. *quæst.* 5. benè tamen permittitur, ubi sunt plures presbyteri, quòd unus dicat Missam occurrentem de die, & alius ob devotionem suam vel alterius, dicat Missam peculiarem, ut probatur *in cap. & hoc attendendum, de consecr. dist.* 1. Abb. *in dict. cap.* 2.

(3) *Euangelio.* Adde *dict. cap.* 2. ubi Joan. Andr. refert Abbatem antiquum ponentem de vetulis dicentibus ex superstitione quadam, quòd audientes tale evangelium, non possent decedere tali die sine pœnitentia.

LEX LII.

Debet consecrari Corpus Domini, pane, vino, & aqua, & panis scilicet hostia debet esse de frumento cum aqua solùm sine fermento mixta, & vinum primò, & posteà aqua ponatur in calice mixta, quia ex latere Christi exivit sanguis & aqua. Et dictis verbis, quæ Christus in die cœnæ dixit, scilicet, *Hoc est Corpus meum, &c.* panis convertitur in carnem. Item, dicto, *Hic est Sanguis, &c.* vinum transubstantiatur in Christi sanguinem, virtute Dei & dictorum verborum. Hoc dicit.

(1) *Tres cosas.* Adde *cap.* 1. & 2. & *cap. non oportet, cum sequenti, de consecr. dist.* 2.

(2) *De trigo.* Quid si quis conficiat de pane lolii? Host. *in summa, de consecr. eccles. vel altat.* §. *et quando, col.* 1. refert, agricultores dixisse se expertos, de frumento nasci lolium, & è contra, ut innui dicit, 56. *dist. cap. nasci*; ipse tamen dicit, quòd non potest confici de lolio, allegat *L. in venditionibus, ff. de contrahend. empt.* quæ tamen lex hoc non probat; Glos. *in cap. in sacramento, de consecr. distinct.* 2. dicit, quod non conficiatur de lolio, & approbat ibi Archid. quia mutavit naturam, & desiit

solamente con agua (3), sin leuadura (4), e sin otro mezclamiento ninguno (5): e deuelo fazer el Clerigo muy limpiamente. E non deue poner vino solo en el Caliz, mas con agua, e amos los deue y mezclar (6). E esto es (7), porque salio del costado de nuestro Señor Jesu Christo, quando le dieron con la lança, sangre e agua. E deue mas poner del vino (8), que del agua. E este pan mudase verdaderamente (9) en el Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, e el vino e el agua en su Sangre, por el poder de Dios, é por las palabras Santas que dize el Clerigo, que dixo nuestro Señor Jesu Christo en el dia Santo del Jueues de la Cena, quando tomo el pan e el vino, e dixo a los Apostoles: Este es mi Cuerpo, e la mi Sangre: e quando estas palabras dize el Clerigo, deue alçar la Hostia, que la vea el Pueblo; e estonce deuen todos fincar los hinojos (10) é alçar las manos a Dios, e decir assi: Adorote Jesu Christo, e bendigo el tu Santo Nome, porque redemiste el mundo por el tu Cuerpo, e por la tu Sangre: o pueden dezir otra oracion de aquellas, que suelen dezir en aquella sazon.

LEY LIII.

Por que razon deuen ayuntar el agua e el vino en el Caliz.

Vino e agua deue el Clerigo mezclar en el Caliz, quando quiere consagrar el Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, e esto es, por tal razon. Ca por el vino, entiende Santa Eglesia la Sangre de nuestro Señor Jesu Christo, e por el agua, entiende el Pueblo de los Christianos. Onde ayuntada el agua con el vino, entiendese (1), que se ayunta el Pueblo de los fieles Christianos a el, en creencia. E por esta razon, non deue fazer el Clerigo este Sacramento a menos de vino, e agua. Ca si le fiziesse con el vino, e non mezclase y el agua, entenderse ya, que era nuestro Señor apartado del su Pueblo: o si el agua sola sin el vino, començaria el Pueblo de los Christianos a apartarse del. E por esso deuen fazer el Sacrificio con agua, e con vino. Onde el Clerigo, que tal apartamiento como este fiziesse, faria muy grand yerro. E porende, non deue ser osado de sacrificar despues el Cuerpo, e la Sangre de nuestro Señor Jesu Christo, á menos de fazer ante grand penitencia de aquel yerro que fizo.

LEY

siit esse frumentum: S. Thom. 3. *part. quæst.* 73. *art.* 3. dicit, quòd in hoc sacramento continetur Christus, qui se grano frumenti comparavit, ut habetur Joan. 12. *v.* 24. & sic panis triticeus est materia hujus sacramenti: & dicit ibi, quòd si qua frumenta sunt, quæ ex semine tritici generari possunt, sicut ex grano seminato in malis terris nascitur siligo, ex tali frumento panis confectus potest esse materia hujus sacramenti; quod tamen videtur non habere locum, neque in hordeo, neque in spelta, neque in farre, quod inter omnia est grano tritici similius. Similitudo autem figuræ in talibus magis videtur significare propinquitatem, quàm identitatem speciei: unde ex talibus frumentis, quæ non possunt ex grano tritici generari, non potest confici panis, quæ sit debita materia hujus sacramenti; & idem vult S. Thom. *in* 4. *sententiar. dist.* 11. *quæst.* 2. *artic.* 2. *ad tertium.*

(3) *Con agua.* Naturali scilicet, non rosacea, vel alia aqua artificiali; quia partes principales panis, qui est materia hujus sacramenti, sunt aqua naturalis & farina, ut tradit Archid. *in summa, de consecr. dist.* 2. referens S. Thom. ibi tamen refert alios dicere, quòd & si farina misceatur aqua rosacea, & inde fiat panis seu hostia, posset confici in tali pane, quia aqua non remanet in pane; sed primum dicit post S. Thom. esse probabilius.

(4) *Sin leuadura.* Quærit Host. *in summa, de consecr. eccles. vel altar.* §. *et quando, col.* 1. quid si conficiat quis de fermento? Et respondet, quòd nihil aget, secundum Hug. *de consecr. dist.* 2. *cap. in sacramento*, ubi Glos. juxta illud: *Non in fermento veteri, sed in azymis sinceritatis*: & subdit, quòd Græci tamen tenent contrarium, sed debent sequi consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, alioqui de ovili non erunt, *cap. licet græcos*, §. *fin. de baptis. cap. solitæ*, §. *pen. de major. & obed.* & hoc in sacramentis ecclesiasticis præcipuè est cavendum, *cap. ad abolendam*, 1. *respons. de hæret.* Abb. tamen *in cap. litteras, de celebr. Miss.* dicit, Doctores & Theologos communiter tenere contrarium, imò, quòd transubstantiatio fiat in pane fermentato; licèt latini sic celebrantes graviter peccent, & sint puniendi: & vide per S. Thom. 3. *part. quæst.* 74. *artic.* 4.

(5) *Sin mezclamiento ninguno.* Quid si piper, vel alia species misceatur cum pane? Glos. *in dicto cap. in sacramento, de consecr. dist.* 2. dicit, quòd solum id quod est frumentum, transubstantiatur.

(6) *Mezclar.* Concordat cum *dict. cap. in sacramento.* & licèt aqua ommitteretur, consecratio fieret, *cap. Scriptura, de consecr. dist.* 2. peccaret tamen mortaliter, qui hoc scienter faceret: & vide *cap. in quadam, de celebrat. Miss.* & S. Thom. 3. *part. quæst.* 74. *art.* 7.

(7) *Esto es.* Vide *cap.* 1. *de consecr. dist.* 2. & *cap. in calicem.*

(8) *Mas poner del vino.* Adde *cap. perniciosus, de celebrat. Miss.* & an in necessitate posset exprimi botrus in calice, & illud vinum consecrati, vide *cap. cum omne, de consecr. dist.* 2. quòd sic: & debet vinum in quo conficitur, esse de vite, ut tradit S. Thom. 3. *part. quæst.* 74. *artic.* 5. & debet portari ad illas partes, in quibus vinum non habetur: vide eundem Sanctum Thom. *in* 4. *sententiar. dist.* 8. Sylvestr. *in summa, in* parte *Eucharistia*, 1. versic. *quintò quæritur.*

(9) *Verdaderamente.* Vide *cap. firmiter, de summa Trin. & fide Cathol.* §. *una verò*, & Glos. *de consecr. dist.* 1. *in summa*, & *cap. cum Marthæ*, §. *quæsivisti, de celebr. Miss.* & S. Thom. 3. *part. quæst.* 75.

(10) *Fincar los hinojos.* Vide *in cap. sane, de celebrat. Miss.* & ibi Glos. & Joan. Andr. de orationibus tunc dicendis.

LEX LIII.

Per vinum in calice positum intelligitur sanguis Christi, per aquam Christiani, quorum mixtione populus cum Christo intelligitur injungi: & ideò sine vino, & aqua non fit hoc sacrificium, neque debet presbyter eis separatis sacrificare, ne fideles videantur á Christo separati: ideò presbyter debet propter talem errorem gravem pœnitentiam agere. Hoc dicit.

(1) *Entiendese.* Adde *cap. cum omne, de consecr. dist.* 2. & *dict. cap. cum Marthæ*, §. *quæsivisti, de celebr. Miss.*

LEY LIIII.

Aqui dize, por quien fue primero establescido este Sacrificio, e en que via, e por que palabras.

JEsu Christo nuestro verdadero Dios, e ome, quando quiso recebir muerte por saluar el mundo, establescio este Sacrificio primeramente por si mismo, el Jueues Santo de la Cena (1), quando ceno con sus Discipulos, e tomo el pan e el vino en las manos, e dixoles assi: Este es el mi Cuerpo, e la mi Sangre, que por vos sera traydo, esto fazed en mi remembrança: e porende lo vso despues la Eglesia de fazer cada dia, por auer los omes perdon de sus pecados, que fazen continuamente. E aun sin estas palabras, que dixo el en aquel dia, auia dicho ante (2) a sus discipulos: Yo soy el pan biuo, que descendi del Cielo, e el que comiere deste pan, beuira por siempre, e el pan que yo dare, es mi carne, por la vida del mundo.

LEY LV.

Por que razon faze el Clerigo la Hostia tres partes, despues que es sagrada.

FAze tres partes el Clerigo de la Hostia, despues que es consagrada. E las dos dellas tiene en las manos, e la tercera echa en la Sangre, que consagro. E de las dos, que tiene en las manos, la vna es (1), por dar gracias a Dios por los que son en el Parayso: la otra, por rogarle por los que son en el Purgatorio: la tercera, que mete en la Sangre, es por rogarle por los que son en este siglo, que les perdone Dios sus pecados.

LEY LVI.

De quales metales deuen ser fechos los Calices, para fazer el Sacrificio.

CAlices son llamados, vasos con que fazen el Sacrificio del Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo. E como quier, que en el comienço de la Fe, vsaron los Santos Padres, a fazerlo en vaso de madero, e de vidro, despues non lo tuuo por bien Santa Eglesia, que sacrificassen en ellos, por estas razones. Porque el Caliz de madero non es tan cerrado, como el otro de metal, e entrase en el, aquello que y meten, e porende quedaria en el alguna parte de la Sangre de Jesu Christo, porquel Clerigo non la podria consumir complidamente, como deuia. Nin otrosi non se podria bien lauar, sin que fincasse y alguna cosa. E aun tuuo por bien Santa Eglesia, que lo non ficiessen en vaso de vidro, porque es flaco, e quebrantase ligeramente: e poderse ya verter, de lo que en el estuuiesse. E por desuiar estos peligros, fue establescido, que non fiziessen el Sacrificio, si non en Calices de oro, o de plata (1): e esto, por honrra de nuestro Señor Jesu Christo, e de su Santo Cuerpo, e por apostura de Santa Eglesia: pero en las Eglesias pobres, que non podiessen auer tales Calices como estos, bien los pueden auer de estaño (2). E de ningun otro metal non se pueden, nin deuen fazer, si non de alguno destos tres metales sobredichos. Ca si los fiziessen de fierro, orinescerse yan ayna, e non se podrian bien lauar. Nin los deuen fazer de cobre, nin de alambre, porque son metales que los que vsan con ellos a beuer, danles voluntad de vomitar, lo que deue ser mucho guardado, que non acaezca al que recibe el Cuerpo e la Sangre de nuestro Señor Jesu Christo. Nin los deuen otrosi fazer de plomo, porque es negro en si, e tiñe siempre, e non se puede bien alimpiar.

tem bigamus qui cum duabus virginibus, sive de facto, sive de jure contraxerit, si cum utraque matrimonium consummavit: item contrahens cum vidua, vel corrupta, etiam si credat eam virginem, si cum ea matrimonium consummavit, nisi talis corrupta ante matrimonium ab eo fuit deflorata: item, etsi contraxerit cum unica & virgine, si illa posteà adulterium commisit, & scienter se illi post adulterium carnaliter copulavit: item qui constitutus in minoribus cum virgine contraxit, si postea ordinetur ad majorem ordinem, & de facto contrahat matrimonium, bigamus est, neque poterit ad Episcopatum, vel ad alios ordines promoveri: idem de Religioso professo, qui de facto posteà cum virgine, vel vidua contraxit: neque etiam potest esse Episcopus, cujus unica virgo uxor est, nisi ipsa religionem ingrediatur & profiteatur. Hoc dicit.

(1) *Esto seria.* Habes hìc quis dicatur bigamus, vide *cap. unius*, & *cap. Acutius*, & *cap. una tantum*, *cum aliis*, 26. *dist.* & Glos. *in cap.* 2. *de bigam.* & vide de his Hostiens. *in summa*, *de bigam.* versic. *quis dicatur*, & versic. *quot sunt species.*

(2) *Ouiesse auido dos mugeres virgines.* Iste dicitur propriè bigamus, 31. *quæst.* 1. *cap. aperiant*; & intelligas, si cum utraque fuerit matrimonium consummatum, non aliàs, ut *in cap. debitum*, *de bigam.* & *in cap. Valentino*, 34. *dist.* quia solus contractus matrimonii cum secunda, vel cum vidua non inducit bigamiam, ut notant Doct. ex illo *cap. Valentino*, & *in §. præmissis*, *ead. dist.*

(3) *Non fuesse virgen.* Vide *cap. maritum*, 33. *dist.* & *cap. debitum*, & *cap. à nobis*, *de bigam.*

(4) *El mismo.* Adde Glos. *in cap. qualis*, 30. *quæst.* 5. & *in cap. debitum*, *de bigam.* Innoc. post Glos. *in cap. sanè*, *de cleric. conjug.* ubi dicit, istam esse communem opinionem, vide etiam Cardin. Præpos. Alexandr. *in cap. nemo*, 32. *dist.*

(5) *Non deuia de derecho casar.* Concordat *cap. christiano*, 34. *dist.* & 31. *quæst.* 1. *cap. quomodo virginibus*: *cap. gaudemus*, *de divort.* & *cap. nuper*, *de bigam.*

(6) *Que ver con ella sabiendolo.* Nota hanc legem declarantem ea quæ habentur *in cap. si cujus*, 34. *dist.* & approbat opinionem illam, quam aliqui tenuerunt, quòd requiratur scientia adulterii in viro cognoscente uxorem adulteram; & reprobat opinionem Hostiens. & aliorum, *in summa*, *tit. de bigam.* versic. *quot sunt species*, qui indistinctè intelligunt dict. cap. *si cujus*, quòd efficiatur bigamus vir, qui cognoscit adulteram, etiam si ignoranter eam cognoverit, quod etiam affirmat Præpos. Alexandr. 50. *dist. in summa*, *col.* 5. versic. *quare soluta est quæstio*; æquior videtur alia opinio, quam ista lex approbat; sed contraria est communior, imò quòd sit bigamus, etsi ignoranter uxorem adulteram cognoscat; & ita tenet Joan. Andr. *in cap.* 2. *de bigam.* post. Hugon. Laud. Raimun. & Gofred. *in summa*, *tit. de bigam.* & Abb. antiquum, & Pet. Movetur Joan. Andr. ex eo, quod non quæritur de vitio ordinandi, quo casu requireretur scientia, sed de defectu sacramenti, quod etiam ignorans potest pati: & idem tenet Abb. *in cap. si vir*, *de adult.*

(7) *Casasse.* Vide *cap. nuper*, *de bigam.*

(8) *E casasse.* Adde *cap. quotquot*, 27. *quæst.* 1.

(9) *En orden.* Videtur intelligi si esset juvenis uxor; nam si senex, & non suspecta de incontinentia, sufficeret quòd castitatem promitteret, ut notat Glos. ubi vide Abb. *in cap. conjugatus*, *de convers. conjug.* Sed dic, & melius, quod in Episcopo non adhibetur ista distinctio, & non potest ad Episcopatum conjugatus promoveri, nisi ejus uxor religionem ingrediatur & profiteatur, ut *in cap. sanè*, *de convers. conjug.* ubi vide rationem specialitatis per Abb. post Hostiens.

LEX XXXVI.

Sobrius debet esse electus, cavens à crapula & ebrietate, quia per eam Deum, & seipsum non cognoscit: temperet se etiam in cibis, quia eorum superfluitas destruit castitatem, & minuit vitam, neque est honestum facie rubicunda è ciborum superfluitate prædicare verbum Dei. Hoc dicit.

(1) *Mesurado.* Adde 1. ad Timoth. *cap.* 3. *v.* 3. & 35. *dist. per totum.*

(2) *Estraños pecados.* Nota contra vitium ebrietatis; & tunc ebrietas est peccatum mortale, quando quis benè advertit potum esse immoderatum & inebriantem, & tamen magis vult ebrietatem incurrere, quàm à potu abstinere, secundum Sanct. Thom. 2. 2. *quæst*, 150. *artic.* 2.

(3) *Pecados.* Cui væ, cujus patri væ, cui rixæ, cui foveæ, cui sine causa vulnera? Cui suffossio oculorum? Nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Proverbior. *cap.* 23. *v.* 30. Et omnium vitiorum fomex, & nutrix est ebrietas, & ubi cœpit cibus, ibi finis factus est mundi, 35. *dist. cap. ante omnia*, & *cap. præced.*

dar consejo a muchos, que siempre aya su seso apercebido. Onde si alguno dellos, desque lo amonestaren de este yerro, non se quisiere castigar, deuele vedar su Mayoral de oficio e beneficio (4). E otrosi, el comer ademas es vedado (5) a todo ome, e mayormente al Perlado, porque la castidad non se puede bien guardar (6), con muchos comeres e grandes vicios. E por esto dixeron (7) los Santos, que non conuiene aquellos que han de predicar la pobreza, e la cuyta que sufrio nuestro Señor Jesu Christo por nos en este mundo, que lo fagan con las fazes bermejas, comiendo e beuiendo mucho. E avn sin todo esto, naturalmente del mucho comer nascen grandes enfermedades (8), de que mueren los omes ante de su tiempo, o fincan con alguna lision.

LEY XXXVII.

De las cosas que el Perlado deue ser sabidor.

SAbio (1) e entendido deue ser el Perlado, e señaladamente en estas tres cosas. La primera, en la Fe, porque sepa enseñar (2), como saluen sus almas aquellos que le son dados en guarda; e por esso ha de saber de la Divinidad. La segunda, ha de ser sabidor en los saberes que llaman artes (3), e mayormente en estas quatro. Asi como en Grammatica (4), que es arte para aprender el lenguage del Latin. E otrosi en Logica, que es sciencia que demuestra departir la verdad de la mentira. E avn en la Rethorica, que es sciencia que demuestra las palabras apuestamente, e como conuiene. E otrosi en Musica (5), que es saber de los sones, que es menester para los cantos de Santa Eglesia. E por estas razones sobredichas touieron por bien los Santos Padres, que la sopiessen los Perlados, porque son muy prouechosas a los que las saben. Ca los mueuen a fazer obra de piedad, a lo que ellos son tenudos. Mas los otros tres saberes (6), non touieron por bien los Santos Padres que se trabajassen ende los Perlados mucho de lo saber. Ca maguer estos saberes sean nobles, e muy buenos quanto en si, non son conuenientes a ellos, nin se mouerian por ellos a fazer obras de piedad; assi como predicar e confessar, e las otras cosas semejantes, que son tenudos de fazer por razon de sus oficios. La tercera cosa de que los Perlados deuen ser sabidores, es en las cosas temporales (7), para saber bien gouernar sus Obispados, e mantener sus pueblos.

LEY XXXVIII.

Que los Perlados deuen ser castos e vergonçosos.

CAstos e vergonçosos deuen ser los Perlados en dicho, e en fecho. Ca aquellos que con sus manos han de consagrar el Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, e lo han de recebir en si mismos, e han de dar los Sacramentos de Santa Eglesia, mucho conuiene, que ayan en si castidad e limpiedumbre. Otrosi, deuen auer verguença; ca si la ouieren, siempre se guardaran de fazer pecado, e de dezir lo que les

(4) *De oficio, e beneficio.* Vide *in cap. à crapula de vita & honestate clericorum*, & *in cap. Episcopus*, 35. *dist.*

(5) *Es vedado.* Ebrietas, & voracitas æqualiter prohibentur; unde Apostolus: *non in commessationibus & ebrietatibus*, 44. *dist.* §. 1. & *cap.* 1.

(6) *Guardar.* Ubi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor, *cap. venter*, 35. *distinct.*

(7) *Dixeron.* Vide *in cap. Ecclesiæ principes*, 35. *dist.*

(8) *Enfermedades.* Adde *L.* 2. *tit.* 5. & *L.* 6. *tit.* 7. 2. *partit.* Abundantia morbos facit, molestias ingerit, ægritudines generat, consumit, & computrescere facit corpus humanum, macerat ægritudine diuturna: & tandem (sicut Galenus vir doctissimus, & Medicorum facilè Princeps, Hyppocratis interpres ait) tales non sanos esse judicandum est, neque vivere posse diu: ait etiam Hyppocrates in Aphorismis, tales in paralysin, & pessimorum morborum genera erumpere, nisi citò quæ impleverint, ablatione sanguinis minuantur, *de consecrat. dist.* 5. *cap. ne tales*, & *cap. præced.* Et acies rationis hebetatur ex immoderatione cibi & potus, Gregorius 31. *Moral.* & Sanct. Thom. 2. 2. *quæst.* 148. *articul.* 6. et procedit hebetudo sensus circa speculabilia ex gula: & Chrysostom. super *Homil.* 21. dicit, quòd sacietas, tum corporis robur, tum animi minuit fortitudinem; quòd si medicos percontaberis, omnium prope morborum causas inde ortas invenies; vilis, tenuis, & simplex mensa bonæ valetudinis mater est.

LEX XXXVII.

Doctus debet esse electus in fide, ut sciat eam docere; item, & in artibus, Grammatica, Logica, Rhetorica & Musica; de aliis liberalibus artibus non est curandum: item peritiam habere debet rerum temporalium. Hoc dicit.

(1) *Sabio.* Ignominiosum est Episcopo, si ab aliis quærat doceri, cum ipse alios docere debeat, ut *in authent. de sanctissimis Episcopis*, §. *damus*: 36. *dist. cap. qui Ecclesiasticis*, §. *ecce*: 1. *quæst.* 1. *cap. vilissimus*: 8. *quæst.* 1. *cap. licet.*

(2) *Enseñar.* Scientia sacræ Scripturæ requiritur in Episcopo, 36. *distinct.* §. 1. & *cap.* 1. & *per totum*, hoc ad subditorum animas informandas, 36. *dist. cap.* 2. & §. *ecce*, & *cap. si quis.*

(3) *Artes.* Sapientia sæcularium scripturarum requiritur etiam in Episcopo, 37. *dist. cap. legimus*, §. *sed è contra*, & *cap. turbat acumen*, ut per eas instruatur discernere verum à falso, & viam habeat ad scientiam pietatis, sed non addiscat ad delectationem, vel voluptatem, 37. *dist.* §. *cum ergo.*

(4) *Gammatica.* Vide 37. *dist. cap. si quis artem.*

(5) *Musica.* Hujus scientia non est substantialis multum in Episcopo, ut habetur *in dicto cap. si quis artem*; sed ista lex tantùm dicit, respectu cantus Ecclesiæ, & benè stabit Episcopo, si ad hoc Musicam sciat.

(6) *Otros tres saberes.* De Geometria, Arithmetica, vel Astronomia, ut *in dicto cap. si quis artem.*

(7) *Cosas temporales.* Vide 39. *dist. per totum.*

LEX XXXVIII.

Castus debet esse Prælatus verbis & factis: item & verecundus, qui semper caveat à peccatis: & adducit testimonia ex sacris libris utriusque virtutis. Hoc dicit.

les esta mal. E en razon de la castidad, dixo (1) Salomon que fue Rey e Propheta, estas palabras que pertenescen a la Eglesia: Fermosas son tus mexillas, como tortola; porque esta aue guarda mas castidad (2), que otra que sea. E de la verguença dixo nuestro Señor Dios a los fijos de Israel en la vieja Ley (3), que fiziessen sus hijos vergonzosos; porque se ouiessen a guardar de pecado, e de mala estança. E Sant Hieronymo fablando en la verguença, dixo (4), que es señal de fidalguia, e que se leuantaua al que la ha de nobleza de coraçon, pues que por ella dexa de fazer, e dezir cosa que mal le este; e porende tiene, que es peor a los Perlados, quando algund yerro fazen, que a los otros omes.

LEY XXXIX.

Que los Perlados deuen ser apuestos.

APuestos manda Santa Eglesia que sean los Perlados. E esto en dos maneras. La primera, dentro en si mismos. E la otra, de fuera. E la que es en si mismos, se departe en dos maneras (1). En buenos pensamientos, e en buenas costumbres. E la que es de fuera, es departida en quatro cosas, en comer, en beuer, segund que es dicho de suso; e otrosi, en habito, e en su contenente. E el habito entiendese por muchas cosas, assi como en vestir; ca deuen traer sus paños cerrados (2) e non cortos, nin traygan manga cosediza (3), nin çapato a cuerda, nin frenos, nin sillas, nin pretales colgados, nin dorados, nin espuelas doradas, nin fagan otras sobejanias ningunas, nin traygan capas con mangas, fueras ende si cambiassen su abito por miedo que ouiessen: nin otrosi non deuen traer bronchas, nin cintas con feuillas doradas. E avn touo por bien Santa Eglesia, que non andouiessen menos de con camisa Romana (4) sobre los otros paños, fueras si algunos ouiessen ante seydo Frayles (5) o Monges; ca estos atales non deuen dexar su habito. E otrosi deuen traer los mantos atachonados o presos adelante, en señal de honestad; pero esto deuen fazer de manera que non aya ypocresia: e otrosi deuen traer coronas grandes (6), e los cabellos tan cortos, que les parezcan las orejas (7): e esto fue establescido en señal del Reyno (8) de Dios que esperan auer, do seran coronados si fizieren lo que deuen. Ca assi como los Reyes han de gouernar los omes en las cosas temporales assi lo han ellos a fazer en las espirituales, e por esta razon los llama la Eglesia, Rectores: e por las rasuras que traen en las cabeças, se da a entender que deben raer de sus voluntades los sabores deste mundo, e de dexarse de las cosas temporales, e tenerse por abondados, solamente que ayan que comer, e que vestir (9) en su contenente. E otrosi deuen ser apuestos, andando (10) en buena manera e honesta, segund que les conuiene. Ca naturalmente las semenjanças, e los contenentes que los omes muestran de fuera en sus fechos, fazen entender quales son sus voluntades, e todas sus obras.

LEY XL.

Que los Perlados deuen ser ospedadores.

OSpedadores (1) deuen ser los Perlados (2) de los pobres. Ca assi lo esta-

(1) *Dixo.* Canticorum 1. *v.* 9.

(2) *Castidad.* Pudica avis est turtur, & conversatio ejus non cum multis, sed solo degere fertur contenta compare; ita, ut si illud amisserit, alterum non requirat, sed sola deinceps conversetur, Bernard. super *Canticis, serm.* 4.

(3) *En la vieja ley.* Levitic. 19. *v.* 3. *Unusquisque patrem suum, & matrem suam timeat.*

(4) *Dixo.* Vide eum, *tomo* 1. *fol.* 107. *b.* & *tom.* 5. *fol.* 398. *b.* Bernard. super *Cantic. serm.* 87. & *in libr. de ordin. vitæ, col.* 1. & 2.

LEX XXXIX.

Electus esse debet ornatus interiùs & exteriùs. Interiùs per bonos mores & cogitationes. Exteriùs, in esu & potu, habitu, gestu & incessu, in vestibus honestis, cessante hypocrisi, cum camisia Romana super veste quando non est monachus, capillis tonsis, ita ut aures appareant, & habere oportet coronam magnam in signum coronæ Regni Dei. Hoc dicit.

(1) *Dos maneras.* Prosequitur dicta Apostoli 1. ad Corinth. *cap.* 3. *v.* 19. & Hostiens. *in summa, de tempor. ordin.* versic. *sexta regula.*

(2) *Paños cerrados.* Adde *cap. clerici, de vita & honest. cleric.*

(3) *Manga cosediza.* De his, & aliis vide *in dict. cap. clerici.*

(4) *Camisa Romana.* Quæ vulgò (Roquete) dicitur, vide de hac *in dicto cap. clerici*, versic. *Pontifices.*

(5) *Frayles.* Vide *in dicto cap. clerici*, versic. *Pontifices.*

(6) *Coronas grandes.* Vide *in dicto cap. clerici*, versic. *coronam*, & vide bonam glossam *in Clement.* 2. *in* verbo, *tonsuram, de vita & honestate cleric.*

(7) *Las orejas.* Vide *cap. non liceat.* §. 1. 23. *dist.*

(8) *Señales del reyno.* Vide *cap. duo sunt*, 12. *quæst.* 1. Hostiens. *in summa, de vita & honestate cleric.* versic. *et in quibus, col.* 1.

(9) *Que comer, e que vestir.* Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus, 1. ad Timoth. *cap. ultim. v.* 8. & Genesis *cap.* 28. *v.* 20. S. Jacob: *Si dederit* (inquit) *mihi Dominus panem ad manducandum, & vestimenta quo operiar*; vide *cap. clericus*, 12. *quæst.* 1.

(10) *Andando.* Adde §. 1. 41. *dist.* ubi traditur illud de incessu Catilinæ, de quo Sallustius: *Incessus ejus modò citus, modò tardus*, notans inconstantiam exteriorem ad probandam interiorem.

LEX XL.

Prælatus debet esse hospitator pauperum, & necessaria eis ministrare, & eleemosynas mendicantibus, maximè verecundis erogare, Apostolorum exemplo, qui victu & vestitu contenti, cætera pauperibus ministrabant. Hoc dicit.

(1) *Hospedadores.* Vide 1. ad Timoth. *cap.* 3. *v.* 2. & 42. *dist. in summ.*

(2) *Los Perlados.* Et etiam alii clerici sæculares tenentu-

tablescio Santa Eglesia, que fuessen las sus casas, como Ospitales (3), para rescebirlos en ellas, e darles a comer. E los Apostoles mismos començaron a fazer esto (4). Ca las cosas que les dauan comunalmente a todos, o a cada vno por si, ayuntauanlo en vno, e tomauan dello lo que les era menester para vestir, e para su gouierno, e todo lo que les sobraua, dauanlo a los pobres. E porende los Santos Padres touieron por bien, que todo quanto sobrasse a los Perlados de las rentas de la Eglesia, demás de quanto les abondasse a ellos, e a sus compañas (5), que lo diessen a los pobres (6). Ca non podrian ellos bien amonestar los otros, que fiziessen limosnas, si quan-

tur ad hospitalitatem, textus cum glossa *in cap. de monachis, de præbend.* quod Abb. ibi post Innocent. intelligit ad solitam, & juxta vires facultatum. Non enim tenentur omnes recipere, & posteà mendicare. Sed primò subveniendum est servitoribus, *cap. de his, de eccles. ædific.* item reparanda est priùs Ecclesia, *cap. pastoralis, de his quæ fiunt à prælatis, in princ.* Ex aliis reditibus poterit teneri hospitalitas; & intelligit Abb. nisi esset tanta proximi necessitas, quòd fame moreretur, tunc eidem est subveniendum; quia etiam Ecclesia tenetur vendere bona, etiam si sint vasa Ecclesiæ, 12. *quæst.* 2. *cap. aurum.*

(3) *Como hospitales.* Adde 16. *quæst.* 1. *cap. quoniam,* & 85. *dist. cap. Archidiaconum.*

(4) *A fazer esto.* Vide *Actuum, cap.* 4. *in fine,* & *cap. dilectissimis,* 12. *quæst.* 1. & 12. *quæst.* 1. *cap. illi.*

(5) *A ellos, e a sus compañas.* Intellige de expensa decenti, secundum conditionem status sui & dignitatis; quia quibusdam dignitatibus competit habere majorem familiam, quàm aliis, ut *in cap. cum Apostolus, de censib.* ubi taxari videtur ista familia; & dicit Abulens. Matth. 6. quòd imò, etsi haberent majorem aliquantulum familiam, quàm eam de qua *in dicto cap. cum Apostolus,* licitum esset, quia liberiùs potest clericus expendere de fructibus beneficii sui, quàm recipere sumptus ab Ecclesiis, quas visitat; & hoc si videtur conveniens secundum conditionem dignitatis, & conditionem regionis, in qua vivunt: potest etiam secundum eum Prælatus invitare aliquos, & facere honesta & moderata convivia amicis suis, & etiam aliquibus extraneis, ex causa honesta. Et quia judicium istorum consistit in particularibus, non potest dari regula determinata, quantum liceat clericis expendere de fructibus beneficiorum suorum; sed prudentia, & conscientia singulis est regula, & in his in aliquo excedere, fieri potest absque bonæ fidei detrimento, quia non potest homo in talibus punctualiter accipere illud quod fieri oportet; si verò sit multus excessus, reprobatur, secundum sanctum Thom. 2. 2. *quæst.* 185. *artic.* 7.

(6) *Que lo diessen a los pobres.* Vide *cap. quoniam quidquid,* 16. *quæst.* 1. & *cap.* 1. 12. *quæst.* 3. & *cap. illi,* 12. *quæst.* 1. & *cap. nulli Episcoporum*: & 1. *quæst.* 2. *cap. pastoralis*: *cap. clericos,* 1. *quæst.* 2. *cap. clericus qui,* & *cap. duo,* 12. *quæst.* 1. & 10. *quæst.* 2. *cap. Episcopus,* vide etiam Innoc. *in cap. indecorum, de ætate & qualitate,* qui dicit idem, quod in ista lege, quòd clericus potest convertere fructus beneficii sui in victum & vestitum suum, & necessitates Ecclesiæ, & id quod superest, debet pauperibus erogare. Et ex hoc videtur quòd cum ista lex Partitarum emanaverit post omnia dicta jura, & alia, per quæ de reditibus Ecclesiarum jubentur fieri quatuor partes: una pro Episcopo, alia pro Ecclesia, tertia pro ministris Ecclesiæ, quarta pro pauperibus, ut *in cap. concesso,* & *cap. Vulteranæ,* & *cap. quatuor,* 12. *quæst.* 2. per Glos. *in cap. unio,* 10. *quæst.* 3. per Abb. *in cap. cum contingat, de decim.* quòd si Episcopus malè disponat in illicitos usus vel superfluos id quod in parte sua est assignatum, vel alius clericus malè expendat fructus beneficii, quòd peccet, & teneri debeat ad restitutionem faciendam pauperibus, de suo pauperibus tantumdem erogando; & ita in specie tenuerunt Archid. & Dominic. *in summa,* 44. *dist.* Felin. *in cap. postulasti, num.* 6. *de rescript.* & *in cap. de quarta, num.* 33, *de præscript.* & Alexandr. de Ales. 3. *part. quæst.* 36. *memb.* 5. Ricard. *in* 4. *sententiar. dist.* 45. *artic.* 3. *quæst.* 1. Gabriel. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 8. Arch. Florent. 3. *part. tit.* 15. *c. quæst.* 1. §. 19. Joan. Major, 4. *dist.* 24. *dist.* 17. dicens hanc esse communem opinionem. Petrus de Palud. *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 3. *artic. ultim.* & Sanct. Bernard. super *Cantic. serm.* 23. *col. penult.* sic ait: Timeant clerici, timeant ministri Ecclesiæ, qui in terris sanctorum quas possident, tam iniqua gerunt, ut stipendis quæ sufficere debeant minimè contenti, superflua, quibus egeni sustentandi forent, impiè sacrilegèque sibi retineant, & in usus superbiæ, atque luxuriæ victum pauperum consumere non vereantur, duplici profectò iniquitate peccantes, quia & aliena diripiunt, & sacris in suis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur: & idem Bernard. *in Epistola* 42. *col.* 3. *Clamant* (inquit) *pauperes, nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter substrahitur, quod inaniter expenditis*: & idem *in Epistola* 2. dicit: *Denique quidquid præter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altari retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est*: inquit etiam B. Hieronymus, & habetur 44. *dist. in summa*: *Tibi ò sacerdos vivere de altari permititur, non luxuriari.*

Dicit etiam Archidiac. *in cap. statum,* §. *assessorem, de rescript. lib.* 6. hæreticum esse, de jure canonico dicere, quòd clerici liberè faciant fructus suos; & si alicubi reperiatur, quòd dicantur domini fructuum, intelligi debet, quoad fidelem dispensationem fiendam, prout superiùs est dictum, allegat quod habetur *in cap. omnino,* 31. *dist.* & *cap. studeat,* 50 *dist.* & 44. *dist. in princ.* versic. *sacerdos,* cum ibi notatis, & 10. *quæst.* 2. *cap. Episcopus,* & 12. *quæst.* 3. *cap. Episcopus*; & secundum hoc Episcopi qui largè excedunt, faciendo majorias in consanguineos de fructibus prælaturæ, & faciendo consanguineos divites, malè faciunt & teneri videntur ad restitutionem: unde Glos. *in cap. pervenit,* 1. *quæst.* 3. dixit, quòd Episcopi sunt cæci circa nepotes; & dicit Bald. *in L. in tantum, ff. de rerum divis.* quòd Prælati ex parvo ædificio faciunt arces nepotibus suis: & istam partem tenet etiam Abb. *in cap. fin. ad finem, de pecul. cleric.* & latissimè *in repetit. cap. cum esses, de testam. column.* 9. & 10. ubi tenet illam opinionem, quòd clerici non faciunt fructus beneficiorum suos, ut de illis possent liberè disponere, sed quòd sunt usuarii, quæ fuit opinio multarum glossarum, quas & ipse ibi refert: & ibi latè impugnat opinionem contrariam Glos. *in cap. præsenti, de offic. ord. lib.* 6. & quòd nulla sit differentia inter beneficiatum habentem administrationem, vel non habentem: & dato, quòd opinio Glos. *in dicto cap. præsenti,* foret vera in Episcopo (de quo est quæstio, cum habeat administrationem, ut *in cap.* 2. *de donat.* Glos. *in cap. tuæ, in* verbo, *ut ipsos, de clericis non residentibus,* & ibi Innoc.) etiam secundum opinionem dictæ glossæ, decissum est, quòd non posset immoderatè donare in vita; & quòd æquiparatur usufructuario in vita, ut possit disponere de fructibus, dummodò moderatè id faciat, per id quod habetur *in cap. cæterum,* & *in cap. fraternitatem, de donation.* & in morte æquiparatur usuario, quia non potest testari de fructibus, licèt per viam eleemosynæ possit aliquid elargiri de eis, ut *in cap. ad hæc,* & *cap. relatum,* el 2. *de testam.* & ista fuit opinio Hostiens. *in cap. fin. de peculio clericorum,* distinguentis inter clericum habentem administrationem, vel non habentem, quam Doctores dicunt communiter servari de consuetudine & in Prælato habente administrationem; tenet etiam Joan. de Imol. *ibi col. fin.* Dominicus etiam *in dicto cap. præsenti,* ubi declarat, qui dicantur habere administrationem, & qui non.

Sed contrariam opinionem, imò quòd clerici beneficiati, sive habeant administrationem, sive non, sint domini fructuum beneficiorum suorum, & in vita possint de eis disponere, tenet Gloss. *in dicto cap. duo sunt,* 12. *quæst.* 1. Cardinalis Florentinus *in dict. cap. fin. de peculio clericorum,* qui latiùs in hoc loquitur, vult enim, quòd efficiantur domini illorum, ita quòd possint alteri eos donare, & etiam in magna quantitate; & quòd si fecerint, non revocetur posteà donatio: benè tamen fatetur, quòd si malè de fructibus dispensent, poterint puniri, ut *in cap. Episcopus ecclesiasticarum,* 12. *quæst.* 1. ita quòd quandoque possunt ab Ecclesia removeri, *cap.* 2. *de peculio clericorum.* Joan. de Imola & *in dict. cap. fin. de peculio clericorum,* licèt fateatur de jure veriorem opinionem Innoc. *in dicto cap. indecorum,* & sic primam opinionem, de qua *supra,* innixus tamen consuetudini tenet, quòd clerici simpliciter beneficiati faciant fructus suos, &

quando viniessen a sus casas los que ouiessen mengua, cerrassen sus puertas, e non los quisiessen recebir; mas deuenlos acoger, e fazer el bien que pudieren. Ca si los

& possint donare eos, & sic tenet opinionem Hostiens. & Glos. *in dicto cap. præsenti.* Præpos. etiam Alexandr. latè discutit istam quæstionem *in summa*, 44. *dist.* ubi distinguens tempora & varios status, quos habuit Ecclesia, à quarto tempore in quo nunc est, in quo refrigerata charitate fidelium, qui ita de facili propriis non renuntiabant, neque clericatum appetebant, pauperes esse non volentes; unde constitutum fuit per Pontifices, quòd variæ essent administrationes & tituli in Ecclesia Dei, & aliqui essent regulares, aliqui clerici sæculares habentes beneficia; exinde usus majorum cum approbatione Pontificum creavit beneficia ecclesiastica diversi generis, dignitates diversas, rectorias Ecclesiarum parochialium, personatus, Canonicatus, & præbendas, & beneficia, de quibus habetur *in cap. de multa*, & *per totum titulum*, *de præbend.* & 22. *dist. per totum*, & *in cap.* 1. *de consuetud. lib.* 6. & istis, sicut datus fuit proprius titulus administrationis, ita & datus fuit quidam modus capiendi fructus, & quoddam jus: ita quòd ex toto non sint domini rerum Ecclesiæ, neque simplices usuarii, sed aliquid plus habeant; neque ex toto usufructuarii, quia non habent liberam facultatem, sicut usufructuarii meri, sed sunt usufructuarii calificati, id est, ita quòd admonentur, ut ex iis fructibus capiant necessaria pro se & suis, ut *in dicta summa*, & *in cap. omnino*, 31. *dist.* & *cap. studeat*, 50. *dist.* & *ista L. Partitarum*, & quod superest, dent pauperibus: & sic dicit, quòd isto quarto tempore, laxatæ magis fuerunt habenæ, non tamen ex toto recessum fuit à primitivis fundamentis charitatis, ut de bonis Ecclesiæ clerici non teneantur honestè vivere, & illis benè uti, illaque benè dispensare in usus Ecclesiæ & pauperum, & in usus suos; non tamen ita strictè, quin faciant fructus suos, & si in malos usus expenderint, peccant mortaliter, non tamen tenebuntur ad restitutionem fructuum malè consumptorum; & ideò secundum eum textus *in dicto cap. Episcopus ecclesiasticarum*, 12. *quæst.* 1. benè mandat eos puniri, qui de fructibus Ecclesiæ ditant domesticos, non tamen eos arctat ad restitutionem fructuum: & ideò etiam textus *in cap.* 1. 12. *quæst.* 3. dicit tamquam invasorem teneri Prælatum talem, & ideò utitur nota impropriietatis, quasi non sit verus invasor, ex quo titulum habet: & tandem Præpos. respondet ad jura in contrarium adducta, quòd vel loquantur de tempore primitivæ Ecclesiæ, vel de Ecclesiis regularibus, vel quod sit illud consilii, non præcepti; & cum ista sint juris positivi, dicit non esse dubium, quin per Canones succedentes possint mutari & relaxari, & etiam per consuetudinem quam Papa scit & tolerat, alterari & modificari: & quòd consuetudo in istis valeat, dicit esse communem conclusionem *in dicto cap. præsenti.* Imol. & Cardinalis *in dicto cap. fin. de peculio clericorum.*

Concludit ergo Præpos. esse distinguendum, quòd aut loquimur de clericis sæcularibus habentibus administrationes, quæ non sunt propriè beneficia, veluti hospitalarii, & tunc tales non faciunt fructus suos, ut *in Clement. quia contigit*, *de relig. dom.* quia fructus specialiter sunt ad hospitalitatem deputati, & ideò si eis abutuntur, tenebuntur ad restitutionem, secundum Sanctum Thomam, *quodlibeto* 6. *art.* 2. Cardinal. à Turrecremata *in summa*, 44. *dist.* Imol. *in dicto cap. fin. de peculio clericorum.* Aut loquimur de Episcopis, & tunc cum de redditibus Ecclesiarum debeant fieri quatuor partes (prout dictum est superiùs) si parte pauperum abutuntur, peccant mortaliter & tenentur ad restitutionem, quia aliena rapiunt; & isto modo possunt intelligi multa, quæ fuerunt allegata pro prima parte: in aliis vero redditibus mensæ Episcopalis, quando Episcopus habet mensam distinctam, & certos redditus distinctos pro dignitate sua, tunc idem dicendum in Episcopo, quod in aliis Prælatis sæcularibus; quia in talibus fructibus habet Episcopus, secundum eum, liberam administrationem, sicut & alii clerici de suis beneficiis. Aut loquimur de aliis Prælatis, & clericis sæcularibus, & tunc, cum post quartum tempus, *de quo supra*, habeant dignitates, & præbendas & beneficia sua distincta, faciunt fructus suos, ut dictum est, & si abutuntur istis bonis, quæ sibi supersunt ultra usum suum, peccant mortaliter, sed tamen non tenebuntur ad restitutionem, allegat Sanct. Thom. *in dicto quodlibeto* 6. *artic.* 2. & Cardinal. de Turrecremata *in dicta summa*, 44. *dist.* & est ratio secundum eum, quia non aliena rapiunt, sed suis abutuntur. Et si dicatur, quòd debeant convertere in usus pauperum, quæ supersunt, dicit, quòd fatetur, quòd per officium judicis ad hoc cogi possunt; non tamen ex hoc dicit se reperire, quòd pauperes sint domini illorum fructuum, neque quòd eis competat actio ad illos, sed solum competit officium judicis, juxta Glos. *cap. sicut*, 47. *distinct.* & officium judicis nullam præsupponit obligationem, *L. qui per collusionem*, *ff. de action. empti*, quod officium cessat fructibus jam consumptis; tandem dicit, hoc dubium consuetudine sic interpretari. Fatetur etiam, quòd si per talem abusum fructuum Ecclesia passa esset detrimentum, tunc clericus tenetur restituere omne damnum Ecclesiæ: neque consuetudo aliqua valeret, ubi tractaretur de damno Ecclesiæ, vel etiam de diminutione cultus divini, puta, quia clericus ita dilapidaret fructus beneficii, quod non superesset sibi ad faciendum deservire Ecclesiæ & ad satisfaciendum, prout sæpenumero accidit; nam tunc talis consuetudo non excusaret clericum, & teneretur de patrimonio facere, quod Ecclesia haberet debitum, allegat text. & Abb. *in cap. penult. de clericis non residen.* & isto modo dicit posse salvari opinionem illorum, qui dixerunt, quòd teneretur ad restitutionem; neque dispensatio, aut tolerantia Papæ hoc casu excusaret, secundum eum. Et in istam sententiam inclinat etiam Sanct. Thom. 2. 2. *quæst.* 185. *artic.* 7. & Cajetan. *ibidem*; Adrianus *in* 4. *sententiar. cap. incipienti*, pro clariori, 4. *conclusion.* Joannes Arboreus *in Theosophia*, *part.* 1. *cap.* 25. Sylvester. *in summa*, *in* verbo, *restitutio*, 3. *quæst.* 5. & *in* parte, *Clericus*, 4. *quæst.* 20. & latissime Episcopus Abulensis, *Matth. cap.* 6. *super versic. cum ergo*, ubi concludit, quòd clericus est dominus fructuum beneficii & etiam est dispensator, & unum non derogat alteri; dicitur enim dominus in quantum fructus verè efficiuntur sui, nam non est possibile illos esse suos, quin ille sit dominus. Dicitur autem dispensator, in quantum isti fructus proveniunt clerico ab Ecclesia, quæ instituit illos principaliter ad hoc, ut clericus sustentetur de illis, quia alias nemo esset, qui ministrare vellet, nisi Ecclesia sustentationem tribueret, sicut dicitur 1. Corinth. 9. *v.* 13. *qui altari servit*, *de altari vivere debet.* Et consequenter dat Deus ista bona, ut pauperes inde alantur, & Ecclesia non intendit dare clericis nisi necessaria; si autem aliqua superfuerint, vult, quòd illa expendantur in usus pauperum, ut *in cap. illi autem*, 12. *quæst.* 1. & *cap. res Ecclesiæ*, & *cap. nulli Episcoporum*, & *cap. si privatum.* Clerici ergo tenentur hoc expendere in pias causas, ad quas Ecclesia instituit, & si non expendant, peccant; & tamen quia clerici effecti sunt domini fructuum acquisitorum licitè de beneficiis suis, si in aliquos usus impenderint non solùm honestos, verum etiam si sint usus turpes, transfertur suum dominium, sicut si darent de bonis patrimonialibus; peccant tamen mortaliter, quia faciunt contra Ecclesiæ constitutionem & intentionem, sed quia dominium transfertur, non competit repetitio: videas ibi latiùs per eum, quia tantùm hìc pono suam resolutionem post S. Thom. quem allegat *quodlibeto* 197.

Vides ergo ex varietate dictarum opinionum, quanti periculi sit, in re tam dubia fructus beneficiorum prodigaliter & luxuriosè consumere: vides & communem Doctorum concordiam, mortaliter peccare clericum, sive Prælatum, sive simplicem beneficiatum ita fructus consumentem, & alienantem extra usus Ecclesiæ & pauperum: vides etiam fundamentum consuetudinis in hoc prætensum, quàm fragile sit, cum sit in præjudicium Ecclesiæ & pauperum, & potius dici corruptelam & seminarium vitiorum, quàm consuetudinem; consuetudo ita nociva Ecclesiæ & pauperibus parvi pendenda videtur, *cap.* 1. *de consuetud. cap. nihil*, *de præscript.* jura non minus favent pauperibus, quàm Ecclesiis, *L. fin. C. de sacros. Eccles.* Abb. *in dicto cap. nihil*, *col penult.* Vides etiam non solùm clericum superfluos fructus beneficii habentem cogi posse ad conferendum illos pauperibus, non solùm officio judicis, prout Præpos. voluit, *ubi supra*, verùm condictione, ex *canone*, *quoniam quidquid*, 16. *quæst.* 1. & aliis supra allegatis, & etiam lege ista, & sic jure actionis, ergo præsupponit obligationem. Item & vides negari non posse, quomodo tales superflui fructus seu reditus beneficiorum debiti sint pauperibus, si tamen res mihi debita pervenit ad te, competit ex æquitate condictio, ex *L. si me & Titium*, *ff. si certum petatur.* Unde licèt ergo pusillus inter sententias tantorum patrum, non debeam audere proferre meam, ne dicatur illud Senecæ *in Declamationibus*, &

los vnos rescibiessen, e los otros echassen, a las vezes acaesceria, que echarian a los buenos, e rescebirian los malos. E porque Abraham e Loth rescebieron comunalmente a todos los que vinieron a posar con ellos, quiso Dios, que ouiessen por huespedes a los Angeles (7). E si estos algunos desecharan, por auentura podieran yr los Angeles, que eran huespedes celestiales, con los desechados. Onde aquellos que lo pueden complir, non han de fazer departimiento entre los pobres, dando a los vnos, e non a los otros. Pero algunos ay, que por menester que han, o por su trabajo, podrian ganar de que biuiessen ellos, e otros, e non lo fazen, ante quieren andar por casas agenas, gouernandose. E a estos atales por mayor derecho tiene Santa Eglesia, de les tirar (8) el comer, que gelo dar; pues que ellos dexan de lo ganar, podiendolo fazer, e non quieren, ante tienen por mejor de lo auer por arloteria. Mas si acaesciesse que estos atales fuessen tan cuytados, que estouiessen como para morir de fambre (9), non auiendo consejo ninguno, non deuen dexar de fazerles algo, porque non se pierdan, maguer que sean malos. Ca assi como es merced de les tirar el comer, por el engaño que fazen; otrosi seria grand crueleza, de los dexar morir de fambre. E non tan solamente deuen los Perlados ser ospedadores, mas avn han de fazer limosnas (10) a los que ouieren menester, e mayormente a los que son pobres vergonçosos.

L E Y XLI.

Como deuen los Perlados predicar, e mostrar la Fe.

DEmostradores, e predicadores de la Fe de nuestro Señor Jesu Christo, deuen ser los Perlados mayores, pues que tienen logar de los Apostoles. E el enseñamiento e la predicacion dellos ha de ser en dos maneras. La vna, de palabra, e la otra de fecho: que assi cuenta la Escriptura que fizo nuestro Señor Jesu Christo; co. men-

& tradit Bald. *in tractat. schismatis*: *Quis es tu, ut de facto patrum sententiam feras?* Consulo tamen in tali dubio, quod certius est, & quod consultius animæ sit, esse tenendum. Nunc temporis dies ita mali sunt, quod non est locus dandus habenis in laxitatem, sed restringendi lascivos abusus de patrimonio crucifixi. Tu Prælate, tu clerice, vide quid feceris: tu qui à talibus abusoribus recipis, vide quomodo recipias.

(7) *A los Angeles.* Vide Genesis *cap.* 18. & 42. *dist. in summa*, & *cap. quiescamus.*

(8) *Tirar.* Utilius esurienti panis tollitur, quàm de cibo securus justitiam negligat, 5. *quæst.* 5. *cap. non omnis*: 23. *quæst.* 4. *cap. nimium*: & videas ad hoc quòd non est danda eleemosyna ei, qui suis manibus quærere potest, *cap.* 1. *cum glos.* 82. *dist.*

(9) *Para morir de fambre.* Adde *cap. pasce*, 86. *dist.* & *glos. penult. in dicto cap. quiescamus*, 42. *dist.* & *in cap. non omnis*, 5. *quæst.* 5. & isto casu, & ille qui est pauper (dum tamen non sit in extrema necessitate) tenetur dare eleemosynam ei, qui est tali necessitate, secundum Abulens. *Matth. cap.* 6. & *dicto cap. pasce.*

(10) *Limosnas.* Adde *cap. quoniam quidquid*, 16. *quæst.* 1. Et ad eleemosynam magis tenentur clerici, quàm laici; quia laicus dives habens superflua ad dandum, non tenetur quærere pauperes, sed quando occurrerent ei & petierint, si ipse judicat eos indigere, eis dare tenetur: clericus autem non solùm requisitus, debet dare eleemosynam, sed & debet ipse pauperes requirere; & tenentur clerici vigilare in loco & regione, in qua vivunt, qui sunt illi qui verè sunt pauperes, ut eis provideant de sibi superfluis, & eis qui ocurrerunt, tenentur benefacere, si eos judicaverint indigere; & hoc debent habere quasi officium, ut opera pietatis indigentibus exhibeant, secundum S. Thom. *in quodlibeto* 197. & Abulens. *Matth. cap.* 6. *v.* 2. Item, laicis licitum est habere superflua sibi & familiæ, & etiam posteris providere debent, sicut dicitur 2. *ad Corinthios*, *cap.* 12. *v.* 14. quòd patres debent thesaurizare filiis; clericus autem, cum non habeat filios, & licèt habeat, sibi non possunt succedere, omnia dicuntur superflua illi, quibus ipse non indiget ad vitam, & de illis tamquam de superfluis disponere debet. Neque arbitratur omnino bonum esse Abulens. *ubi supra*, quòd clericus reservare velit ista superflua Ecclesiæ, unde habuit, sed pauperibus occurrentibus subveniat: & dato, quod etiam Ecclesia egeat, & pauperes egeant, cæteris paribus, melius est dare pauperibus, quam Ecclesiæ. Quia homo non est propter Ecclessam, sed Ecclesia propter hominem, ut dicitur 2. *Machab.* 5. *v.* 19. No tamen est intelligendum, quòd quandocumque clericus possidet aliquid superfluum, sit in peccato mortali: neque etiam obligatur immediatè mox ut putaverit se aliquid habere superfluum, illud dare pauperibus; quia potest differre ad alia, in quibus utilius det, cum pauperes nunquam deficiant, secundum Sanctum Thom. & Abulens. *ubi supra.* Si tamen clericus aliquando habeat superflua, & sciat se illa habere, & non habet intentionem dandi ista pauperibus tunc, neque posteà, sed possidendi ut dives sit, etiamsi non intendat aliquod malum facere cum divitiis, neque dispensare eas inhonestè, videtur peccare mortaliter, ut probat Abulens. *ibid.* Poterit etiam Prælatus, seu Clericus eleemosynam & donationem facere cognatis suis, etiam de fructibus beneficii, non ut eos ditet, sed ut competenter subveniat, ut probatur *in cap. est probanda*, 86. *dist.* & si illi sunt pauperes, laudabilius est dare eis, quàm cæteris; non tamen potest eis licitè dare quantumcumque voluerit, sed solùm ad sublevandum eorum inopiam, ut habeant aliqualem sustentationem, non ad ditandum eos: & si dat cognatis suis de bonis Ecclesiæ ultra sustentationem necessariam, & condecentem eis secundum conditionem status antiqui, malè administrat, quia dat sine necessitate, & ideò peccat; non enim potest dare clericus cognatis, nisi ut pauperibus, *cap. quisquis*, 12. *quæst.* 2. & *dict. cap. est probanda.* Poterit ergo Episcopus donare cognatis de fructibus Prælaturæ ad sustentationem moderatam, ne cogantur mendicare; & judicabitur donatio moderata, non secundum statum clerici, quia fortè est Episcopus, sed secundum naturam status pristini cognatorum suorum, cum eleemosyna respiciat indigentiam, non sublevationem status. Poterit etiam maritare, & dotare cognatas ad matrimonia contrahenda moderatè, non ut cognatis Episcopi, sed ut pauperibus ad vivendum honestè: & non est inconveniens, quòd aliquid plus det talibus cognatis ad matrimonium, quàm daret tali casu extraneis, dum tamen non sit talis excessus notabilis; quoniam magis ac rectiùs tenetur quis regulariter benefacere cognatis suis in paupertate constitutis, quàm aliis: & ideò de talibus bonis ab Ecclesia acquisitis abundantiorem eleemosynam dare potest cognatis suis, quàm aliis; caveat tamen valde, ne affectio suadeat judicare, quòd paucum dat, cum multum dederit; quia causa dandi eleemosynam, non debet esse gratia, id est, affectio, sed natura, id est, inopia ad sustentationem naturæ, ut *in dicto cap. est probanda*, & tradit Abulens. *ubi supra*, quem si velis, poteris videre latius in istis loquentem.

L E X XLI.

Decet Prælatum esse Doctorem, seu docentem verbo & exemplo, castiget subditos benignè, discretè & cum Dei amore, non odii zelo. Vera namque justitia compassionem habet, falsa verò dedignationem. Hoc dicit.

menço primeramente fazer, e despues a enseñar. E acuerda con esto lo que dixo Sant Jeronimo (1): que con el ladrido de los canes, e con el palo del Pastor, se deuen espantar los lobos. E por el ladrido, se entiende la predicacion que mete miedo por palabra, e por el palo, el castigo que se faze por obra de bien, que fazen en si mismos, e muestran a los otros que lo fagan. Pero el castigar de fecho, ha menester que se faga mesuradamente, e con grand cordura, e con amor, e non con malquerencia; de guisa, que entiendan los omes, que mas lo fazen por amor de Dios, e por castigarlos, que vengan al bien, que non por fazerles mal: e non deuen aborrescer los omes por los yerros que fazen, para fazerles daño por ello, mas por sacarlos dende, quanto mas pudieren. Ca la verdadera justicia (2) con duelo se deue fazer, e con derecha razon; assi como la mintrosa se faze crudamente, e sin derecho.

LEY XLII.

Que cosas deue auer el Perlado en si, para predicar bien la Fe, e mostrarla.

SErmonar deue el Perlado a los de su Obispado, tambien a los Clerigos, como a los legos. E esta es la segunda manera de enseñamiento, que dize en la ley ante desta, que les deuen fazer por palabra. E la predicacion ha de ser de vna destas cosas: o de les mostrar, como sepan (1) la creencia de la Fe, e como la entiendan, e como se guarden de pecar, despues que la entendieren: o como fagan penitencia de sus pecados, desque los ouieren fecho. E para fazerlo bien, ha menester que aya en si tres cosas, el que fiziere la predicacion. La primera, caridad, que quiere tanto dezir, como amor de Dios, mas que de otra cosa, e de si e de su Christiano. La segunda, que sea de buena vida. La tercera, que predique bien. E destas tres razones fablaron los Santos, e mostraron porque deuia assi ser. Ca de la primera dixo Sant Pablo (2): Si el Predicador dixere tambien su razon, que semejasse, a los que la oyessen, que fablaua por boca de Angel, e non ouiesse en si caridad, non le ternia pro. E de la segunda dixo Sant Gregorio (3): que si el Predicador faze mala vida, porque aya de ser despreciado, que por fuerça aura de ser la predicacion despreciada por ello; ca el que predica bien, e faze mala vida, muestra carrera a Dios, porque le deue dañar; e otrosi da enxemplo a los que lo oyeren, para pecar. E el Predicador que tal es, ponenlo en semejança de la ceniza (4) que cuela la lexia, e laua las otras cosas, e ella finca suzia en si. E ponenlo otrosi semejança de la canal de piedra (5), por do passan las aguas claras e limpias, con que riegan las tierras, e fazen a las vegadas mucho prouecho, mas non fazen pro a la piedra, nin la amollescen, mas ante finca aspera e dura, como ante era. E semeja otrosi a la candela (6), que arde, e quema a si misma, e alumbra a los otros, e ella non rescibe pro de su lumbre. E destos dixo el Apostol Sant Pedro (7), que eran tales como fuentes sin agua, e como las nieblas que bueluen los vientos, e que eran guardados para las tinieblas del infierno. Otrosi dixo Sant Gregorio (8), que los Perlados que fazen mala vida, que tantas penas merescen, quantos enxemplos malos dieren a sus menores.

LEY XLIII.

Que cosas ha de catar el Perlado, para predicar como deue.

PRedicacion para ser bien fecha, ha menester que el que la fiziere, que cate estas quatro cosas: Tiempo, e logar, e a quien, e como. E el tiempo deue catar, que non sermone cotidianamente, mas en sazones contadas e guisadas. Ca si siempre llo-

(1) *Dixo Sant Hieronymo.* Vide 43. *dist. in summa.*
(2) *La verdadera justicia.* Adde *cap. vera*, 45. *dist. cum cap. sequenti*, & 86. *dist. cap.* 2.

L E X XLII.

In tribus debet prædicator populum instruere, in fidei scilicet firmitate, non peccandi providentia, pœnitentiæ agilitate; in se verò tria debet habere, charitatem erga Deum & proximum, bonitatem in vita, affabilitatem in verbis. Hoc dicit.

(1) *Como sepan.* Episcopus debet docere populum sanctam Scripturam, non Grammaticam, vel Philosophiam, *cap. cum multa*, 86. *dist. cap. ignorantia*, 38. *dist.*
(2) *Dixo Sant Pablo.* 1. ad Corinth. *cap.* 13. *v.* 1. & inflammare auditores suos nequeunt verba, quæ frigido corde proferuntur, neque etiim res, quæ in se ipsa non arserit, alium accendit, Gregor. 8. *Moral. cap.* 30.
(3) *Dixo Sant Gregorio.* Vide 3. *quæst.* 7. §. *idem testatur*, *in fine.*

(4) *De la ceniza.* Vide 83. *dist. in* §. *fin.* & est dictum Hieronymi.
(5) *Canal de piedra.* Vide 1. *quæst.* 1. *cap. si justus fuerit*, est dictum Augustini.
(6) *A la candela.* Vide 15. *quæst. ultim. cap. fin.*
(7) *Sant Pedro.* 2. Petri, *cap.* 2.
(8) *Dixo Sant Gregorio.* Vide 11. *quæst.* 3. *cap. præcipuè*: in prædicatione magis est attendenda vita, quàm scientia, vide Abb. *in cap. offic. de elect.* & prædicator qui non operatur, loqui non audet, Gregor. 11. *Moralium*, *cap.* 9. & vide etiam Bernard. *in sermonibus*, *fol.* 35. *columm.* 1. & loquendi auctoritatem perdit, quando vox opere non juvatur, Gregor. 19. *Moral. cap.* 3. & notabiliter *lib.* 21. *cap.* 8.

L E X XLIII.

Prælatus cum prædicat, quatuor attendat, tempus, locum, quibus, & qualiter. Tempus, ut temporibus oportunis, non quotidie. Locum, ut sit in Ecclesia, vel alio loco honesto, publicè omnibus, & non per domos privatim. Hoc dicit.

llouiesse (1), non lleuaria la tierra fruto, esso mismo seria de la predicacion; que si siempre predicassen, rescibirian los omes enojo della, e non les entraria tanto en la voluntad para fazer bien. Otrosi deuen catar el logar donde ha de predicar; ca la predicacion deuela fazer en la Eglesia, o en otro logar honesto (2), e a todos, e non apartadamente por las casas, porque non nazca ende sospecha de heregia contra aquellos que los oyessen, ni contra los que predicassen. E por esso mando Moysen en la vieja Ley (3), que quando el Sacerdote entrasse en el Templo, que touiesse enderredor de su vestidura muchas campanillas que sonassen, porque lo oyesse el pueblo; ca aquello tanto quiere mostrar, como que paladinamente deue fazer su predicacion. E por esta razon dixo el Rey Salomon (4): Esparze tus aguas en las plaças (5). E con esto acuerda lo que dize (6) nuestro Señor Jesu Christo a los Judios, quando le preguntaron si era Christo, e les respondio el: Yo paladinamente fable al mundo, e non dixe nada en poridad. E avn dixo en otro logar (7) a los Apostoles: Lo que oystes en poridad, predicarlo edes sobre los tejados. Pero non defiende Santa Eglesia, que algunos non puedan dezir buenas palabras, e buenos castigos en poridad (8), e en otros logares; mas non lo deuen dezir en manera de predicacion.

L E Y XLIIII.

Como los Perlados deuen catar, que omes son aquellos a quien predican, e la manera de las palabras que les dizen.

(3) *Non vale el casamiento.* Adde *dict. cap. quia sunt*, 28. *dist.* & *cap. seriatim.* 32. *dist.* ubi Glos. cujus opinio approbatur hìc; dicit tamen Hostiens. *in summa, tit. de convers. conjug.* post Joan. quòd hoc intelligas quando mulier certificata fuit, quòd sibi perpetuò præjudicabat, aliàs si simplex & juris ignara non intendebat se perpetuò obligare, teneret matrimonium ab ea contractum viro mortuo, argum. *cap. veniens, eod. tit.* & *cap. veniens qui Clerici vel vovent.* & quòd sic intelligatur *cap. sunt qui*, & *cap. scripsit*, & *cap. Agathosa*, 28. *quæst.* 1. & 33. *quæst.* 5. *cap. qui uxorem*, super quo tu cogita, quia Glossa *in dict. cap. seriatim*, in uxore promoti videtur hanc distinctionem reprobare, & quòd indistinctè matrimonium non teneat.

(4) *Que ha en si la orden.* Quia votum simpliciter emissum solemnizatum fuit in ordinatione viri, quia conjuges communicant sibi actiones, 30 *quæst.* 4. *cap. si quis.*

(5) *De Oriente.* Adde *cap. aliter*, & ibi Glos. 31. *dist.* & Glos. *cap. quoniam*, *ead. dist.*

las Ordenes Sagradas que reciben los Clerigos de Occidente, que estoruan a sus mugeres en los casamientos; pero si quando ellas saben que sus maridos se quieren ordenar, lo contradizen, o ellos se ordenan sin su voluntad (6), o sin su sabiduria, en qualquier destas maneras, non les tiene daño a ellas; ca bien los pueden demandar que moren en vno, compliendo, e faziendo aquellas cosas, que marido deue fazer con muger; mas ellos non pueden esto demandar a ellas, porque son tenudos de guardar castidad, por la Orden que rescibieron. Otrosi quando algun Clerigo ouiesse rescebido Orden Sagrada, e su muger lo demandasse, e el pusiesse defension ante si, quella fiziera adulterio (7), si gelo prouare, non es tenudo de dexar la Orden, e biuir con ella.

LEY XLI.

De los Clerigos que casan a bendiciones auiendo Ordenes Sagradas, que pena deuen auer ellos, e aquellas con quien casan.

CAsandose algun Clerigo que ouiesse Orden Sagrada (1), non deue fincar sin pena; ca deuenlo de vedar de oficio, e toller el Beneficio (2) que ouiere de la Eglesia, por sentencia de excomulgamiento, fasta que la dexe, e faga penitencia (3) de aquel yerro. E la muger si fuere vassalla de la Eglesia (4), e sopiere que es Clerigo aquel con quien casa, deuela meter el Obispo en seruidumbre de la Eglesia; e si el por si (5) non lo pudiere fazer, deuelo dezir al Rey (6), o al Señor de aquella tierra, que lo ayude a fazerlo. E si fuer sierua, deuela vender, e el precio della deue ser metido en pro de la Eglesia, donde es el Clerigo que lo fizo. E los fijos que nascieren destas mugeres, deuen ser metidos en seruidumbre de la Eglesia, e non deuen heredar (7) de los bienes de sus padres. Otrosi manda Santa Eglesia, quel Clerigo que rescibiere Ordenes Sagradas, con otorgamiento de su muger de bendicion, e prometiendo ella de guardar castidad, segund dize en la ley ante desta, que si despues tornare a ella, que deue perder el Beneficio que ouiere, e ser vedado, que non vse de la Orden (8) que auia.

LEY

(6) *Sin su voluntad.* Vide per Glos. *in cap. quia sunt*, 28. *dist.* & textum *in cap. notificasti*, 33. *quæst.* 5.

(7) *Adulterio.* Adde textum cum glossa *in cap. constitutus, de convers. conjug.*

LEX XLI.

Clericus in sacris constitutus matrimonium contrahens, privari debet beneficio & suspendi ab officio; pœnitentia tamen peracta, poterit Episcopus cum eo dispensare in officio & beneficio: mulier verò cum qua contraxit, servituti Ecclesiæ debet subjici; & si fuerit Ecclesiæ vasalla, poterit id fieri per Episcopum, invocato si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio; & si fuerit Ecclesiæ ancilla, vendi debet, & pretium in utilitatem Ecclesiæ converti; & filii ex tali matrimonio nati servituti Ecclesiæ subjiciuntur, & patribus non succedunt. Item Clericus, qui de uxoris licentia ad sacros fuit promotus, ipsa continentiam promittente, si posteà cum ea commisceatur, privari debet beneficio & suspendi ab officio, & semotus ab uxore per Episcopum, jurabit ad eam non redire, neque cum ea sub uno tecto esse, unde posset oriri suspicio. Item Clericus adulterium commitens cum uxore alterius, perpetuò exulet ab Episcopatu, vel in monasterio detrudatur ad agendum pœnitentiam. Hoc dicit, cum lege sequenti.

(1) *Orden Sagrada.* Adde *cap. erubescant*, & *cap. si quis eorum*, 32. *dist.* & *cap.* 1. & *cap. sanè, de Cleric. conjug.*

(2) *El beneficio.* Clericus in sacris contrahens matrimonium de facto, non est privatus ipso jure beneficiis, sed est privandus per sententiam, & ita voluit Glos. *in cap.* 1. *de Cleric. conjug.* ubi idem tenent Anton. & Joan. de Imol. licèt Abb. ibi velit, quòd ipso jure privetur, & vide Decium *consil.* 166. Si tamen sit Clericus in minoribus, ipso facto contrahens matrimonium perdit beneficium, ut *in dict. cap.* 1. etiamsi matrimonium ex aliquo impedimento extrinseco sit nullum, ut quia contraxit cum consanguinea, secundum Card. & Abb. *in dicto cap.* 1. & Henri. in *cap. diversis fallaciis, de Cleric. conjug.* Joan. Andr. Card. & Imol. *in cap. Joannes, eodem tit.* & est communis opinio, licèt Decius *de consil.* 166. hoc intelligit, quando ignoranter contraxisset, secùs si scienter, quia tunc dicit, quòd non privaretur ipso jure, cujus rationes non concludunt; non enim ex eo, quod scienter contraxit, videtur defuisse consensus contrahendi; item non debet esse melioris conditionis plus delinquens, quàm minus delinquens. Pensiones, etiam quas Clericus in minoribus, vel laicus habebat in aliquo beneficio vel dignitate, licèt de rigore juris (ex quo non sunt assignatæ in titulum beneficii aliquo onere spirituali adjecto) non dicantur beneficia, neque ex contractu matrimonii vacant, ut tradit Lud. Gom. *in regula Cancellariæ, de triennali possessore, quæst.* 21. tamen ex communi usu Romanæ Curiæ (qui obtinuit) pensiones vacant per contractum matrimonii, etiamsi simpliciter nullo adjecto onere spirituali fuerunt constitutæ, nisi concessæ fuerint à Summo Pontifice alicui laico pro re utiliter gerenda in defensione Ecclesiæ, vel jam gesta, vel quando ex voluntate Summi Pontificis colligeretur velle tales pensiones per contractum matrimonii non extingui, secundum Joannem Baptistam *in tractatu, de pensionibus, quæst.* 30.

(3) *Penitencia.* Qua peracta poterit Episcopus cum eo dispensare in officio & beneficio, ut *in cap. Presbyterum*, 28. *dist. cap. sanè* el 2. *de Cleric. conjug.* Joannes Andr. *in cap. Joannes, col. fin. illo tit.* & *hìc*, & procedit, quando ex tali contractu matrimonii non incurreret bigamiam, nam si incurreret, solus Papa posset dispensare, secundum Joan. Andr. *ubi suprà.*

(4) *Si fuere vassalla de la Eglesia.* Istud verbum non ponitur *in L.* 3. *tit.* 20. 4. *Partit.* ubi hoc tractatur, neque etiam *in cap. eos*, 32. *dist.* & *cap. quidam*, 81. *dist.* & *cap. cum multæ*, 15. *quæst. fin.* (unde ista lex & dicta lex 3. sumptæ sunt) tale verbum habetur; non tamen intelligas, quòd illud requiratur, ut possit subjici servituti Ecclesiæ, sed quòd hoc dicit eo, quòd quando sit vassalla Ecclesiæ, ipsa Ecclesia habebit jurisdictionem, ut per se id faciat; si verò non sit vassalla, recurrendum erit ad judicem sæcularem, & fortè ideò positum fuit istud verbum, ut tollatur dubietas, de qua per Glos. *in dicto cap. eos.*

(5) *Si el por si.* Ut quia non est vassalla Ecclesiæ.

(6) *Dezir al Rey.* Sumptum est ex glossa *in dicto cap. eos*, 32. *dist.*

(7) *Heredar.* Vide quæ dixi *in dicta L.* 3.

(8) *Quæ non vse de la orden.* Adde *cap. ministri*, 81. *dist.* & si filius nascatur ex tali coitu, non erit legitimus, ut Glos. dicit ibi, & tenet Hostiens. *tit. de filiis Presbit. in summa*, §. *quis possit*, versic. *quid si sacerdos.*

LEY XLII.

De la jura que deuen fazer los Clerigos, e los otros omes, quando se parten de las mugeres.

DEpartiendo el Obispo a los Clerigos, que dize en la ley ante desta, de las mugeres que tomaron a bendicion, porque se ayuntaron a ellas contra defendimiento de Santa Eglesia, deueles fazer jurar (1), que de alli adelante non se ayunten con ellas, nin coman, nin beuan, nin esten so vn tejado; fueras ende, en la Eglesia, o en otro logar publico, donde non puedan auer sospecha mala contra ellos. E avn alli que non fable con ella apartadamente, si non fuere ante omes buenos, e mugeres buenas. E estonce por alguna cosa conuenible, e buena, por que lo aya de fazer. E si algun Clerigo fiziesse adulterio (2) con muger que ouiesse marido, deuelo echar su Obispo del Obispado para siempre, o fazerlo encerrar en algun Monesterio, a do faga penitencia por toda su vida, e esto es, porque el pecado es muy grande, e disfamado.

LEY XLIII.

Que los Clerigos non deuen tener barraganas, e que pena merescen si lo fizieren.

CAstamente son tenudos los Clerigos biuir todauia, mayormente desque ouieren Ordenes Sagradas. E para esto guardar mejor, non deuen otras mugeres morar con ellos, si non aquellas que son nombradas en la ley ante desta: e si les fallaren que otras tienen, de que pueden auer sospecha, que fazen yerro de luxuria con ellas, deuelos su Perlado vedar de oficio e de Beneficio (1), si el pecado fuer por juyzio conoscido, que den contra alguno dellos sobre tal razon; o porque lo el conosciesse en pleyto; o si el yerro fuesse tan conoscido, que se non pudiesse encobrir, como si la touiesse manifiestamente en su casa, e ouiesse algun fijo della (2): e del Clerigo que en tal pecado biuiere, non deuen sus parrochianos oyr las Horas (3) del, nin rescebir los Sacramentos de Santa Eglesia del. Pero aquel que fallaren que la tiene conoscidamente, assi *LL. 1. y 2. tit. 19. lib. 8. Rec.*

LEX XLII.

Summata est cum lege præcedenti.

(1) *Jurar.* Concordat cum *cap. 2. qui Cleric. vel vov.*

(2) *Adulterio.* Ponit hæc lex pœnam Clerici adulterium committentis; de jure verò canonico Clericus adulter depositus ab officio, in monasterium toto tempore vitæ suæ detruditur *in cap. si quis clericus*, 81. *dist.* Glos. 1. *in cap. lator*, 2. *quæst.* 7. & ibi Archid. Hostiens. *in summa tituli, de adult.* §. *quæ pœna sit imponenda*, Joan. de Anan. *in cap. significavit, de adult.* Abb. & alii moderni *in cap. ut Clericorum, de vita & honest. Cleric.* ubi & Joan. Andr. & Joan. de Imol. & est communis opinio ut & tradit Episcopus Calagurrit. *in sua practica crimin. canonica, cap.* 79. *in* verbo *adulterii*, ubi refert Paulum Grilland. *in tractatu, de pœnis omnifariam coitus*, nitentem sustinere contrarium, videlicet, quòd hodie Clericus propter simplex adulterium non debet deponi, & respondet ad fundamenta contraria; & quòd tandem *column.* 3. dicit tutius esse in consulendo & judicando, tenere aliam opinionem, quæ est communis: tu adverte, quòd Hostiens. *in summa, de cohab. cleric. & mulier.* §. *& qualiter imponatur, ad finem*, cum allegaverit *dict. cap. si quis clericus*, & *cap. Romanus*, 81. *dist.* subdit ad finem ista verba: Puto quòd ex causa judex potest servare rigorem, & ex causa remittere & dispensare, & hoc nisi in modum accusationis convinceretur, tunc enim standum est dicto rigori; & quòd de mente Hostiens. sit hoc asserere, necdum in crimine simplicis fornicationis, verum etiam adulterii, colligitur ex ejus remissione, quam facit *in summa tit. de adult.* §. *quæ pœna*, ad ea, quæ dixit *in summa, de cohab. cleric. & mulier.* & quia allegat dicta jura, quæ loquuntur in crimine adulterii: & fortè lex ista Partitarum ad ista dicta Host. habuit respectum, cum ponit pœnam exilii perpetui à tota diœcesi, vel detrusionis in monasterium arbitrio Episcopi ex causis & circunstantiis occurrentibus; sed non est diffitendum communem opinionem esse, quòd imponatur pœna depositionis.

LEX XLIII.

Non debet Clericus cum muliere suspecta cohabitare, aliàs debet officio & beneficio suspendi, & post monitionem debitam, de qua hìc, beneficio privari; & si per ejus confessionem, vel rei evidentiam concubinatus probetur, non debent parochiani ab eo sacramenta recipere, nec Horas audire. Item talis mulier Clerici concubina detrudi debet in monasterio ad pœnitentiam. Hoc dicit.

(1) *De oficio e de Beneficio.* In hoc jura canonica variè loquuntur, quandoque opponendo pœnam acerbam, quandoque mitem: unde dicit Abb. *in cap. at si clerici, in princ. col.* 4. *de judic.* quòd pœna Clerici concubinarii relinquitur arbitrio judicis sui superioris, ut consideratis circunstantiis, & scandalo inde surgente & consuetudine patriæ, apponat pœnam quandoque depositionis, quandoque suspensionis, quandoque privationis à beneficiis, quandoque prius moneat, quandoque sine monitione privet, ex quo constat ex delicto; sibi enim videtur data optio, ex quo varias pœnas & modos procedendi à jure reperimus traditos; ita tamen, quòd in isto delicto judex semper declinet ad mitiorem partem, quia pauci, ut dicit Gregor. sine vitio incontinentiæ reperiuntur, 50. *dist. cap. quia sanctitas tua*; & sic dicit intelligenda dicta Gofredi *in summa, de cohab. cleric. & mulier.* quòd priùs pro simplici fornicatione Clericus debet suspendi, & posteà data inobedientia deponi; & istud dictum Gofredi videtur sequi lex ista Partitarum, cum dicit, imponendam pœnam suspensionis ab officio & beneficio: tene opinionem Abb. quæ probatur in juribus per eum allegatis, ut dicit Decius ibi.

(2) *Algun fijo della.* Quando Clericus publicè tenet concubinam & nutrit filios, abstinendum est ab eo; quia non licet ab eo audire divina, etiam sine aliqua monitione superioris, quia talis suspensus est ab officio & beneficio; ita quòd si celebrat incurrit irregularitatem, ut concludit Abb. *in cap. vestra*, 2. 3. & 4. *quæst. de cohab. cleric. & mulier.* quam opinionem dicit veriorem Sylvest. *in summa, in* parte *concubinarius, vers.* 4. licet multi Doctores volunt, quòd requiratur monitio, aliter non sit ipso facto suspensus, sed primum probatur *in cap. præter*, 32. *dist.* ut inducit Abb. *in dicto cap. vestra*, & idem videtur dicendum, si est notorius fornicator seu concubinarius per sententiam vel confessionem spontè factam, si perseverat in crimine tenendo concubinam, ut est de mente Abb. ibi, à fortiori quam quando solùm est notorietas facti: de his poteris videre latiùs Calagurritanum Episcopum *in sua practica crimin. in* verbo *concubinarii, cap.* 73. *pag.* 2. ubi allegat quoddam Decretum concilii Basiliensis contra Clericos publicos concubinarios, vide ibi.

(3) *Oyr las Horas.* Vide *in dicto cap. vestra, de cohab. cleric. & mulier.*

assi como dicho es, deuele amonestar su Perlado, que se parta della, ante que le tuelga el Beneficio (4), e si por esto non se quiere partir della, nin emendar, deuengelo toller fasta vn cierto tiempo; e si en aquesse tiempo non se quisiere partir della, deuengelo toller para siempre: e la muger que desta manera biuiere con el Clerigo, deue ser encerrada (5) en un Monesterio, que faga y penitencia por toda su vida.

L E Y XLIIII.

Que deuen fazer los Perlados contra los Clerigos, que sospechan, que tienen barraganas escondidamente.

LL. 1. 2. y 3. tit. 19. lib. 8. Recop.

ENfamado seyendo algun Clerigo, que tiene barragana encubiertamente, maguer que non le acusasse ninguno dello, a tal como este, desque su Obispo lo supiere, deue mandar, que se salue (1), que non es en aquella culpa que sospechan del. E esta salua ha de fazer, segund que su Perlado fallare por derecho. E si non quisiere saluarse, o non pudiere, deuele toller el Beneficio, e vedarle que non diga Horas en la Eglesia. Pero este atal (2) non deuen sus perrochanos dexar de oyr las Horas del, nin de recebir los Sacramentos, mientra que su Perlado le sufriere que diga las Horas, e sirua la Eglesia. E non tan solamente defendio Santa Eglesia a los Clerigos, de morar con las barraganas, mas avn, que non fablen (3) con ellas apartadamente. E si por ventura lo ouieren a fazer por alguna derecha razon, deuen auer consigo algunos compañeros; porque non puedan sospechar contra ellos, los que los vieren, que lo fazen a mala parte.

L E Y XLV.

Que los Clerigos non deuen ser fiadores, nin Mayordomos, nin Arrendadores, nin Escriuanos de Concejo, nin de Señores seglares.

L. 10. tit. 3. lib. 1. Recop. LL. 20. y 21. tit. 25. lib. 4. Recop.

FIadores (1) non deuen ser los Clerigos, que son de Epistola, o dende arriba, en las rentas del Rey, nin de otro Señor de la tierra, nin de Concejo, nin en pleyto de arrendamiento de heredades agenas, nin de bienes de huerfanos. Mas bien pueden fiar vnos a otros en sus pleytos, o en sus Eglesias, o a omes que fuessen cuytados, por fazerles ayuda. Pero si ellos entraren en alguna destas fiaduras, que les son defendidas, valdra la fiaduria (2), quanto en los bienes que les fallaren, mas non que sus personas, nin sus Eglesias (3) finquen obligadas por ellos: e deueles su Perlado poner pena, qual touiere por bien, porque se metieron en tales cosas. E otrosi non deuen ser mayordomos (4), nin arrendadores (5), nin cogedores destas cosas sobredichas, de que

non

(4) *Ante que le tuelga el Beneficio.* Sequitur opinionem relatam ab Hostiens. *in summa, de cohab. cleric. & mulier.* versic. *& qualiter ibi alii dicunt*; & adde *cap. si autem, eod. tit.* & *cap. ex parte A, de testib.* & vide quæ dixi suprà *in glos.* 1. & *suprà eod. in L.* 38.

(5) *Encerrada.* Nota hoc, & adde *cap. fraternitatis,* 34. *dist.* & quod notat Hostiens. *in summa, de cohab. cleric. & mulier. §. quam pœnam*, & Glos. & ibi Abb. post Hostiens. *in cap. si quisquam, eod. tit.* Hodie non est in usu talis pœna, sed punitur juxta leges Regias in marcha argenti, & aliàs, ut habetur in pragmaticis & legibus Ordinamentorum.

L E X XLIIII.

Clerico de concubinatu infamato debet Episcopus purgationem indicere, etiam nemine accusante; quòd si se non purgaverit, privabitur beneficio, & suspendetur ab officio, non tamen est à parochianis evitandus, dum Episcopus eum tolerat. Item abstineat Clericus non solum à cohabitatione cum mulieribus suspectis, sed etiam à confabulatione privatim cum eis. Hoc dicit.

(1) *Que se salve.* Ortum habet à *cap. tua nos, de cohab. cleric. & mulier.*

(2) *Este atal.* Adde *cap. fin. eod. tit.*

(3) *Non fablen con ellas.* Adde *cap. 2. eod. tit.*

L E X XLV.

Non debent Clerici in sacris pro aliquo fidejubere, nisi pro suis Ecclesiis, vel pro aliis Clericis, & pro pauperibus, aliàs arbitrio sui Prælati puniuntur; tenebit tamen fidejussio in suorum bonorum præjudicium, non Ecclesiæ, neque suarum personarum: neque possunt esse conductores, vel exactores vectigalium, neque redituum Principum sæcularium, vel Universitatum, seu talium administratores, seu vulgò dicti *mayordomos*, neque alienarum possessionum conductores; si tamen sint pauperes pro sui necessitate prædia possunt aliena conducere: neque tutores, aut curatores orphanorum extraneorum, si tamen sint eorum consanguinei possunt: neque possunt esse publici tabelliones. Hoc dicit.

(1) *Fiadores.* Concordat cum *authentic. de sanctis. Episcopis, §. Deo autem amabiles*, & cum *cap. 1. de fidejuss.* & *cap. te quidem,* ubi bona glossa, 11. *quæst.* 1.

(2) *Valdra la fiaduria.* Adde *cap.* 1. & *cap. constitutus, de fidejuss.* & an judex sæcularis poterit facere executionem in bonis Clerici fidejubentis coram eo de judicato solvendo? Vide per Joan. de Plat. *in L. viros, C. de palat. sacrar. largition. libr.* 12. referentem, Fredericum de Senis, *consil.* 43. tenuisse, quòd sic; ipse verò contrarium videtur tenere *in dicta L. viros*, in quæstione sua, an Clericus conveniri possit coram judice sæculari pro tributis, & aliis realibus actionibus, rem, & non personam afficientibus, ex dispositione generali *cap. si diligenti, de foro compet.* & *authentic. statuimus, C. de Episcop. & Cleric.* & adde quòd dicit Abb. *in dicto cap.* 1. quod Clericus non est idoneus fidejussor de judicio sisti coram judice sæculari, quia non potest renuntiare foro suo.

(3) *Nin sus Eglesias.* Tenebitur tamen de proprio patrimonio, & de reditibus beneficii, *cap. 2. de fidejussor.* ubi vide Abb. & per eundem *in cap. 1. eod. tit.*

(4) *Mayordomos.* Adde *cap. Clerici, de vita & honest. cleric.* & *cap. 2.* & *cap. sed nec, ne cleric. vel monach.* & 21. *quæst. 3. per totum,* & *in dict. authentic. de sanctis. Episcopis, §. Deo autem amabiles.*

(5) *Arrendadores.* Adde *cap. 1. ne clerici vel monach.* ubi Glos. dicit, quòd si conductori successerunt, benè possunt remanere in conductione, quam glossam allegat Felin. *in cap. quia, de judic.* & tenent Doctores communiter *in dicto cap.* 1. & adde *cap. 2.* & 3. 21. *quæst.* 3. & Innocent. *in cap. 2. de obligat. ad ratiocin.* ubi intelligit de conductionibus publicorum vectigalium, vel ubi conducant viliùs, ut locent cariùs, quod non licet, ut *in L. milites,*

C.

non pueden ser fiadores: e si lo fizieren, han de passar contra ellos, segund dicho es en las leyes que fablan en esta razon; fueras ende si fuesse algun Clerigo muy menguado (6); ca este atal bien puede arrendar, e labrar los eredamientos agenos, de que se acorriesse en lo que le fuesse menester para su vida. E como quier que los Clerigos, non ayan de fiar bienes de huerfanos; pero bien pueden recebir a ellos en guarda, e a sus bienes, si quisieren, seyendo sus parientes, e dando segurança, que gelo aliñen, ansi como dicho es en el titulo (7) que fabla de los Huerfanos, e de la guarda dellos. E esso mismo seria de los Clerigos, que escogiessen para guardar los bienes de algun su pariente, que fuesse loco, o desmemoriado. E otrosi defendio Santa Eglesia, que ningun Clerigo fuesse Escriuano (8) de ningun Concejo, e si lo fuesse, e non lo quisiesse dexar, puedele apremiar su Perlado, tollendole el Beneficio (9) que ouiere, fasta que lo dexe. E esto es por honrra de su persona; porque non aya de fazer cosa, en que caya en irregularidad, o porque lo ayan de prender.

L E Y XLVI.

Quales mercadurias son defendidas a los Clerigos, e quales non.

MErcadurias son de muchas maneras, e algunas y a que non puede ningun ome vsar dellas sin pecado mortal, porque son malas en si; assi como vsuras (1), e simonia. E estas son vedadas tambien a los Clerigos, como a los legos. Otras y a que son vedadas a todos, e mayormente a los Clerigos (2); assi como comprar, e vender las cosas con voluntad de ganar (3) en ellas: porque aduro puede ser que ome faga mercaderia, que non acaezca y pecado (4), de la parte del comprador, o del vendedor. Pero si el Clerigo sabe bien escreuir, o fazer otras cosas que sean honestas; assi como escripturas, arcas, redes, cueuanos, o cestos, o otras cosas semejantes, touieron por bien los Santos Padres, que las pudiessen fazer, e vender (5), sin desapostura de su Orden, e aprouecharse dello, quando fuessen menguados, de manera que les conuiniesse de lo fazer.

L E Y XLVII.

Quales cosas son vedadas a los Clerigos, e quales non.

VEnadores (1), nin caçadores non deuen ser los Clerigos, de qual Orden quier que sean, nin deuen auer açores, nin falcones, nin canes para caçar. Ca desaguisada cosa es, despender en esto, lo que son tenudos de dar a los pobres. Pero bien pueden pescar, e caçar con redes, e armar lazos. Ca tal caça como esta, non les es defendida, porque lo pueden fazer sin aves, e sin canes, e sin roydo. Mas

C. de locato, alias unam possessionem pro opere manuum suarum licitum est Clerico pauperi conducere, 91. *dist. cap. Clericus victum*, secundum Innocentium *ubi suprà*, & Alberic. *in L. milites, C. de locato*, & subjicit statim ista lex

(6) *Muy menguado.* Adde Innocent. hoc dicentem *in cap. 2. de obligat. ad ratioc.* ut dixi *suprà.*

(7) *En el titulo. L. 14. tit. 16. 6. Partit.*

(8) *Escriuano.* Adde *cap. sicut, ne clerici vel monach.* ubi Anton. & Abb. dicunt hoc procedere etiam in Clericis in minoribus, si sunt beneficiati competenter.

(9) *Tollendole el Beneficio.* Ergo si Clericus etiam in sacris non habeat beneficium, poterit esse tabellio in officio sæculari; & hoc voluit Abb. post Hostiens. *in dict. cap. sicut, ne clerici vel monach.* quod non reciperetur in practica in istis regnis, ut *in L. 15. tit. 18. libr. 2. Ordin. regal.* veteres tamen rogationes complere possunt, Glos. *in cap. ut officium, in* verbo *præmissa, de hæret. lib. 6.*

L E X XLVI.

Non debet Clericus mercatoris officium exercere, quia vìx sine peccato exercetur; potest tamen scripturas, & alia honesta operari, quibus victum habeat. Hoc dicit.

(1) *Vsuras.* Vide 14. *quæst. 4. per totum*, & *de usuris, per totum.*

(2) *A los Clerigos.* Mercimonia licita laicis sunt prohibita clericis, *cap. transmissam, de elect.* & ibi Abb. 3. *notabil.*

(3) *Con voluntad de ganar.* Hæc negotiatio prohibita est clericis, ut *in cap. fornicari*, 88. *dist.* & *cap. negotiatorem*, & *cap. ejiciens, cum sequent. ead. dist.* & *cap. 2. ne clerici vel monachi.* & *cap. canonum*, & *cap. quicumque*, 14. *quæst. 3.* & tradit S. Thom. *secunda secundæ quæst. 77. artic. 4. ad fin.* ubi ponit causas hujus prohibitionis; & quæsita per clericum ex illicita negotiatione danda sunt pauperibus, ut notat Matthæus, quem ibi refert Cardin. *in Clement. 1. in fine, de vita & honest. cleric.* & etiam Imol. *ibi. 2. col.* post Zenz. & Reynal. ibi; si tamen totum non reddiderint, non sunt in statu damnationis, secundum Cardin. ibi, & etiam Imol. post alios. Item Archiepiscopus Florent. *in summa, 3. part. tit. 13. cap. 2. §. fin.* dicit, quòd in foro pœnitentiali debet clericis injungi, vel saltem consuli, quòd ea quæ taliter lucrati sunt studeant pauperibus erogare, allegat *cap. qui habetis*, 14. *quæst. 5.* ex quo videtur velle, quòd non tenentur clerici ad restitutionem talium acquisitorum; & transit cum hoc Calagurritanus Episcopus *in sua practica criminali canonica, in* verbo *negotiatores*, & vide per Innoc. *in cap. quia plerique, de immun. Eccles.* & si clericus negotiator monitus non desistit, amittit privilegium clericale, ut habetur *in cap. fin.* ubi vide, *de vita & honest. cleric.*

(4) *Pecado.* Adde *cap. qualitas, de pœnitent. dist. 5.*

(5) *Fazer, e vender.* Vide *in cap. clericus victum*, 91. *dist.* & Glos. 14. *quæst. 3. in summa*, & *cap. cum Apostolus, de censib.* & *de consecr. dist. 5. cap. numquam*, & *cap. 1. ne clerici vel monach.*

L E X XLVII.

Clerici non debent cum canibus, & avibus venationem exercere: retibus verò, & laqueis venari & piscari possunt, fit namque hoc sine expensis & absque clamore, ita tamen, quòd non impediantur à divinis: neque debent montem currere venatione, neque pretio cum fera pugnare, nam incurrent infamiam contra faciendo; licet tamen eis bestias vastantes fructus, vel damnificantes homines occidere. Si verò venationem illicitam exerceant, si moniti non destiterint, si fuerit Presbyter, suspenditur à celebratione per duos menses, si Diaconus suspenditur ab officio & beneficio, ad arbitrium Prælati. Hoc dicit.

(1) *Venadores.* Ortum habet *à cap. 1. & 2. de cleric. venat.*

Mas con todo esso deuen vsar della, de manera que se les non embarguen porende las oraciones, nin las Horas, que son tenudos de fazer, e dezir. E otrosi non deuen correr monte, nin lidiar con bestia braua, nin auenturarse con ella por precio (2) que le den, ca el que lo fiziere seria de mala fama. Pero si las bestias brauas fiziessen daño (3) en los omes, o en las miesses, o en las viñas, o en los ganados; bien las pueden estonce los Clerigos seguir, e matar, si les acaesciesse. E touo por bien Santa Eglesia, que el Clerigo, que vsasse a fazer algunas de las caças sobredichas, que les son vedadas de fazer, que si despues que su Perlado le ouiesse amonestado, que lo non faga, se trabajare dello; si fue Missacantano, que le deue vedar por dos meses, que non diga Missa; e si fuer Diacono, o Subdiacono, han otrosi de ser vedados de oficio, o de Beneficio (4), fasta que su Perlado dispense con ellos.

L E Y XLVIII.

Que los Clerigos non deuen ser pleyteses, nin Judgadores en el fuero seglar.

Ley 10. tit. 3. lib. 1. Recop.

PLeytos seglares (1) non conuiene a los Clerigos vsar, ca esto non les pertenesce; porque seria verguença de se entremeter del fuero de los legos, los que señaladamente son dados para seruicio de Dios. Pero cosas y a en que lo pueden fazer: esto seria, si alguno fuesse Commendador, o Prior, o aliñador de los bienes de alguna Orden (2), o Clerigo que ouiesse en guarda bienes de huerfanos (3), o de sandios, o de otros omes que fuessen de mala barata, o desgastassen lo suyo locamente. E avn y a otras cosas, en que pueden los Clerigos trabajarse de los fueros seglares, e ser Juezes dellos. Assi como en pleytos que les mandasse el Rey (4) judgar; e como si algunos metiessen su pleyto en mano dellos, que lo judgassen por su aluedrio (5), o lo librassen por su auenencia, obligandose destar a su mandado, con pena, o sin pena; o como los Perlados pueden judgar a los de su Señorio, seyendo sus vassallos, o sus omes, en que ayan derechamente poder cumplido, tambien en lo temporal (6), como en lo espiritual. E pueden otrosi los Clerigos ser bozeros, o personeros en los pleytos seglares, segun se muestra en los titulos (7) que fablan sobre quales cosas lo pueden ser. Otrosi, quan-

L. 10. tit. 10. lib. 2. Recop.

Ley 3. tit. 4. lib. 1. Recop.

venat. & adde *L.* 57. *suprà*, *tit.* 1. ubi vide quæ dixi. Et adverte, quia lex ista cum dicit, *de qual orden quier que sean*, videtur velle, quòd etiam clericis in minoribus ista venatio sit prohibita, quod & voluerunt ibi Hostiens. & Joan. Andr. & quòd pœna in eis sit arbitraria, ex quo non est determinata, *cap. de causis*, *de officio delegati.* Anton. tamen vult, quod nulla pœna puniantur, & fortè Antonii opinio vera esset (& ista lex in fine hoc probare videtur) si clericus in minoribus non esset beneficiatus; & videtur de mente hujus legis, cum dicit, *desaguisada cosa es despender en esto lo que son tenudos de dar a los pobres.* Et sic videtur loqui de clerico beneficiato, licèt etiam adsit alia ratio, quia quando venatio fit cum clamore, omnibus clericis prohibeatur, & sic etiam non beneficiati Presbyteri, & Diaconi seu Subdiaconi in hoc excedentes punirentur.

(2) *Por precio.* Adde *L.* 1. §. *et qui operas*, *ff. de postuland.* & *L.* 4. *tit.* 6. 7. *Partit.*

(3) *Daño.* Dixi *in dicta L.* 57.

(4) *De oficio, o de Beneficio. Cap.* 1. *de cleric. venat.* dicit ab omni officio, & nota (ad tollendam dubietatem glossæ de qua *in dicto cap.* 1. *de cleric. venat.* cur magis punietur Diaconus, & Subdiaconus, quàm Presbyter, vel Episcopus) verba Hostiens. *in summa*, *eod. tit.* qui dicit, quòd eo quòd potest infrà tres, vel quatuor dies dispensari cum Diacono, vel Subdiacono, dicitur minor pœna, quam ea, quæ est limitata in Presbytero, vel Episcopo.

L E X XLVIII.

Non debent clerici sæculares causas tractare, nisi habeant temporalem jurisdictionem, vel ex Regis commissione, vel ex causa compromissi, vel ex defectu judicis sæcularis; & tunc non ut de causa cognoscant, sed ut Regi referant, seu rescribant, aut causa tutelæ, vel curæ minoris, prodigi, vel furiosi, vel nisi sit alicujus ordinis Prior, vel administrator. Hoc dicit.

(1) *Pleytos seglares.* Concordat cum *cap.* 2. & *cap. sed nec*, *ne clerici vel monach. cap.* 1. 2. & 3. *de postuland.* 31. *dist. cap. sacerdotibus*; *L. non distinguemus*, §. *sacerdotio*, *ff. de arbitr.* cum *L. placet*, *C. de Episcopis & cleric.* & *authentic. de sanctissimis Episcopis*, §. *alium*; & vide Lucam de Penn. *in L. milites*, *C. de re milit. lib.* 12. *col.* 2. arguentem Episcopos, & Sacerdotes, qui faciunt se constitui magistros rationales, & præsidentes ad rationes officialium, & judicum discutiendas: & vide *in cap. hi qui*, & *cap. Cyprianus*, *cum aliis*, 21. *quæst.* 3. & *cap. te quidem*, 11. *quæst.* 1.

(2) *De alguna Orden.* Vide *in cap.* 2. *de postuland.*

(3) *De huerfanos.* Vide *in cap.* 1. *de postuland.* & 86. *dist. cap. pervenit*: & 88. *dist. cap.* 1. & *cap. Episcopus gubernationem.*

(4) *El Rey.* Concordat cum *cap. in Archiepiscopatu*, *de raptor.* & *authentic. si quis litigantium*, *C. de Episc. audient.* & potest Prælatus esse de consilio Regis, ut notat Abb. *in cap. non est*, *de voto.*

(5) *Por su aluedrio.* Adde *L. non distinguemus*, §. *sacerdotio*, *ff. de arbitr. L. si quis ex consensu*, cum *L. sequenti*, *C. de Episc. aud.* & est officium pium ad concordias, & paces reducendas, ad quæ clerici præcipuè tenentur, ut tradit Joan. Andr. *in additione* ad Specul. *tit. de arbitro*, §. *potest*, *in fine*, ubi refert disputationem Francisci Accursii, de muliere, vel clerico an possunt esse arbitri.

(6) *En el temporal.* Adde *cap. clericis*, *ne cler. vel monach.* ubi Glos. & *cap. fin. eod. tit. lib.* 6. & *cap. dilectus*, *de offic. ordin.* & *cap. auditis*, *de præscription.* & *cap. inter dilectos*, *de fide instrum.* & in criminalibus debet habere vicarium laicum, qui in criminalibus justitiam faciat. Potest tamen ipse imponere pœnam fustigationis levem, & pœnam exilii, *cap.* 1. *ad finem*, *de calumn. cap. cum non ab homine*, *in fine*, *de judic. cap.* 1. *de deposito*; dum tamen caveat à vindicta sanguinis, *cap. in Archiepiscopatu*, *de raptor.* quod dicit Hostiens. *in summa*, *ne clerici vel monach.* vers. *quæ sunt permissa*, *col.* 3. intelligendum de crudeli, & periculosa effusione, *cap.* 2. *de cleric. percus.* quis enim de facili possit cavere ne in fustigatione exiret gutta sanguinis, & tamen clericus verberatur quandoque, 5. *quæst.* 5. *cap. illi*; quin potest etiam imponere pœnam characteris faciendi in facie, quæ non potest fieri sine effusione sanguinis, saltem levi, *cap.* 3. *de crimin. fals.* & si ministri excedunt, non imputatur Episcopo, qui præcepit leviter castigari, dum tamen expressè prohibeat ne atrociter verberetur, secundum Hostiens. *ibid.*

(7) *En los titulos.* Vide *in L.* 5. *tit.* 5. & *in L.* 2. *tit.* 6. *Partit.* 3. & vide Glos. & Doct. *in cap.* 1. *de postul.* poterit tamen clericus unum negotium laici procurare, secundum Innoc. & Abb. *in cap. sed nec*, *ne clerici vel monach.* & Abb. *in cap.* 2. *eod. tit.*

quando el Juez seglar non quiere fazer derecho, a los que se querellan de algunos, a quien el ha poder de judgar; estonce puede el Obispo amonestarle, que lo faga, e si non lo quisiere fazer, deuelo embiar a dezir al Rey (8), por desengañarlo del fecho de su tierra: e non tan solamente deuen los Perlados desengañar a los Reyes en esta razon, mas en todas las cosas, en que entendieren que seria pro comunal del Rey, e de la tierra, e desuiamiento de daño.

LEY XLIX.

Que pena deuen auer los Clerigos que passan contra las cosas que les son vedadas.

APremiar pueden los Perlados, segund manda Santa Eglesia, a los Clerigos que fueren fallados, que fizieren contra las cosas que son vedadas a ellos, segun se muestra de suso por las leyes deste titulo. Empero esto se deue entender en esta manera: que si el Clerigo, quando se entremetiere de mercadurias, que es cosa defendida (1), trae habito de Clerigo; que le deue su Perlado amonestar tres vezes (2), que lo non faga: e si se non quisiere dexar dello, de alli en adelante non aura las franquezas (3) que los otros Cle- *Ley 7. tit. 18. lib. 9. Recop.*

(8) *A dezir al Rey.* Concordat cum *authentic. ut differentes judices, in princip. collat.* 9. Non ergo Episcopus cognoscet de causa, data negligentia judicis sæcularis, sed rescribit Regi, pro quo etiam facit *cap. licèt ex suscepto, de foro compet.* Quid autem si isti essent miserabiles personæ habitu & actu, vel habitu tantùm, an si eis justitia denegetur per judicem sæcularem, possint adire Episcopum, ut de causa cognoscat, vel an & tunc recurrendum sit ad Regem, vel proximum superiorem? Innocent. *in cap. significantibus, de offic. delegati*, ponit duas opiniones: primam, quòd tunc quando priores domini renuunt istis miserabilibus personis facere justitiam, Ecclesia seu judex ecclesiasticus eos possit audire, etiam non requisitis superioribus dominis, & sic intelligit Innocent. *cap. ex tenore, de foro competent.* & *cap. defensionis*, 87. *dist.* & hoc ideo ne diu pro justitia laborent; & dicit Innocent. quòd etiam dictæ personæ, si habito respectu ad ea quæ possident, sint pauperes, sed magnas hæreditates vel castra petant, non venietur ad judicem ecclesiasticum, nisi prius deficiat sæcularis: posteà verò ponit secundam opinionem, dicens, quòd alii dicunt, quòd nunquam pro miserabilibus cognoscet judex ecclesiasticus, nisi prius eis sæculari judice deficiente; sed si quis per violentiam eis bona auferat, tunc defendet eos Ecclesia, & suis supplicationibus & beneficiis juvabit: & sic intelligunt isti jura pro istis miserabilibus personis facientia. Primam tamen opinionem videtur firmare Innocent. & Doct. communiter ita intelligunt Innocent. ut in illa opinione videatur residere: sed adverte, quòd Petrus, & Abb. antiquus intelligunt dictum *cap. ex tenore*, ut etiam in vidua requiratur negligentia etiam superioris judicis, & ita intelligunt illum textum; sed Doctores magis communiter volunt, quò sufficiat negligentia primi judicis, ne viduæ & miserabiles personæ cogantur exire ex propriis locis alibi quærentes justitiam; imo plus vult Innocent. quòd si persona sit miserabilis habitu & actu, ut viduæ, & pupili pauperes, vel diuturno morbo fatigati, vel pauperes dumtaxat (nam miserabiles dicuntur, secundum Joan. Adr. super quibus natura movetur ad miserendum) possit etiam non data negligentia judicis sæcularis trahere adversarium coram judice ecclesiastico, per textum à contrario sensu *in dicto cap. significantibus*, ubi idem tenet Abb. *cap. super quibusdam, in fine, de verborum signific.* Hostiens. verò *in summa, de foro competenti*, versic. *ex præmissis, in princip.* intelligit, quòd in petitorio non cognoscat judex ecclesiasticus, nisi in defectum, sed quantum ad possessorium indistinctè, ut *in cap. èx parte, eod. tit.* & quantum ad defensionem, seu tuitionem ne opprimantur à potentioribus: in petitorio verò dicit, mero jure ad Reges pertinere, 23. *quæst.* 5. *cap. Regum, L. unica, C. quando Imperator inter pup. & vid.* Hæc tamen difficulter obtinerentur in practica in istis regnis in causis merè prophanis, quæ sunt de jurisdictione Regis, & inter laicos, seu quando laicus conveniretur; æquum tamen videretur, ut in partibus multum remotis, ubi de facili non posset adiri Rex, data negligentia judicum Provinciæ, permitteretur Episcopis in causis miserabilium personarum procedere, qui aliàs opprimerentur de facili à potentibus, à quibus non possent justitiam consequi, & quòd Rex ita permitteret, & commiteret tales causas Episcopis, ut etiam auctoritate Regia in illis procederent; facit ad hoc textus *in dicta authentic. ut differentes judices, §. si verò* & quod notat Hostiens. *in cap. novit, de judic.* Abbas *in cap. licet ex suscepto, colum.* 5. *de foro competent.* & saltem in partibus remotissimis, ut sunt terræ Firmæ, & Insulæ maris Occeani, ubi sunt Indi de novo conversi ad fidem, qui & dicuntur miserabiles personæ, secundum Innocentium *in cap. Judæi, sive Sarraceni, de Judeis*, permittendum hoc esset Episcopis illarum Provinciarum: confert quod dicit S. Thom. *secunda secundæ, quæst.* 40. *artic.* 2. *in respons. ad primum*, cum dicit, quòd Prælati debent resistere non solùm lupis, qui spiritualiter interficiunt gregem, sed etiam raptoribus & tyrannis, qui corporaliter vexant, non autem materialibus armis in propria persona utendo, sed spiritualibus, secundum illud Apostoli ad Corinth. *cap.* 10. *v.* 4. *arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia à Deo*, quæ quidem sunt salubres admonitiones, devotæ orationes; contra pertinaces excommunicationis sententia.

LEX XLIX.

Clericus mercatoris officium gerens, si ter monitus non desistit, non gaudet privilegio clericali in solutione vectigalium, & gabellarum pro suis mercimoniis, in quibus subjicitur contitutionibus, & consuetudinibus laicorum; retinet tamen privilegium canonis *si quis, suadente.* Item, si clericus dimisso habitu clericali arma ferat, & sævis se immisceat, si ter monitus non destiterit, perdit privilegium clericale, & eum percutiens non est excommunicatus; & idem in incedente habitu laicali. Item clericus conjugatus fortitur forum sæculare. Hoc dicit.

(1) *Defendida.* Vide suprà *eod. L.* 46.

(2) *Amonestar tres vezes.* Concordat cum *cap. fin. de vita & honest cleric.* Et si Episcopus publicè denuntiet in synodo, seu faciat constitutionem synodalem, nequis se intromittat de talibus, seu aliis, quæ clericis sunt prohibita sub pœna privilegii clericalis, tale edictum habetur loco trinæ admonitionis, secundum Hostiens. *in summa, ne clerici vel monach. §. quæ sunt permissa, ad finem*, verbo *ego intelligo*; quod nota ad limitationem ejus, quod notat Abb. *in dicto cap. fin. de vita & honest. cleric. in ult. notabil.* ubi dicit, quòd non sufficit una admonitio peremptoria pro omnibus, prout etiam voluit Glos. *in Clement.* 1. *eod. tit.* dicit etiam, quòd non sufficeret citatio generalis, ut omnes clerici abstineant à negotiationibus; imò debet esse citatio specifica, ut comprehendat istos negotiatores.

(3) *Las franquezas.* Imò solvet gabellas & vectigalia pro suis mercimoniis, ut *in dicto cap. fin.* & sic perdit privilegium in tali negotiatione, ut teneatur ad prædicta, ut declarat Abb. *in dicto cap. fin.* post alios; qui & notat ibi ex illo textu, quòd in omni patrimonio proprio perdit privilegia, ex quo cum illo communiter mercatur & negotiatur, & subjacebit constitutionibus patriæ, prout & subdit ista lex: si ergo imponeretur collecta mercatoribus per Principem sæcularem, clerici tales mercatores sic moniti, ut *suprà*, tenerentur ad talem collectam, ut vult etiam Joann. de Imol. *in dicto cap. fin. col.* 1. & in talibus mercantiis sub-

Clerigos han; antes sera tenudo de guardar las posturas, e las costumbres de la tierra, como los legos; salvo en tanto, que si alguno lo firiesse, que seria descomulgado por ello. Mas si non anda en habito de Clerigo, e trae armas (4), deuele amonestar su Perlado tres vegadas, que lo non faga: e si non se quisiere dexar dello, pierde por ello las franquezas de los Clerigos, e si alguno lo fiere, non seria porende descomulgado. Esso mismo seria, quando anduuiesse en habito de lego (5), maguer non traxesse armas. Otrosi los que son casados (6) con sus mugeres a bendiciones, e traen coronas, non se pueden escusar, que non den al Rey, o al otro Señor de la tierra, do moraren, sus pechos. E demas tenudos son, de fazer los otros fueros, que fazen los legos. Ca derecho es, pues que biuen como legos, que fagan el fuero, e las costumbres dellos.

LEY L.

De las franquezas de los Clerigos, por que razones las deuen auer mas que otros omes.

Leyes 3. 11. y 12. tit. 3. lib. 1. Recop.

FRanquezas muchas han los Clerigos, mas que otros omes, tambien en las personas, como en sus cosas: e esto les dieron los Emperadores, e los Reyes, e los otros Señores de las tierras, por honrra, e por reuerencia de Santa Eglesia: e es grand derecho que las ayan, ca tambien los Gentiles, como los Judios, como las otras gentes, de qualquier creencia que fuessen, honrrauan a sus Clerigos, e les fazian muchas mejorias; e non tan solamente a los suyos, mas a los estraños, que eran de otras gentes: e esto cuentan las hystorias, que Pharaon (1) Rey de Egypto, que metio en seruidumbre los Judios, que vinieron a su tierra, e a todos los de su Señorio, faziales que le pechassen; mas a los Clerigos dellos, franqueolos, e demas dauales de lo suyo que comiessen: e pues que los Gentiles, que non tenian creencia derecha, nin conoscian a Dios complidamente, los honrrauan tanto, mucho mas lo deuen fazer los Christianos, que han verdadera creencia, e cierta saluacion: e porende franquearon a sus Clerigos, e los honrraron mucho; lo vno, por la honrra de la Fe, e lo al, porque mas sin embargo pudiessen seruir a Dios, e fazer su oficio, e que non se trabajassen, si non de aquello.

Autos 1. 3. y 4. tit. 18. lib. 9. Rec.

LEY

subjicitur foro & consuetudinibus laicorum, licèt in aliis extra negotiationem retinet privilegium fori & canonis, ut declarant Abb. & Imol. *dicto cap. fin.* Adde etiam huic legi legem 3. in quaterno Gabellarum, quæ disponit clericos mercaturam exercentes, teneri ad gabellam, sicut laici: sed an limitabitur ista lex dum tamen processerit trina monitio, prout exigit lex ista Partitarum, & *dictum cap. finnale*? videbatur, quòd sic, ut illa lex suppleatur ab ista, *L. non est novum, ff. de legib.* & notat Abb. *in dict. cap. fin. ultim. notabil.* & expressiùs Anton. ibi, qui dicit, quòd non teneretur solvere gabellas de mercantiis, nisi ter monitus non desistat: sed hæc esset magna restrictio ad dictam legem quaterni Gabellarum, & quasi numquam consequeretur effectus ex illa lege, si talis monitio deberet præcedere; & ad hoc facit quod habetur *in Clement. præsenti, de censibus*, ibi, *quas negotiandi causa non deferunt*, ubi Glos. dicit, quòd à contrario datur intelligi, quòd in his, quas causa negotiandi deferunt, non gaudent immunitate, ut etiam notat Specul. *de immunit. ecclesiastic. in fin.* & Cardin. post Paul. *in dict. Clementin. præsenti, 3. notab.* & ad dictum cap. fin. & ad istam legem Partitarum potest responderi, quòd monitio non exigatur respectu solutionis gabellæ de mercantiis, quas facit clericus, sed respectu perdendi privilegii in patrimonio, & facultatibus suis, ut subjaceant statutis, & consuetudinibus laicorum: & vide circa hoc consilium Frederic. de Senis. Quid autem si dubitatur an deferat causa mercantiæ, seu negotiationis res ex quibus petitur pedagium, vel non, quis erit de hoc judex? Cardin. *dicta Clement. præsenti* movet quæstionem *in versic. sextò quæro*, qui concludit, quòd judex ecclesiasticus: & vide Bald. *in additione* ad Specul. *tit. de reo*, versic. *scholaris clericus*, ubi dicit, quòd si clericus est pelliparius, potest conveniri sub Camerlingo occasione artis, *C. de jurisd. omn. judic. L. fin.* quia clerici negotiatores quantum pertinet ad eam negotiationem, jure communi laicorum uti debent, *L. 2. C. de Episc. & cleric.* isti enim, ut sic dixerim, ait Bald. non sunt puri clerici, allegat *L. qui sub prætextu, C. de sacrosanct. Eccles.* & *dict. cap. fin. de vita & honest. clericorum.*

(4) *Trae armas.* Vide *in cap. perpendimus, de sentet. excommunic.* & de clerico in minoribus si assumat militiam sæcularem, an ipso facto perdat privilegium clericale, vide per Abb. *in cap. fin. de cleric. conjug.*

(5) *En habito de lego.* Vide *in cap. in audientia, de sentent. excommun.* & quod tradit Alexandr. *consil.* 8. *vol.* 1. & quod habetur *in LL.* 13. 14. & 15. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordin regal.* & *in pragmaticis*, & *bulla Alexandr.* circa delationem habitus à clericis in minoribus.

(6) *Casados.* Isti in duobus tantùm gaudent privilegio clericali, ut *in cap. unic. de cleric. conjug. lib.* 6. in privilegio scilicet fori in criminalibus, & privilegio canonis *si quis, suadente*, 17. *quæst.* 4. in aliis non, ut ibi habetur; & adde *L.* 23. *tit.* 4. *lib.* 4. *in Ordin. regal.* & adde etiam *cap. penult.* & ibi Abb. *de cleric. conjug.*

L E X L.

Sunt & alia Ecclesiæ privilegia clericis concessa propter Ecclesiæ honorem ab Imperatoribus & aliis Principibus, non immeritò, cum & tempore Pharaonis Regis Ægypti Judæorum sacerdotes erant in suo Regno privilegiati, & multò fortiùs debent apud Christianos honorari. Hoc dicit.

(1) *Pharaon.* Vide Genes. *cap.* 47. *v.* 21. & 22. & *in cap. non minus, de immun. eccles.* non ergo Ecclesia, neque clerici de rebus suis, quas vendunt sine negotiatione, seu quando non est causa mercantiæ, tenentur solvere gabellam, quæ vulgò dicitur, *alcavala*; & hoc notat Bald. *in L. sancimus*, la 2. *C. de sacrosanct. Eccles.* & *in L.* 2. *C. de Episcop. & cleric.* Abb. ubi loquitur in bonis patrimonialibus clericorum *in cap. fin. de vita & honest. cleric. tertio notab.* per textum ibi, & est hodie expressum *in dicta L. 3. quaterni novi Gabellarum*, & juxta illius dispositionem debet restringi, & limitari quod habetur *in L. 4. tit. 4. lib. 6. Ordin. regal.* & ea quæ dixit Montal. super *L. ista*, referens quæ in hoc dicit fuisse determinata in consilio Serenissimi Regis Joannis secundi, conditoris illius legis quartæ.

LEY LI.

Que los Clerigos deuen ser seguros, en sus casas, e sus omes, e non los deuen meter a fazer seruicios viles, nin les deuen tomar sus cosas por fuerga.

L. 11. tit. 3. lib. 1. Recop. Ley 7. tit. 3. lib. 1. Recop.

SEguros (1) deuen estar los Clerigos en los logares donde moran, e por donde quiera que vayan, que ninguno non les deue fazer mal, nin dezirgelo, de manera que los estoruassen, que non pudiessen predicar la Fe, e complir su oficio, segund deuen. E como quier que todos los omes de la tierra, por derecho deuen ser seguros, mucho mas deuen auer esta seguridad los Clerigos. Lo vno, por honrra de las Ordenes que tienen. Lo otro, porque non les conuiene, nin han de traer armas con que se defiendan: e porende non deuen ser forçados de sus cosas, nin los deuen prendar (2), si non fuere por debda, o por fiadura manifiesta que ouiessen fecho, o por otra razon derecha; e esto que lo ouiessen conoscido ellos, o les fuesse prouado ante aquellos que lo ouiessen de judgar. Otrosi deuen ser franqueados todos los Clerigos, de non pechar (3) ninguna cosa por razon de sus personas (4). Nin otrosi non deuen labrar por si mismos(5) en las lauores de los Castillos, nin de los muros de las Cibdades, nin Villas, nin son tenudos de acarrear piedra, nin arena, nin agua, nin fazer cal, nin en traerla, nin los deuen apremiar que fagan ningunas destas cosas, nin guardar los caños, nin mondarlos, por donde venga el agua a las Ciudades o Villas, nin deuen calentar los baños, nin los fornos, nin fazer otros seruicios viles semejantes destos. E esta misma franqueza, que han ellos, han sus omes, aquellos que moran con ellos (6) en sus casas, e los siruen. Ca pues los Clerigos son tenudos de yr a las Oras todas, segun que es establescido en Santa

LEX LI.

Securitatis beneficio clerici gaudere debent, & eis dicto, aut facto injuria non inferatur, neque bona eorum invadantur, & ipsi cum familiaribus suis à muneribus sordidis, & personalibus sunt immunes: item absque eorum beneplacito in domibus suis nullus hospitetur. Hoc dicit.

(1) *Seguros.* Adde *cap. 2. de tregua & pac.* & *cap. paternarum, 24. quæst. 3.*

(2) *Prendar.* Non ergo possunt res eorum capi pro represaliis, *cap. unic. de injur. & damn. dat. lib. 6.*

(3) *Pechar.* Concordat cum *L. placet, C. de sacrosanct. Eccles.* & cum *L. 2.* & *authentic. item nulla communitas, C. de Episcop. & cleric. cap. non minus*, & ibi Glos. allegat multas concordantias, *de inmun. Eccles. cap. quanquam, de censib. lib. 6. Clement. præsenti, eod. tit.* & adde *L. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. regal.* & procedit etiam in bonis propriis clericorum, ut *ibi*, & *L. de his*, & ibi Salic. *C. de Episcop. & cleric. cap. similiter*, & ibi Glos. 16. *quæst.* 1. Glos. *in dicto cap. quanquam*; tenentur tamen quando est etiam communis utilitas clericorum & laicorum, & quando ad id laicorum, seu propria communitatum non sufficiunt, ut habetur *in dicto cap. non minus*, & *in dicta L. de his*: *L. ad instructiones, C. de sacrosanct. Eccles.* & in hoc an precisè compellantur, vel ita demum ad hoc teneantur, si ipsi velint, fuerunt variæ opiniones, de quibus vide per Abb. latè *in dicto cap. non minus*: Alberic. dicit, quòd illam opinionem, quod teneantur ad ista opera pia, vidit servari de facto; non tamen ad hoc sunt compellendi clerici per judicem sæcularem, sed per suum judicem ecclesiasticum, secundum Innocent. *in dict. cap. non minus*, & Alber. *in dicta L. ad instructionem, in fine*, & habetur infrà *eod. L. 54.* ubi vide.

(4) *Por razon de sus personas.* Non ergo tenentur ad munera merè personalia, quæ labore corporali personarum explicantur sine detrimento rerum, ut *L. munerum, in princip. ff. de muner. & honor.* neque ad ea quæ imponuntur personis pro rebus, *L. rescripto, §. fin.* & ibi Bart. *ff. de muner. & honor. cap. non minus, de immunit. Eccles.* & *cap. quanquam, de censibus, lib. 6. dict. L. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin regal.* ad munus verò patrimoniale tenebuntur Ecclesia, & ecclesiasticæ personæ, quando possesio, seu fundus perveniens ad Ecclesiam habebat certum onus annexum, sive habuerit illud onus ex privata dispositione, sive ex dispositione publica, puta Principis, antea quam perveniret ad Ecclesiam, *cap. 1. in fine, de censib. L. placet, C. de sacrosanct. Eccles. dicta L. 1. in Ordinam. regal.* & tradit Bald. quem vide *in tit. de pace constant. in princip. num.* 30. idem esset secundum Abb. in purgatione putei necessarii toti viciniæ, in qua est Ecclesia, vel in aliis oneribus, quæ concernunt res, seu incumbunt ipsis rebus, ut reficere iter ante domum, ut tradit Abb. *in dicto cap. non minus, col.* 5. ad onera verò, quæ imponuntur rebus secundum necessitatem accidentem, non tenetur Ecclesia, quia non possunt res illæ de novo onerari, ex quo pervenerunt ad Ecclesiam, seu ecclesiasticas personas, secundum Abb. *ubi suprà* post Innoc. & vide *L. 12. tit. 4. lib. 4. Ordin. regal.* & quid si possesiones fictè, & in fraudem tributorum alienarentur in Ecclesiam, vide *L. hi qui*, & ibi Bald. *C. de rescind. vend. L. ordine, §. in fraudem*, & ibi Bald. *ff. ad municipal.* & vide quod habetur *in L. 17. tit. 4. lib. 4. Ordin. regal.* Sed an eo casu, quo tributum est appropiatum ipsi rei, judex sæcularis poterit distinguere clericum, vel Ecclesiam pro solutione tributi? Guiliel. de Cug. ut refert Bald. *in L. de his, C. de Episcop. & cleric.* dicit, quòd pro talibus censibus, & tributis ipsi clerici possunt conveniri, & trahi coram judice sæculari; quia videntur conveniri res eorum tanquam astrictæ, non personæ ipsorum clericorum, allegat *L. viros, C. de palat. sacrar. largition. lib.* 12. quod Bart. *in L. Imperatores, ff. de publican.* dicit esse multum notandum. Bald. vero *in dicta L. de his*, dicit, quòd res ipsa pertinet ad forum sæculare, & quòd judex sæcularis potest mittere ad rem ipsam pro tributo, & inde recipere tributum, quia est de sua jurisdictione, tam universali, quàm particulari; sed, quòd non poterit judex aliquid facere in personam clerici, per *authentic. statuimus, C. eod.* & vide eundem Bald. *in authentic. sed periculum, C. sine censu, vel reliq.* dicentem, quòd laici isto casu cogent rem ipsam, ut ita dixerim; allegat Innocent. *in cap. postulasti, de foro competent.* ibi: sed si possesiones deberent aliqua munera realia, sive ordinaria, eum per occupationem possessionum, quas habet in jurisdictione sua, distringit: & subdit Bald. quòd ex hoc non incidet in excommunicationem, quia facit juris auctoritate.

(5) *Por si mismos.* Hoc ideò dicit, quia in pecunia contribuunt aliquando, ut infrà *eod. L.* 54. ad ea quæ respiciunt pietatem & communem utilitatem, ut dixi suprà *in glos.* 3.

(6) *Que moran con ellos.* Concordat *L. 2. C. de Episcop. & cleric.* ad ista namque munera sordida & vilia, clerici & eorum familiares non tenentur, ut hìc, & *in dict. L. 2.* & *in L. placet, C. de sacrosanct. Eccles. 16. quæst. 1. §. novarum, cap. Ecclesiarum servos, 12. quæst. 2.* famuli tamen liberi, qui serviunt Ecclesiæ pro mercede, licèt ab istis sordidis muneribus excusentur; in casu tamen expresso *in L. neminem, C. de sacrosanct. Eccles.* in adventu, scilicet Principis non excusarentur, ut notat Abb. post Innocent. *in dicto cap. non minus, col. 3. de immunit. ecclesiar.* & nota benè istam legem Partitarum, quæ istud privilegium restringit ad familiares commorantes in domibus clericorum; non ergo hoc privilegio gau-

ta Eglesia, derecho es, que sus omes que los siruen, que han de recabdar sus cosas, que sean escusados destas cosas tales; fueras si lo fiziessen con plazer de aquellos Clerigos, cuyos fuessen los omes. Otrosi non deue ninguno posar (7) en las casas de los Clerigos, sin plazer o consentimiento dellos.

LEY LII.

Quando son los Clerigos tenudos guardar los muros de las Villas, o de los Castillos, do moran, e quando non.

GVerras (1) auiendo en algunas tierras, porque los moradores de los Logares ouiessen de velar los Castillos e los muros, los Clerigos non son tenudos de los yr a guardar, como quier que todos los que alli se amparаren lo deuen fazer, tambien los vasallos (2) de la Eglesia, como los otros. Pero si acaesciesse que Moros, o otros que fuessen enemigos de la Fe (3), cercassen alguna Villa, o Castillo, en tal razon como esta, non se deuen los Clerigos escusar, que non velen, e non guarden los muros, e esto se entiende, seyendo gran menester, e de aquellos Clerigos que fuessen mas conuenientes para ello: e deue ser en escogencia del Obispo (4), o de otro Perlado que fuer en aquel logar. Ca derecho es, que todos guarden e defiendan la verdadera Fe, e amparen su tierra, e sus lugares de enemigos, que los non maten, nin los prendan, nin les quiten lo suyo. E otrosi los Obispos e los otros Perlados, que touieren tierra del Rey, o heredamiento alguno, porque le deuen fazer seruicio, deuen yr (5) en hueste con el Rey, o con aquel que embiare en su logar, contra los enemigos de la Fe,

gaudebunt coloni; qui pro mercede, vel tanquam partiarii coloni laborant eorum prædia, pro quo vide quod notat Archidiac. post Laur. *in dicto cap. ecclesiarum servos*, ubi etiam dicit, non comprehendi conductitium servientem; quod videtur debere intelligi de non commorantibus in domo & servitio clericorum, cum enim ratio sit ne clerici avocentur à divinis officiis, ista ratio æquè militat in familiari conducto, sicut in servo clerici, & istud est privilegium clericorum, nam aliàs regulariter familiares non gaudent privilegiis dominorum, secundum Alber. *in dicta L. 2. ad fin.*

(7) *Posar.* Concordat cum *L. 1. C. de Episcop. & cleric.* & limitatur nisi in adventu Principis, ut *in L. neminem, C. de sacrosanct. Eccles.* Salicet *in dicta L. 1.* & habetur etiam *in L. 27. tit. 3. lib. 1. Ordin. regal.* ubi excipit adventum Regis, vel Principis primogeniti, seu aliorum Infantium filiorum Regis: vide etiam *in L. 7. tit. 21. lib. 2. ejusd. Ordin.* in Ecclesiis tamen, neque in Monasteriis, etiam in adventu Principis seu Regis, non debent dari hospitia, *L. penult. tit. 1. lib. 1. Ordinam. regal. L. 1. tit. 11. infrà ead. Part.* in aliis tamen domibus Ecclesiarum vel Monasteriorum, quas habent in civitate vel villa, sicut habent aliæ privatæ personæ, videtur, quòd teneantur sicut alii ad hospitium præstandum in adventu Regis; quia si ad Ecclesiam perveniant possessiones, quarum ratione debet præstari personale munus seu militare, puta exercitus, vel hospitium (quod est patrimoniale) vel aliud simile, illud præstabit, secundum Joan. Andr. *in cap. non minus, de immun. eccles.* & Lucam de Penn. *in L. si divina, C. de exactor. tribut. col. fin. lib. 10.* de aliis verò personis, quæ sunt privilegiatæ à munere hospitiis recipiendi, vide *C. de metat. & epidemet. lib. 12.* ubi Joan. de Plat. *in L. fin.*

LEX LII.

Non tenetur clericus ad murorum, vel fortalitiorum custodiam, nisi quando sunt à fidei inimicis obsessi instante necessitate, & tunc habiliores ad id munus eligantur per Prælatum. Item Prælati terram à Rege tenentes, vel quid aliud, propter quam debeant servitium, tenentur cum eo ire in exercitu contra fidei inimicos per se (impedimento cessante) vel suos milites mittendo, si fuerint impediti: in exercitu verò contra Christianos excusantur, nisi in eis, quæ secundum Hispaniæ consuetudinem facere tenentur; gentes tamen suæ propter hoc non excusantur, quominus Regi serviant in bello. Hoc dicit.

(1) *Guerras.* Ortum habet *à cap. 2. de immun. Eccles.* & sequitur ista lex intellectum Hostiens. ad illum textum, quem ponit *in summa illius tituli*, §. *à quibus muneribus*, *col. 2.* versic. *merè etiam personalia*; & tenet etiam Abb. *in dicto cap. 2. col. 2.* & fuit originaliter Innocent. *in cap. non minus, eod. tit.*

(2) *Vassallos.* Sequitur intellectum glossæ *in dicto cap. 2.* & Hostiens. *ubi suprà*, qui tamen displicet Lucæ de Penn. *in L. 2. col. fin. C. de quibus muner. nemini licet se excus. lib. 10.* quia secundum hoc levi dubio Papa canonem statuisset, contra id quod habetur *in L. quod Labeo, ff. de Carbon. edict.* unde concludit ipse, quòd etiam clerici ad ista teneantur, & per Episcopum ad hoc veniant compellendi; ita quòd si nimia necessitas imminerет, prætermittere debeant divina officia, & custodiæ urbis vacare.

(3) *Enemigos de la Fe.* In hoc videtur ista lex restringere dicta Hostiens. *ubi suprà*, quando fiunt invasiones per infideles, ut tunc etiam clerici teneantur ad custodiam murorum, seu civitatis, prout & voluit intelligere Joan. Andr. *in dicto cap. 2.* attribuens hunc intellectum Innocent, & Hostiens. motus ex casu illius Decretalis; quia civitas. de qua ibi, erat juxta mare, & multoties invadebatur à Sarracenis. Sed certè, ut dicit Abb. ibi. post Innocent. & Cardin. ille textus debet intelligi ubicumque timor est communis, subitus & improvisus, seu esset necesse, quòd etiam clerici custodirent; & hoc etiam voluit Hostiens. *in dicto* §. *à quibus muneribus*, generaliter loquendo, neque textus *in dict. cap. 2.* se restringit ad invasiones infidelium. Quid enim interest, an civitas invadatur ab infidelibus, vel à fidelibus malis, & pessimis prædonibus? Cum utrobique eadem fere damna timeantur, & quia quilibet tenetur patriam suam defendere, præsertim cum ipsius defensione protegantur orphani, & viduæ miserabiles personæ, pro quibus clerici debent summo opere laborare, *cap. 1. 87. dist. cap. 1. & fin. de postul.* undè fortè supplendum esset hìc, *maximè*; & adde Lucam de Penn. *in L. 3. C. de fundis limitroph. lib. 11. col. 2.* versic. *quartò ex his quæritur*, ubi multa videbis in hoc proposito.

(4) *Del Obispo.* Debet ergo hoc fieri per Episcopum, secundum Doct. *in dicto cap. 2.* & per Hostiens. *ubi suprà.*

(5) *Deuen yr.* Habes hìc, quòd Prælati terram tenentes à Rege, debent ire personaliter cum Rege, vel ejus capitaneo generali ad debellandum inimicos fidei; quando enim vassallus interventu suæ personæ potest conferre magnum commodum & auxilium domino suo, tenetur ire personaliter, ut tradit Bald. *in* §. *fin. col. fin. in princip. de pace juram. firm.* non tamen intelligas, quòd Prælati, vel alii clerici euntes cum Rege ad bellum contra inimicos fidei, teneantur ipsi illos debellare & impugnare; quia hoc non licet eis etiam pro recuperatione terræ Sanctæ, quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnandum, etiam contra Sarracenos, ut probatur *in cap. ex multa*, §. *fin. de voto*, & *23. quæst. 8. cap. reprehensibile*, & *7. quæst. 1. cap. sciscitaris*, & vide Glos. *in summa*, *23. quæst. 8.* & vide *cap. porro*, *16. quæst. 3.* debent juvare consilio, & exhortatione, & prædicatione & aliis clericalem ordinem concernentibus, ut *in dicto cap. ex multa*, §. *fin.* & per Glos. *in summa*, *23. quæst. 8.* S. Thom. *secunda secundæ*, *quæst. 40. artic. 2. ad 2.* & intellige de exhortatione ante conflictum belli, non in ipso actu belli, secundum Innocent. *in cap. quod in dubiis, de pœnis.*

Pes-

Fe, e si por auentura ellos non pudiessen yr, deuen embiar sus caualleros e sus ayudas, segun la tierra que touieren. Pero si el Rey ouiere guerra con Christianos (6), deue escusar los Perlados, e los otros Clerigos, que non vayan alla por sus personas, si non en aquellas cosas que son vsadas, segund fuero de España (7). Mas por esso non deuen ser escusados los sus caualleros, nin las otras gentes, que las non aya el Rey para su seruicio, en aquella guisa que mas le compliere.

LEY LIII.

Que señorio han los Clerigos en las heredades que ganan derechamente.

Heredades, e otras cosas que los Clerigos ganaren, por compra, o por donacion, o por otra qualquier manera que las ganen con derecho (1), han señorio dellas.

Possunt etiam dare milites Regi pro suo feudo, ut *in §. ecce, ead. causa, & quæstione*, & Glos. *in dicta summa*, & habetur etiam in ista lege. Sed an possit Papa dare licentiam clerico pugnandi in bello justo, sine metu irregularitatis, est pulchrum dubium; de quo videas per Abb. *in cap. clerici*, el 1. *de vita & honest. cleric.* ubi referens Cald. *in cap. petitio, de homicid.* concludit, quòd sic, eo quòd irregularitas sit de jure positivo, & quia ex sola constitutione Ecclesiæ prohibetur clericus pugnare in bello justo; & quia ipse Papa potest ex juxta causa bellum indicere, præsertim contra infideles, *cap. omni timore*, & *cap. præterea*, 23. *quæst.* 8. ibique respondet ad auctoritatem illam veteris Testamenti de qua habetur *in cap.* 2. *de consecr. dist.* 1. non *ædificabis mihi templum, quia vir sanguinis es*, quòd loquatur de effusione sanguinis injusta; nam David proditoriè fecerat interfici Uriam, ut committeret adulterium cum Bersabee ejus uxore, & adhuc fortè non fuit pœnitens, quando illa verba fuerunt sibi dicta; nos in quæstione ista loquimur de bello justo. Dixit etiam Hugo relatus à Præp. Alex. *in cap. clericum*, 50. *dist.* quòd clerici Hispani, qui quotidie pugnant contra Sarracenos, & portant arma offendibilia, quòd male faciunt, nisi quis velit eos defendere auctoritate Patriarchæ dantis licentiam, & auctoritate apostolica, quæ & si expressè eis non dat licentiam, tamen hoc ipso quòd scit istam consuetudinem, & tolerat & non improbat, videtur tolerare: subdit tamen ibidem Præpos. quòd Card. ibi dicit, quòd Papa non possit dispensare cum Sacerdotibus, quòd ad bella procedant manu propria pugnaturi; quæ conclusio est S. Thomæ, *secunda secundæ, quæst.* 40. *artic.* 2. dicentis, quòd Prælati, & clerici ex auctoritate superioris possunt interesse bellis, non quidem, ut ipsi propria manu pugnent, sed ut justè præliantibus spiritualibus suis exhortationibus subveniant: & licèt Præpos. Alex. videatur dicta ista Card. posse morderi, cum sint juris positivi istæ prohibitiones, propter auctoritatem tantorum Patrum transit cum illis, dicens, non tam rationes eum urgere, quàm authoritatem, & non allegat Calder. & Abb. *ubi supra* tenentes contrarium, ut dixi. Adverte tamen, quòd Bald. *consil.* 439. *vol.* 5. incipit, *ad bellum justum*, dicit, quòd licèt Papa possit dispensare cum homicida in homicidio perpetrato, tamen secùs in perpetrando, quia non potest dare licentiam delinquendi, neque parcere quod nondum est; & licèt Papa possit indicere justum bellum, tamen clericis concedere, quòd ipsi propria manu possint hominem occidere, non potest, sed pro justitia exequenda potest gladii potestatem laicis committere. Item potest permittere clericis, quòd in justo bello dent consilium, & auxilium tam gentium, quam pecuniarum; quia si potest indicere justum bellum, ergo potest & alia quæ sunt de jure & natura bellorum, & sine quibus bella exerceri non possunt; non tamen potest secundum eum indulgentiis crimina sublevare: hæc Bald. *ubi suprà*, & certè hoc satis probabile videtur, cum Christus jusserit Petro: *Converte gladium tuum in vaginam*, Matth. *cap.* 26. *v.* 52. & Joan. 18. *v.* 11. Nota etiam, quòd ubi clericus licitè interest bello, etsi ipse percutiat, vel vulneret, si clarum est, quòd ex tali percusione non fuit sequta mors, vel mutilatio, licèt alii in pugna illa per alios sint mortui, non est irregularis, Abb. & Joan. de Ana. *in cap. petitio. de homicid.* per textum ibi, vide per Abb. *in dicto cap. quod in dubiis.*

(6) *Con Christianos.* Nota hìc, quòd bello quod Princeps gerit cum christianis, excusari debent Prælati, & alii clerici, ut personaliter bello non intersint, quia speciale est, ut possint interesse in bello contra hostes fidei, ut *in dicto cap. ex multa, §. fin. de voto, cap. igitur*, 23. *quæst.* 8. & *in §. hinc etiam*, & *cap. quo ausu, ead. causa, & quæst.* non tamen ex hoc negatur, quin possint Prælati interesse bellis suis, quæ licitè ratione jurisdictionis suæ, vel ob defensionem movent, ut habetur per Glos. & ibi Præpos. Alexand. *in cap. fin.* 36. *dist.* & habetur *in cap. hortatu*, 23. *quæst.* 8. & per Innoc. *in cap. olim, de restitut. spoliat.*

(7) *Segund fuero de España.* Hoc dicit, fortè propter id quod habetur *in L.* 3. *tit.* 19. & *in L.* 6. 2. *Partita.*

LEX LIII.

Quocumque titulo justo clerici terras acquirant, seu bona alia, efficiuntur domini, & in bonis per eos absque intuito Ecclesiæ quæsitis, succedunt eis propinquiores consanguinei ab intestato: & si eos non habeant, succedit Ecclesia; tenetur tamen ad tributa regalia, quæ habentes prædia illa solvere tenebantur. Hoc dicit.

(1) *Que las ganen con derecho.* Ex suo artificio, seu aliàs, ita quòd non ex bonis Ecclesiæ, seu intuitu Ecclesiæ, ut *in cap. sint manifestæ*, 12. *quæst* 1. & *quæst.* 3. *cap. placuit*: & *cap. quia nos*, & *cap.* 1. *de testam.* & *in cap.* 1. *de pecul. cleric.* in acquisitis verò intuitu Ecclesiæ non succedunt hæredes clerici, *cap. pen.* & *fin. de pecul. cleric.* neque de illis potest disponere in testamento, seu alia ultima voluntate, ut *in cap. cum in officiis*, & *cap. relatum* el 2. *de testam.* Abb. late *in repetitione cap. cum esses, eod. tit.* & est conclusio ab omnibus recepta; licèt Petr. de Palud. *in* 4. *sentent. dist.* 13. *q.* 3. permittat clericis de reditibus beneficii liberè testari, quod est contra dicta jura: ex dispensatione tamen Papæ possunt clerici testari de acquisitis ex reditibus suorum beneficiorum. Et monacho potest Papa dare talem licentiam, ut consuluit Socinus *consil.* 13. 1. *vol.* Jas. & alii per eum relati *in authent. ingressi, C. de sacros. Eccles.* quia hæc prohibitio est juris positivi, ut & novissimè tradit Didacus Covarruvias *in dict. cap. cum in officiis, num.* 7. licèt Abb. contrarium tenuerit *in repetitione cap. cum esses, de testam.* & Philip. Francus, *in rubrica de testam. lib.* 6. *col.* 32. Barba. *in dicto cap. cum in officiis, col.* 5. qui & *in tractatu, de præstantia Cardin. part.* 1. *quæst.* 4. dicit, talem licentiam Papæ concessam testandi clericis intelligendam ad pios usus, non alias; hodie, ut refert Didacus *ubi supra*, ex consuetudine receptum est, solis Episcopis esse necessariam istam licentiam; nam clerici omnes hodie liberè testantur, & disponunt de acquisitis ex reditibus suorum beneficiorum, & intestati decedentes successores habent parentes, fratres & alios cognatos; de qua consuetudine fit mentio *in Curiis de Valladolid, anno Domini* 1523. *petition.* 47. & jussum fuit dari regias provisiones, ut servetur consuetudo in successionibus clericorum, & in petitione dicitur de consuetudine circa testamenta clericorum. Item, & fit mentio *in Curiis de Madrid, anno Domini* 1534. *petit.* 19. ubi nihil fuit provisum, sed tantùm responsum, quòd fiat justitia partibus: istam tamen consuetudinem damnant magis communiter Doctores *in dicto cap. cum in officiis*, & *cap. relatum*, ubi textus tantùm approbat consuetudinem, quæ clericis permittit testari in pios usus. Rochus etiam *in cap. fin. de consuet.* ubi reprobat istum abusum, & alii relati à Didaco de Covarruv. *in dicto cap. cum in officiis, n.* 9: aliqui vero Doctores magnæ authoritatis talem consuetudinem approbant, Hostiens. *in cap. fin. de pecul. cleric.* Joan. Fab. *in §. si verò, Instit. de rerum divis.* Petr. de Palud. *in* 4. *sent. dist.* 13. *quæst.* 3. *artic.* 6. Archiepiscop. Florentin. 3. *part. tit.* 10. *cap.* 3. §. 14. Joan. Andr. *in regula, nemo plus, de regulis jur. lib.* 6. Guillelmus Benedict. *in repetitione cap. Raynutius, de testam. in verbo & uxorem nomine Adelasiam*, & alii etiam relati à Didaco *ubi suprà*, & favet textus *in cap. cum tibi, de verbor. signif.* Ego vero consulerem talibus clericis non multùm inniti tali consuetudini, & quòd saltem disponant in pios usus de talibus acquisitis ex reditibus Ecclesiarum, si tali consuetudini ve-

dellas, e puedenlas heredar despues de su muerte sus fijos legitimos, si los ouieren, e si non, los parientes mas cercanos, segund dize en la sexta Partida en el titulo de las Herencias. Pero si acaesciesse, que algun Clerigo muriesse sin fazer testamento e manda de sus cosas, e non ouiesse parientes que heredassen sus bienes, deuelos heredar la Eglesia (2); en tal manera, que si aquella heredad auia seydo de omes que pechauan al Rey por ella, la Eglesia sea tenuda (3) de fazer al Rey aquellos fueros, e aquellos derechos, que fazian aquellos cuya fuera en ante, e de darla a tales omes, que lo fagan: e esto porque el Rey non pierda su derecho, e la Eglesia aya su derecho en aquellas eredades; e desto auemos exemplo de nuestro Señor Jesu Christo, quando dixo (4) a los Judios, que diessen a Cesar su derecho, e a Dios el suyo. Empero algunas tierras son, en que luego que gana la Eglesia algunas heredades, gana el Rey su derecho en ellas, segun el vso e la costumbre de España, maguer en ante non lo ouiesse y auido.

LEY LIIII.

Que cosas son tenudos los Clerigos de fazer, de que non se pueden escusar por razon de las franquezas que han.

MOstradas son complidamente, en las leyes ante desta, las franquezas que han los Clerigos por razon de la Clerezia. Pero algunas cosas y a, en que touo por bien Santa Eglesia, que se non pudiessen escusar de ayudar los Clerigos a los legos. Assi como en las puentes (1) que fazen nueuamente en los logares, do son menester, para pro comunal de todos. E otrosi en guardar las que son fechas, como se mantengan, e se non pierdan. Ca en estas cosas tenudos son de ayudar a los legos, e de pagar cada vno dellos, assi como los otros vezinos legos, que y ouiere. Esso mismo deuen fazer en las calçadas (2) de los grandes caminos, o de las otras carreras, que son comunales: e para esto fazer, non les deuen apremiar los legos, mas dezirles que lo fagan, e si ellos non lo quisieren fazer, han de mostrarlo a los Perlados,

LL. 3. 11. y 12. tit. 3. lib. 1. Recop.

velint inniti, quia ista pars est tutior, & sic in foro conscientiæ amplectenda: neque scio de generali consuetudine esse, ut in talibus acquisitis consanguinei ab intestato succedant; neque videtur, quòd talis consuetudo, etiam si de facto esset, valeret, cum ita sit gravosa & onerosa Ecclesiis, *cap.* 1. *de consuet.* & quia textus *in dict. cap. cum tibi*, potiùs videtur facere in contrarium, cum Papa ibi contra talem consuetudinem disponat: istis abusibus non sunt habenæ laxandæ. Unde velut trepidus in re tanti ponderis amplius cogitandum aliis relinquo super valore talis consuetudinis, cum & videam Episcopum Abulensum, Matth. 6. *cap. in* versic. *cum ergo*, fateri de plano, de talibus acquisitis intuitu Ecclesiæ non posse clericum testari, neque de tali consuetudine aliquid asserit, neque eam allegat: notandum tamen est, quòd licèt aliàs non valeat consuetudo, quæ est onerosa Ecclesiis, ut *dicto cap.* 1. tamen, quando dubium est inter Doctores in jure super eo in quo disponit consuetudo, standum est consuetudini, ut tradit Abb. *consil.* 25. *col. fin.* 2. *volum.* incipit, *in quæstione quæ ad præsens vertitur*, & dicit Decius *in cap. atsi clerici, in princ. col.* 13. *de judic.* quòd ista conclusio videtur habere locum, licèt in tali dubio communis opinio esset pro altera parte.

(2) *La Iglesia.* Adde *cap.* 1. & ibi Glos. *de succes. ab intestat.* & *L. si quis presbyter, C. de Episc. & cleric.*

(3) *Sea tenuda.* Intellige ut dixi suprà *eod. in L.* 51. *in glos. super* verbo *por razon de sus personas.* An autem sit dare remedium, ut clerici teneantur ad tributa, vel collectas pro prædiis ad eos, vel Ecclesiam transeuntibus, vide Bart. *in L. rescripto*, §. *sciendum*, *ff. de muner. & honor.* & per Bald. *in L. placet, C. de sacrosanct. Eccles.* latè Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ*, *col.* 27. *cum seq. de constitut.*

(4) *Dixo.* Vide Matth. *cap.* 22. *v.* 21. & Marc. *cap.* 12. *v.* 17.

LEX LIIII.

A constructione, vel refectione pontium & viarum clerici non excusantur, & si contribuere recusent, sunt ad id per suos Prælatos compellendi. Hoc dicit.

(1) *En las puentes.* Adde *L. ad instructionem*, *C. de sacrosanct. Eccles.* & *in L.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. regal.* & *L.* 20. *tit. fin. infrà*, 3. *Part.* & adde, quòd similiter tenebuntur mittere rem suam, navem vel currum, sicut alii ad deferendum victualia, & necessaria reipublicæ, *L. jubemus nullam*, & ibi Bart. *C. de sacrosanct. Eccles.* quòd tamen de jure Canonico non procedere affirmat Abb. *in cap. non minus, de immunit. Eccles.* Item tenetur Ecclesia conferre, & ecclesiasticæ personæ ad redimendum se à pessimis societatibus, quæ discurrunt deprædando territoria, ut tradit Bart. *in L. fin. in fin. C. de cursu publico, lib.* 12. Joan. de Plat. *in L. fin. C. de exactor. tribut. lib.* 10. quod etiam tenet Abb. *in dicto cap. non minus*, cum temperamento, de quo ibi per eum, *col. fin.* Item tenetur Ecclesia mittere granum in foro ad vendendum tempore necessitatis, *L.* 1. & ibi Bart. *C. ut nemini liceat in empt. specier. se excus. lib.* 10. Joan. de Plat. *in dicta L. fin. col.* 2. Item, & ad refectionem murorum, quæ sunt ad defensionem, non quæ ad decorem, secundum Jacob. Butric. & Bald. *in dicta L. ad instructionem*: *dict. L.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *in Ordin. regal.* quod & impugnat Abb. *in dicto cap. non minus*, dicens, se consuluisse de facto per motiva, quæ ibi poteris videre; & contrarium etiam tenet Glos. *in dicta L. ad instructionem*, & Glos. *in* §. *novarum*, 16. *quæst.* 1. pro quo & facit *L.* 3. *C. de divers. præd. urb. lib.* 11. ubi habetur, quòd tertia pars proventuum, quos Imperator recepit de qualibet civitate, reservatur in refectionem murorum, quæ tamen lex malè servatur de consuetudine, secundum Andr. de Baru. & Plateam ibi: facit etiam *L. fin. C. de vectigal. L. splendidissimi*, *C. de oper. public.* & *authent. de collator.* §. *jubemus*, *col.* 9.

(2) *En las calzadas.* Adde *dict. L. ad instructionem*, & *dict. L.* 1. *Ordin. regal.* Bart. tamen *in dict. L. ad instructionem*, tenet, quòd Ecclesia non tenetur ad ista, ex eo quia quod non est onus reale, sed quod imponitur personæ pro rebus, quod non potest imponi Ecclesiæ, per textum *in authent. item nulla communitas, C. de Episc. & cleric.* sicut neque forensis teneretur ad contribuendum pro tali via publica, *L. rescripto*, §. *fin.* cùm glos. *ff. de muner. & honor.* Glos. *in L. indictiones*, *C. de annon. & tribut. lib.* 10. Joan. de Plat. *in L.* 2. *C. de immun. nem. conced. lib.* 10. ubi vide notatum, qualiter debeat contribui in refectionibus viarum. Mihi verò in istis contributionibus pontium & viarum, & similium, quæ tangunt communem utilitatem clericorum & laicorum, placet opinio Abb. *in dicto cap. non minus*, quæ etiam placuit Joan. Andr. & Host. & aliis ibi per eum relatis, *col. pen. & fin.* tenet etiam Paul. de Castr. *in dicta L. ad instructionem.* Joan. de Plat. *in dicta L. fin. C. de exactor. tribut. lib.* 10. ut neque Ecclesia, neque clerici ad contributionem in talibus teneantur ex dispositione legum Civilium, quibus non ligatur Ecclesia; & quando talis necessitas seu utilitas occurrat, servanda sint jura canonica, sci-

dos, que gelo fagan fazer, e ellos son tenudos (3) en todas maneras de gelo mandar complir, porque son obras buenas, e de piedad.

LEY LV.

De quales otras cosas son franqueados los Clerigos, que non pechen, e de quales non deuen ser escusados.

DIezmos (1), e primicias (2), e ofrendas (3) son quitamente de la Eglesia, e non deuen los Clerigos dar pecho dellos al Rey, nin a otro ome ninguno. E otrosi de las heredades que dan los Reyes, e los otros omes a las Eglesias, quando las fazen (4) de nueuo, o quando las consagran, non deuen por ellas pechar, nin por las que les dan por sus sepulturas (5). Esso mismo es de las Eglesias, que son fechas, e fincaron desamparadas, ca las heredades que les diessen, para mantenerlas, que non deuen por ellas pechar. E otrosi de los donadios que los Emperadores, e los Reyes dieron a las Eglesias, non deuen por ellas pechar los Clerigos ninguna cosa, fueras ende aquello que estos Señores touieron para si (6) señaladamente. Mas si por auentura la Eglesia comprasse algunas heredades, o gelas diessen omes que fuessen pecheros al Rey, tenudos son los Clerigos (7) de le fazer aquellos pechos, e aquellos derechos, que auian a complir por ellas aquellos de quien las ouieron; e en esta manera puede dar cada vno de lo suyo a la Eglesia, quanto quisiere, saluo si el Rey lo ouiesse defendido (8) por sus priuillejos, o por sus cartas. Pero si la Eglesia estouiesse en alguna sazon, que non fiziesse el fuero que deuia fazer por razon de tales heredades, non deue por esso perder el señorio (9) dellas, como quier que los Señores puedan apremiar a los Clerigos, que las touieren, prendandolos (10) fasta que lo cumplan.

LEY LVI.

Quales franquezas han los Clerigos en judgar los pleytos spirituales.

FRanqueados son avn los Clerigos en otras cosas, sin las que diximos en las leyes antes desta, e esto es en razon de

scilicet *cap. non minus*, & *cap. adversus*, *de immun. Eccles.* ut Romanus Pontifex super talibus consulatur, quando Ecclesia, vel clerici in hoc succurrere communibus necessitatibus debeant; & ubi tanta necessitas immineret, quòd non possit sine aliorum scandalo, & periculo haberi priùs recursus ad Papam, sufficeret tunc deliberatio Episcopi & clericorum, argum. *L. tutor qui repertorium*, *ff. de administ. & peric. tutor.* & tenet Abb. *ibid. col. pen.* & juxta illa jura canonica, limitarem LL. istas regni. Crederem tamen, non ad liberam voluntatem Episcopi & clericorum referendum esse verbum illud *cap. non minus*, cum dicit: nisi Episcopus, & clerus tantam necessitatem vel utilitatem aspexerint, ut absque ulla coactione ad relevandas communes utilitates vel necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias æstiment conferenda; talem enim æstimationem arbitrio boni viri censeo relinquendam, non liberæ voluntati: & sic, quòd in talibus piis, & communibus operibus debeant contribuere, & ad hoc suam voluntatem præstent, & assensum; verbum namque *si æstimaverit*, ad arbitrium boni viri, non ad placitum voluntatis refertur, *L. fideicommissa*, §. *quamquam*, *ff. de legat.* 3.

(3) *Son tenudos.* Nota hoc verbum ad id quod dixi *in glos. proxim. in fin.* & quia Prælati possunt in hoc aliquando renuere, & quia Romanus Pontifex, ut dixi, esset consulendus, tutum esset, quòd impetraretur à Romano Pontifice, ut Prælato præsidenti in Consilio regali committeret hoc, ut possit in hoc negligentiam Prælatorum supplere.

LEX LV.

Pro decimis, primitiis, oblationibus, terris, vel aliis in ædificatione, refectione, seu consecratione Ecclesiæ donatis à quocumque, vel pro sepulturis, nulla onera tenentur clerici subire, neque pro donatione à Rege vel Imperatore Ecclesiæ facta, nisi in donatione aliqua sibi specialiter retinuerit: pro aliter autem quæsitis per Ecclesiam, tenentur ad onera, quæ pro eis ante tenentes solvebant Regi; quæ tamen ob solutionis cessationem non incidunt in commissum, sed per dominum etiam laicum compelluntur clerici ad solutionem, capiendo seu retinendo rem loco pignoris quousque de tributo fuerit satisfactum. Hoc dicit.

(1) *Diezmos.* Ad Regem nihil de decimis, *cap. tua, de decimis*, & vide *in càp. decimas*, 16. *quæst.* 7. & *cap.* 1. *de censib.* à quo lex ista habet ortum, & à notatis in glos. *in cap. secundum canonicam*, 23. *quæst.* 8.

(2) *Primicias.* De istis vide per Glos. *in cap.* 1. 13. *quæst.* 1. & an sint in præcepto, & quæ quantitas sit solvenda, vide *in cap.* 1. *de decimis*, ubi per Abb. & infrà *ead. Part. tit.* 19.

(3) *Ofrendas.* Vide de his infrà *ead. Part. tit.* 19.

(4) *Las fazen.* Vide *in dicto cap.* 1. *de censib.* ubi Abb. declarat de dote necessaria, sine qua Ecclesia commodè non potest substentari in statu debito: & si patronus dat solùm dotem necessariam Ecclesiæ, non potest retinere sibi aliquam pensionem, vel aliquod servitium, etsi adsit auctoritas Episcopi, secundum Abb. ibi: & vide Glos. *in cap. secundum canonicam*, 23. *quæst.* 8.

(5) *Por sus sepulturas.* Ortum habet à *cap. secundum canonicam*, 23. *quæst.* 8.

(6) *Touieron para si.* Vide *in dicto cap.* 1. *in fine*, & *in cap. sancitum*, 23. *quæst.* 8.

(7) *Clerigos.* Intellige ut dixi suprà *eod. in L.* 51. de certo tributo rei annexo, & tradit Hostiens. *in summ. de immun. Eccles.* §. *à quibus muneribus*, vers. *ad ordinaria vero*: 11. *quæst.* 1. *cap. si tributum*, & *cap. magnum*: & 23. *quæst.* 8. *cap. convenior*, *cap. tributum.*

(8) *El Rey lo ouiesse defendido.* Intellige in donationibus, vel contractibus per Regem factis; secùs esset, generaliter statutum vel legem condendo, ne quis prædia sua alienaret in Ecclesiam; id enim non valeret, quia esset contra libertatem Ecclesiæ, ut tradit Bart. *in L. filius familias*, §. *Divi*, *col.* 3. *ff. de leg.* 1. Joan. de Plat. *in L. fin. C. de exactor. tribut. lib.* 10. & *in L.* 2. *C. de præd. & rebus navicul. lib.* 11. & patet ex notatis *in cap. Ecclesia S. Mariæ*, *de constit.*

(9) *Perder el señorio.* Adde *L. placet*, *C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Glos. *in verbo*, *translationum.*

(10) *Prendandolos.* Id est, capiendo, seu retinendo rem loco pignoris quousque de tributo fuerit satisfactum, ut tradit Hostiens. *in summa*, *de immun. Eccles.* §. *à quibus muneribus*, *col.* 1. ita intelligens *L. si divina*, *C. de exactor. tribut. lib.* 10. dicit & Joan. Andr. *in cap. verum*, *de foro compet.* quòd si Ecclesia non subierit onera imposita, quòd licèt laico donatori sua authoritate rem capere, argum. *cap. verum*, *de condit. apposit.* & vide quæ dixi suprà *eod. in L.* 51. *in glos. super*, verbo *por razon de sus personas.*

LEX LVI.

Sunt etiam clerici circa jurisdictionem privilegiati, quia cau-

de sus juycios, que se departen en tres maneras. Ca, o son de las cosas spirituales, o de las temporales, o de fecho de pecado. Onde de cada vna destas tres maneras mostro Santa Eglesia, quales son, e ante quien se deuen judgar aquellos que fueren demandados por qualquier dellas, e mostro: que aquellas demandas son spirituales, que se fazen por razon de diezmos (1), o de primicias, o de ofrendas, o de casamiento (2) o sobre nascencia de ome o de muger, si es legitimo, o non (3), o sobre elecion (4) de algun Perlado, o sobre razon de derecho de Patronadgo (5), ca como quier que le puedan auer los legos, segun dize adelante en el titulo que fabla del; pero porque es de cosas de la Eglesia, cuentase como por espiritual. E otrosi son cosas spirituales los pleytos de las sepulturas (6); e de los Beneficios (7) de los Clerigos, e los pleytos de las sentencias, que son de muchas maneras, assi como descomulgar, e vedar, e entredezir, segun se muestra en el titulo de las Descomulgaciones. Otrosi pleytos de las Eglesias, de qual Obispado (8), e de qual Arcedianadgo deuen ser, o de los Obispados, a qual Prouincia pertenescen. Otrosi son spirituales los pleytos que acaescen sobre los articulos de la Fe (9), e sobre los Sacramentos (10). E todas estas cosas sobredichas, e las otras semejantes (11) dellas, pertenescen a juyzio de Santa Eglesia, e los Perlados las deuen judgar.

LEY LVII.

En quales pleytos temporales han franqueza los Clerigos, para judgarse ante los Juyzes de Santa Eglesia, e en quales non.

Temporales son llamados los pleytos, que han los omes vnos con otros, sobre razon de heredades, o de dineros, o de bestias, o de posturas, o de auenencias, o de cambios, o de otras cosas semejantes destas, quier sea mueble, o rayz: e quando demanda vn Clerigo con otro (1) sobre alguna destas cosas, deuese judgar ante sus Perlados, e non ante los legos; fueras ende si el Rey, o otro Rico-ome, diesse tierra de heredamiento a Eglesia, o algun Clerigo que touiesse del; ca si tal pleyto como este le mouiesse alguno sobre ella, quier fuesse Clerigo o lego, ante aquel deue responder, que gela dio (2) o de quien la

Ley 6. tit. 1. lib. 4. Rec. *Ley 5. tit. 3. lib. 1. Rec.*

causa spiritualis est per judicem ecclesiasticum decidenda, ut decimarum, primitiarum, oblationum, electionis Prælati, matrimonii, legitimationis, juris patronatus, sepulturæ ecclesiasticæ, præbendarum, excommunicationis, suspensionis, interdicti, limitationis diœcesis, cujus provinciæ vel diœcesis Ecclesia sit, & super articulis fidei, sacramentis Ecclesiæ, vel alia simili causa. Hoc dicit.

(1) *De diezmos.* Adde *cap. tua, de decim.*

(2) *De casamiento. Cap.* 1. 10. *dist. cap. causam matrimonii, de offic. delegat. cap.* 1. *in fin. de consang. & affin. cap. inter corporalia, de transl. Episcop. vel elect.*

(3) *Legitimo, o non.* Adde *cap. lator, qui filii sint legit. cap. tuam, de ordine cognit.* & quid si quæstio sit in judicio possessorio, & opponatur de illegitimitate, vide *in cap. causam quæ*, el 2. *qui filii sint legit.*

(4) *Elecion.* Vide *de elect. per totum*, & 96. *dist. in cap. bene quidem*, & *per totum*, & 11. *quæst.* 1. *cap.* 2. *de judic.*

(5) *Derecho de Patronadgo.* Vide *in cap. quanto, de judic.*

(6) *De las sepulturas.* Intellige sive agatur actione reali pro ipso usu funeris, vel personali ex promissione, ut declarat Abb. *in cap. quanto, in fin. de judic.* licèt Anton. ibi voluit, quod si agatur personali, posset judex laicus cognoscere; opinionem Abb. tenet ibi Decius, & huic opinioni favet ista lex generaliter disponens tam in jure patronatus, quàm in jure funerandi.

(7) *De los Beneficios.* Vide *in cap.* 2. *de judic.* & *de præbend. per totum*, & *in cap. contingit, de arbitris.*

(8) *De qual Obispado.* Adde *cap.* 1. 10. *dist.*

(9) *Sobre los articulos de la Fe.* Adde *cap. quoties*, 24. *quæst.* 1. & *cap. majores, de baptism.*

(10) *Los Sacramentos.* Adde *cap. certum est*, 10. *dist.* & *cap.* 2. *de judiciis.*

(11) *Semejantes.* Ut in causa monachationis, vel alia quacumque spirituali causa.

LEX LVII.

In causis temporalibus clericus convenitur coram judice ecclesiastico, nisi in causa feudi, in qua convenitur coram feudi domino: sed & clericus laicum coram judice convenit sæculari, coram quo respondebit clericus, si reconveniatur. Item & coram judice sæculari clericus prosequitur causam cœptam contra laicum, cujus hæres est. Item in causa evictionis clericus venditor defendit emptorem laicum coram judice sæculari. Hoc dicit.

(1) *Vn Clerigo con otro.* Adde *cap.* 1. & *cap. si diligenti, de foro comp.* & *in authent. ut cleric. apud prop. Episcop. collat.* 6. & *authent. clericos, C. de Episcop. & cleric.*

(2) *Que gela dio.* Adde *cap. cæterum, de judic,* & *cap. ex transmissa, de foro comp.* & vide *L. fin. tit.* 26. 4. *Partit.* & quæ ibi dixi; & ista est communis Doctorum opinio, quam Barbatius nisus fuit impugnare *in dicto cap. cæterum de judic.* per aliqua fundamenta non multum urgentia, & ejus opinio est contra textum expressum *in dicto cap. ex transmissa*; & motivis Barbat. respondet Francisc. Curtius *in suo tractatu feudali, part.* 7. versic. *circa istam secundam regulam,* & ibi si volueris, poteris in principio illius septimæ partis videre duodecim limitationes ad istam regulam, in quibus dominus feudi non erit judex: dixi aliquas *in dicta L. fin.* sed an in bonis patrimonialibus temporalibus, quæ habet clericus, subditus erit Principi sæculari, in cujus regno tenet bona? Videtur, quòd non, quia in talibus bonis gaudet clericus privilegio fori, ut tradit Oldráld. *consil.* 83. incipit, *an Episcopùs.* Abb. *in cap. qualiter*, el 1. *de judic.* & *in cap. constitutus,* 1. *notab. de in integr. restit.* & Marianus Socin. *in cap. sanè, de foro comp.* & facit *L. decernimus, C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. etiam *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, col. antepen. de constit.* dicit, quòd statutum laicorum non potest disponere super bonis patrimonialibus clericorum, nam hæc secundum eum non subjiciuntur foro laicorum. Bald. etiam. *in L. si quis presbyter. C. de Episc. & cleric.* vult, quòd sicut per sententiam judicis bona clerici non possunt applicari fisco Imperii, sic neque per sententiam legis: si tamen clericus impediret jurisdictionem Principis sæcularis, posset judex sæcularis punire clericos, non in persona, sed in bonis, textus cum glossa, & ibi Paul. de Castro post Guilliel. *in L. addictos, C. de episcopal. aud.* Vide in ista materia quæ tradit Guillielm. Benedict. *in repetit. cap. Raynutius, de testam. in parte & uxorem nomine Adelasiam, in tertia decisione, ad fin.* ubi tradit de bonis feudalibus, in quibus clericus recognoscit superioritatem Principis sæcularis. An autem Princeps sæcularis possit clericos delinquentes de suo territorio expellere, videas Bald. *in §. si clericus, de pace te-*

la tiene, e non ante otro. Mas si el Clerigo demandare alguna cosa al lego temporal, tal demanda como esta deue ser fecha ante el Judgador seglar (3), e si ante quel pleyto se acabasse, el lego a quien demanda, quisiere fazer otra demanda al Clerigo su demandador, alli deue responder (4) por aquel mismo juycio, e non se puede escusar por la franqueza que han los Clerigos por razon de la Eglesia. Otrosi quando el Clerigo hereda los bienes del ome lego, e otro alguno ha demanda contra aquel lego (5), por razon de aquel auer, o de daño que ouiesse fecho, tenudo

es

tenend. & ejus violat. ubi tenet, quòd non; Guilielm. Benedictus *in repet. cap. Raynutius, de testam. in* verbo *& uxorem nomine Adelasiam, in 2. decisione* allegat in contrarium, *L. quicumque, C. de Episc. & cleric.* per quem textum dicit, quòd Curia Regis Franciæ pro criminibus læsæ majestatis, falsæ monetæ, fractionis salvæ guardiæ regiæ bannit clericos de regno, quoties delinquendo reipublicæ officiunt; sed periculosa sunt ista & cavenda, & remittendi sunt isti suo judici, ut dicit Bald. *ubi suprà* & vide *L.* 49. & 60. *infrà eodem.*

(3) *Ante el Judgador seglar.* Adde *cap. si clericus laicum, & in cap. cum sit generale, de foro comp. cap. experientiæ,* 11. *quæst.* 1.

(4) *Alli deue responder.* Habes hìc, quòd in causa reconventionis clericus respondet coram judice sæculari, & ista est communis opinio etiam inter Doctores juris Canonici, & Civilis, ut tradit Decius *in cap. etsi clericis, in princip. num.* 25. *de judic.* & istam opinionem tenet Glos. *vers. Christus, in cap. convenior.* 23. *quæst.* 8. & secundum Joan. Andr. *in dicto cap. etsi clerici,* hanc opinionem approbat antiqua consuetudo; & licèt Abb. ibi teneat contrariam opinionem post alios per eum ibi relatos, ipse tamen *ibidem, col.* 11. fatetur, quòd cum iste casus reddatur valde disputabilis ex tantorum Doctorum opinionibus, attendenda est consuetudo, quæ est optima legum interpres, *L. si de interpretatione, ff. de legib. cap. cum dilectus, de consuet.* limita tamen istam legem & communem conclusionem, nisi reconventio fiat super causa spirituali, vel annexa spirituali; tunc enim remittenda est talis causa ad judicem ecclesiasticum, *cap. tuam, de ord. cognit. cap. lator. qui filii sint legit.* Glos. *in cap.* 1. §. *cujus in agendo,* 3. *quæst.* 8. Innoc. & communiter Doct. *in cap.* 1. *de mutuis petit.* Abb. *in dicto cap. etsi clerici, in principio, col.* 7. Item limita, nisi reconventio fieret de crimine etiam civiliter, per textum *in cap. unic. de cleric. conjug. lib.* 6. & tenet Joan. Andr. & quasi communiter Canonistæ *in dicto cap.* 1. *de mut. petition.* Abb. *in dicto cap. etsi clerici col.* 8. ubi Decius *in dicto num.* 25. dicit, istam esse communem opinionem, & reprobantur glossæ quæ contrarium voluerunt, quando de crimine ageretur civiliter ad pœnam pecuniariam, *in cap. multi,* 2. *quæst.* 1. & *in dicto cap. etsi clerici, in princip.* Item limita, nisi laicus injuriaretur clerico super aliquo, ut ipse conventus à clerico coram judice ipsius laici, possit clericum coram ipso judice reconvenire, quia talis fraus sibi non debet prodesse, *L.* 2. §. *sed si agat, ff. de judic. cap. relatum,* §. *ad hoc, de jure patron.* & tenet Spec. *tit. de reconvent.* §. 1. vers. *quid si laicus*: imò, & si istud non fieret in fraudem, vult Bald. *in cap.* 1. *de controv. feud. apud pares termin.* vers. *item est ista glossa in argumentum,* quòd si clericus agat de injuria sibi illata, vel de furto, vel alio maleficio, quòd non possit reconveniri coram judice laico, ex eo quòd nullus privilegiatus agens de injuria, vel furto, vel alio maleficio sibi illato, potest reconveniri coram alias non suo judice, per textum *in dict.* §. *sed si agam.* Unde & ista erit alia solemnis limitatio ad istam legem, & opinionem communem, ut procedat quando ageretur per clericum de contractu, vel testamento, vel dominio alicujus rei, non quando ageret de injuria sibi illata, vel furto, vel alio maleficio; super quo tu cogita, quia Specul. tantùm vult hoc procedere quando fit in fraudem, & vide Bald. *in authent. & consequenter, col.* 3. vers. *quid si clericus, C. de sent. & interloc. omn. judic.* ubi in effectu ponit quasi omnia quæ dicta sunt, & tenet idem quod *in dicto cap.* 1. *de controv. feud. apud par. term.*

(5) *Demanda contra aquel lego.* Id est, si lite cœpta cum laico, moriatur laicus cui clericus successit, quòd transit instantia in ipsum clericum, & tenetur respondere coram judice laico, coram quo lis cœpta fuit: & quod iste sit verus sensus hujus litteræ patet, cum dicit, *ha demanda contra aquel lego*; nam si laicus ante litem motam mortuus esset, non poterat dici, quòd laicus impeteretur, quia neque petitio, neque processus fundari posset contra mortuum, *L. de qua re,* §. *cum absentem, ff. de judic. L. in summa, ff. de re judic. L. penult. ff. quæ sent. sine appel. rescind. L. cum quasi, ff. de fideicom. libertat. L.* 15. *tit.* 22. 3. *Part.* Ut ergo ista verba possint procedere, debet intelligi, quòd ista lis mota fuit contra laicum viventem, & quòd in isto sensu capi debeat ista littera, facit *L.* 23. & ibi dixi, *suprà eod.* Reprobatur ergo hìc secundum istum intellectum opinio Ant. de But. & Abb. *in cap. quia Gu. de judic.* quos sequitur ibi Decius, & tenet etiam ibi Joan. de Imo. Bal. & Sal. *in L.* 1. *C. si pend. appel. mors interv.* Ang. *in L. tam ex contractibus, ff. de judic.* Fel. *in dicto cap. quia Gu.* & approbatur opinio contraria quam tenuit Ang. & Paul. de Castr. *in L. hæres absens, ff. de judic.* Joan. de Imo. *in L. si eum, col. pen. ff. de fidejuss.* Francisc. de Aret. & Barba. *in dicto cap. quia Gu.* Paul. de Cast. & Ludo. Roma. *in L. si constante,* §. *fin. ff. solut. matrim.* Dicere autem, quòd hæc lex velit, quòd etiam lite non cœpta cum laico defuncto, hæres clericus conveniatur coram judice sæculari, est dicere quid absurdum, & contra conclusionem omnium Doct. Bart. & aliorum, *in dicta L. hæres absens, in princ. ff. de judic.* Glos. *in cap. clericum nullus,* 11. *quæst.* 1. & Canonistarum *in dicto cap. quia Gu.* & contra textum *in cap.* 2. & 3. & *cap. experientiæ,* 11. *quæst.* 1. neque testator posset gravare clericum hæredem, subjiciendo eum judici seculari, secundum Bald. *in L.* 2. *C. ut in poss. legat.* & ad *L. hæres absens, in princ.* respondent Doct. quòd intelligatur de privilegio speciali, non de privilegio clauso in corpore juris, prout est istud: vel potest aliter responderi, secundum Archid. post Joan. de Fan. quòd illa lex loquitur de privilegio loci, per quod vellet eximi à loco, non de privilegio personæ, quod patet ex verbis ibi positis, *ibi,* & *ubi,* quæ localiter ponuntur; præterea ibi loquitur de proprio privilegio, & clericorum privilegium non est proprium, sed totius ordinis, & quod Alber. refert *in dicta L. hæres absens,* determinatam fuisse Pergami per antiquos, quòd clericus succedens laico conveniri possit coram judice sæculari pro contractibus laici, cui successit, non potest stare, cum ex eo, quòd bona laici jam sunt commixta cum patrimonio clerici, non dicuntur jam bona defuncti, *L. sed si plures,* §. *filio, ff. de vulg. & pupil. L.* 1. §. *veteres, ff. de acquir. poss.* unde actor debet sequi forum rei, & non est ratio, cur ab ista regula recedere debeamus: verba igitur hujus legis restringenda sunt, & intelligenda, quando lis fuit cœpta cum defuncto, ut dixi, & satis est, quòd in hoc operentur, in casu ubi tanta diversitas est inter Doct. utriusque juris; & per hoc posset dici, quòd instantia litis super bonis majoriæ cœpta cum defuncto laico, transeat in clericum succedentem in majoria, per supra dicta, & per textum, & ibi Paul. de Castr. *in L. si eum hominem, ff. de fidejus. L. si operarum judicio, ff. de oper. libert.* in contrarium tamen facit *dict. L. si constante,* §. *fin. ff. solut. matrim.* secundum intellectum Bart. ibi; cum talis clericus habeat judicem proprium, & sic locum debeat habere, quod habetur *in cap. clericum,* 11. *quæst.* 1. ista lex Partitarum multum facit pro prima parte; adverte etiam, quòd Andr. de Iser. *tit. quæ sunt rega. in parte contrahentium incestas nuptias, col.* 2. dicit, quòd si agatur contra tenentes bona proditoris, ut confiscentur domino temporali, cui erat subditus, & tenens bona proditoris erat clericus, quòd sæcularis judex cognoscat, argum. *L. Manichæos, C. de hæret.* & §. *per contrarium, instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* quod dictum videtur carere ratione, & juridico fundamento per supradicta, nisi forte clericus non contradiceret, & fateretur bona esse proditoris: adverte etiam, quòd Bald. *in L. fin. C. de edict. divi Andr. tollen. in versic. sed hic quæritur,* dicit, quòd si sunt plures possessores hæreditatis, quibus universaliter deberet offerri libellus, quòd si omnes essent laici, excepto uno, qui esset clericus, quòd debebit agitare judicium coram judice sæculari.

es el Clerigo de fazer derecho ante aquel Judgador seglar, do le faria aquel de quien hereda el auer, si fuesse biuo. Esso mismo seria quando algun Clerigo vendiesse alguna cosa al lego, mueble o rayz; ca si otro alguno le mouiesse pleyto sobre ella, ante aquel Judgador seglar le deue responder, e redrar, e sanar aquella cosa, ante quien faze la demanda al lego (6).

LEY LVIII.

De los juizios que pertenescen a Santa Eglesia por razon de pecado.

Todo ome que fuesse acusado de heregia (1), e aquel contra quien mouiessen pleyto por razon de vsuras (2), o simonia (3), o de perjuro (4), o de adulterio (5); assi como acusando la muger al marido, o el a ella, para partirse vno de otro, que non morasen en vno; o como si acusassen algunos que fuessen casados, por razon de parentesco, o de otro embargo que ouiessen, porque se partiesse el casamiento del todo: o por razon de sacrilejo (6), que se faze en muchas maneras, segun se muestra en esta Partida, en el titulo que fabla, de los que roban o entran por fuerza las cosas de la Eglesia (7); todos estos pleytos (8) sobredichos, que nascen destos pecados, que los omes fazen, se deuen judgar e librar por juyzio de Santa Eglesia.

LEY

(6) *Ante quien faze la demanda al lego.* Adde *L. venditor, ff. de judic.* & Glos. *in cap. clericum nullus*, 11. *quæst.* 1. & Abb. *in cap. fin. de empt. & vend.* & vide latè & eleganter per Socin. *in consil.* 91. 3. *vol.* incipit, *casus, super quo consilium postulatur, in 7. dubio*, ubi in hoc concludit idem quod habetur in ista lege, & intelligit glossam *dict. cap. clericum nullus*, ita ut non sit in hoc contraria, prout à quibusdam allegatur: aliqui enim allegant illam glossam quod clericus veniens ad defensionem rei trahit actorem coram judice ecclesiastico, prout fuit Joan. de Plat. *in L. 2. C. de usuariis, & susceptor. lib.* 11. Paul. de Castr. ubi refert Specul. *in dicta L. venditor, ff. de re judic.* in sensu verò contrario allegat eam Abb. *in dicto cap. fin.* vers. *sed est dubium notabile.*

LEX LVIII.

Causa hæresis, simoniæ, usurarum, perjurii, adulterii ad separationem thori, divortii, sacrilegii, pertinet ad jurisdictionem Ecclesiæ. Hoc dicit.

(1) *Heregia.* Istud est merè ecclesiasticum crimen, & in eo judex sæcularis se non intromittit, respectu cognitionis; respectu tamen executionis ad petitionem Ecclesiæ, sic, ut *in cap. ut inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. lib.* 6.

(2) *De usuras.* Super hoc fuit triplex opinio, prout tradit Felin. *in cap. cum sit generale, de for. compet. col.* 2. Prima, quòd hujus criminis cognitio semper sit ecclesiastica, nisi esset quæstio de solo calculo; hanc tenet Bald. *in L. quotiens, C. de judic.* Anch. *in Clement.* 2. *eod. tit.* Glos. & Imol. *in dicto cap. cum sit.* Secunda, quòd semper sit mixta, hanc tenet Salic. *in L. eos, §. fin. C. de usur.* Archid. *in cap. quid dicam*, 14. *quæst.* 4. & alii ibi relati à Fel. *in cap. cum sit.* Tertia, quòd cognitio sit mixta solùm ubi est quæstio facti, quam tenet Bart. & multi alii, quos ibi videbis per Felin. & ab ista, secundum Felin. non est tutum recedere per ea, quæ ibi latè traduntur per eum.

(3) *De simonia.* Allegat Joan. Andr. *de simon. per totum*; hoc crimen vult Abb. *in dicto cap. cum sit generale*, quòd sit merè ecclesiasticum, & sæcularis de eo non possit se intromittere, quia simonia dicitur hæresis, 1. *quæst.* 1. *cap. altare, & cap. quoniam, de simon.* & quia originem prohibitionis habet ab Ecclesia. Joan. de Imo. *in dicto cap. cum sit*, dicit, quòd sæcularis potest punire simoniacum, lata sententia ab ecclesiastico, quem sequitur Joan. de Ana. *in rubrica, de simon.*

(4) *Perjuro.* Procedit secundum Abb. *in dict. cap. cum sit, col.* 9. sive agatur de juramento respectu fori pœnitentialis, sive de remissione vinculi juramentalis, sive dubitetur, an sit licitum vel illicitum, & sic servandum, aut non servandum; in his enim cognitio tantùm spectat ad judicem ecclesiasticum. Si tamen agatur ad pœnitentiam transgressionis, dicit, quòd uterque potest esse judex; idem si agatur, ut juramentum servetur, vel de eo excipiatur, & juramentum est validum secundum utrumque jus. Sed eo casu, quo juramentum de jure Civili non producit actionem, neque exceptionem cognoscit ecclesiasticus. Item, & sæcularis tenetur in hoc sequi jus Canonicum: videas ibi latiùs per eum, & de aliis in materia ista, & ibidem per Felin. *col.* 5. 6. & 7.

(5) *Adulterio.* Sequitur ista lex opinionem Joan. Andr. de qua per eum *in dicto cap. cum sit generale, & in cap. cum C. laicus, de foro competent. lib.* 6. quòd tunc crimen adulterii dicitur ecclesiasticum, quando agitur ad separationem thori matrimonialis: tene menti, quia Abb. *in dicto cap. cum sit, col.* 10. vult, quòd etiam ecclesiasticus possit punire adulterium, quatenus agitur ad aliam pœnam citra sanguinem, allegat *cap. de Benedicto, cum glos.* 32. *quæst.* 1. & *cap.* 1. *de offic. ordin.* opinionem Joan. Andr. tenet Ang. *in authent. sed hodie, C. de adult.* confert quod dicit beatus Chrysostom. 2. *libro, de sacerdotio, col.* 4. ibi: *neque enim nobis facultas tanta à legibus data, ad delinquentes coercendos, &c.*

(6) *Sacrilejo.* Adde *dict. cap. cum sit generale*, ubi quòd istud crimen est mixti fori, & ex remissione quam facit ista lex *ad tit* 18. *infrà eod.* & signanter ex *L. 3. ad fin. illius tituli*, videntur in multis comprobari dicta Innoc. *in dicto cap. cum sit*, quæ latius prosequitur ibi Abb. *col.* 3. 4. 5. & 6. videlicet quando intervenit fraus, vel nullitas super contractu rei Ecclesiæ, quia & isti fraudantes Ecclesiam, possunt dici malefactores Ecclesiæ, juxta *dict. cap. cum sit*; nisi dicas, quòd ista lex & illa loquantur quando intervenit vis seu violentia, intrando res Ecclesiæ; dicta Innocent. & Abb. approbantur à multis: licèt enim de re Ecclesiæ, vel clerici, laicus conveniatur coram sæculari, secundum communem opinionem Doctorum contra Abb. *in cap. si clericus laicum, de for. compet.* tamen in casibus specialibus habentibus rationem sacrilegii, vel quasi sacrilegii, volunt Innocent. & sequaces, quòd etiam conveniatur coram ecclesiastico.

(7) *De la Eglesia.* Quid si invadantur bona clerici? Abb. *in dicto cap. cum sit*, vult esse idem, & dicit esse casum *in cap. similiter*, 16. *quæst.* 1. & *in cap. si quis de potentibus*, 24. *quæst.* 3. & procedet hæc opinio sine scrupulo, si talis invasio sapiat sacrilegium, ut si in invasione inferatur violentia personæ, ut *in L. 3. infrà tit.* 18. *ead. Partit.* aliàs ex sola invasione rerum clerici, non committitur sacrilegium, secundum Archid. post Hugon. *in dicto cap. similiter.* Cessante verò sacrilegio moderni Doct. ut refert Felin. tenent, quòd non debeat ad clericorum bona hoc extendi; dicit tamen Felin. quòd ad *dict. cap. si quis de potentibus*, non potest responderi, nisi fortè dicas, quòd cum ibi dicit, *clericum spoliaverit*, intelligatur inferendo violentiam personæ, sed est divinatio ad illum textum.

(8) *Estos pleytos.* Non dicit, & de consimilibus, prout dixit Glos. *in dicto cap. cum sit generale*, & dixit *L.* 56. *suprà eod.* Abb. ibi addit crimen falsi in literis apostolicis, *cap. ad falsariorum, de crimin. fals.* dicit tamen, quòd & judex sæcularis poterit punire. Petrus de Anch. ut refert Joann. de Ana. *in dicto cap. ad falsariorum*, tenet contrarium, imò, quòd punitio spectet tantùm ad sæcularem: Joan. de Ana. concordat quòd respectu pœnæ le-

LEY LIX.

Por quales razones pierden los Clerigos las franquezas que han, e pueden ser apremiados por los juyzios seglares.

APremiar pueden los Reyes, o los otros legos, que han poder de judgar en su logar dellos, a los Clerigos en algunas cosas (1). Ca touo por bien Santa Eglesia, que si algun Clerigo por cobdicia, o por su atreuimiento quisiesse tomar poder por si para ser Apostolico (2), non seyendo elegido segund manda el derecho de Santa Eglesia, que a tal como este los Principes seglares lo pudiessen apremiar, e echarlo de aquel logar: e esto deuen fazer, desque lo fizieren saber aquellos, en cuya mano finco derechamente el poderio para elegir. E otrosi quando algunos Clerigos fazen, o dizen alguna cosa, que sea contra la Fe Catholica (3), para destruyrla, o embargarla, e los que meten desacuerdo (4), o fazen departimiento entre los Christianos, para partirlos de la Fe Catholica. Ca los legos gelo deuen vedar, prendiendolos, e faziendoles el mal que pudieren en los cuerpos, e en los aueres. Otrosi el Clerigo que despreciare la descomunion (5) e fincare en ella fasta un año, puedelo apremiar el Rey, o el Señor de la tierra donde fuere, tomandole todo lo que le fallaren, fasta que venga a fazer emienda a Santa Eglesia. E non tan solamente pueden los legos apremiar los Clerigos en estas cosas sobredichas, mas avn en todas las otras, en que los Perlados demandaren sus ayudas, monstrando que non pueden complir sus sentencias contra ellos segund manda Santa Eglesia (6). Ca en qualquier destas cosas sobredichas, pierden los Clerigos sus franquezas que ante auian, de no ser apremiados por juyzio de los legos.

LEY LX.

Por quales cosas pierden los Clerigos las franquezas que han, e deuen ser degradados, e dados al fuero seglar.

FAlsando (1) algun Clerigo carta del Apostolico (2), o su sello, desque fuer fallado en tal falsedad, pierde la franqueza que han los Clerigos, e deuenlo degradar segun manda Santa Eglesia, e darlo luego (3) abiertamente al fuero de los legos, seyendo delante (4) el Juez seglar

legitimæ sit punitio judicis sæcularis, respectu excommunicationis sit ecclesiastici: addit Abb. & crimen sortilegii, etiam pacis fractæ, & concubinatus, & quando delictum concerneret statum totius Christianitatis, ut assessinatus, ut *in cap.* 1. *de homicid. in* 6. Item Felin. *ibidem*, 8. & 9. *col.* addit alios casus de Episcopo visitante. Item crimen blasphemiæ, & de crimine sodomiæ, vide ibi per eos; & an punitus de crimine in uno foro possit puniri in alio, vide Abb. *in cap. tuæ, de procurat.* Joan. de Imo. *in cap.* 1. *de offic. ordinar.* Bald. *in L. cunctos populos, in lectura, C. de summa Trinit. & fide Cathol.* tu considera, quòd lex ista Partitarum casus in ea expressos dicit dicidi posse per judicem ecclesiasticum, unde videtur voluisse, quòd de aliis non se intromitat ratione peccati; nam quod dicitur, quòd ratione peccati cognoscat Ecclesia, intelligitur quoad difinitionem peccati; nam multa judicat Ecclesia fore peccata, & in multis casibus, in quibus sæculares & mundani contrarium judicarent. Item, & ad Ecclesiam pertinet pœnitentiam dare, & sic per consequentiam cogere ad satisfactionem, quia non dimittitur peccatum, &c. *cap. cum tu, de usur.* aliàs cognoscet judex sæcularis, principaliter de satisfactione temporali, si sit quæstio inter laicos, vel si clericus impetat laicum; ita tradit Hostiens. *in summa, de foro compet.* vers. *ex præmissis, ad finem*: videmus tamen in practica judices ecclesiasticos cognoscere etiam contra laicos de blasphemiis, de divinationibus & sortilegiis, quæ tamen crimina non continentur sub hac lege.

LEX LIX.

Rex, aut Princeps sæcularis per Cardinales requisitus, potest Antipapam damnificare. Item hæreticos, & schismaticos, & per annum in excommunicatione existentes, & quoscumque alios clericos delinquentes insequi, & arcere ad requisitionem judicis ecclesiastici. Hoc dicit.

(1) *En algunas cosas.* Ortum habet hæc lex à notatis per Glos. *in cap. principes sæculi*, 23. *quæst.* 5. quam glossam allegat pro notabili Alex. *consil.* 8. *volum.* 1. Guillel. Benedict. *cap. Raynutius, de testam. in* verbo *si absque liberis moreretur*, la 2. *fol. mihi*, 337. *col.* 4. ubi ipse ponit alium casum; vide etiam Speculat. *tit. de compet. jud. additio.* §. 1. *col.* 2. vers. *in quibusdam.*

(2) *Para ser Apostolico.* Adde *cap. si quis pecunia*, 79. *dist.*

(3) *Catholica.* Adde *cap. quo jure*, 8. *dist.* & *cap. nec licuit*, 17. *dist.* & *cap.* 1. 23. *quæst.* 5.

(4) *Desacuerdo.* Adde *cap. de Liguribus*, 23. *quæst.* 5. & *cap. unic. de schismat. lib.* 6.

(5) *Despreciare la descomunion.* Adde Glos. *in dicto cap. principes sæculi*, & *cap. rursus*, & *cap. quicumque*, 11. *quæst.* 3. *cap. excommunicamus*, el 1. §. *qui autem, de hæret.* adde Hostiens. *in summa, de cleric. excom.* §. 1. vers. *& si in sententia contumaces*, & vide *L.* 32. *tit.* 9. *infrà ead. Part.* & quæ ibi dixi.

(6) *Segund manda Santa Eglesia.* Vide *in dicto cap. principes*, & *cap. eos*, 32. *dist. cap. Adrianus*, 63. *dist. cap. excommunicamus*, §. *moneantur, de hæret. cap.* 1. *de offic. ordin.*

LEX LX.

Clericus falsans bullam apostolicam, aut suum Episcopum improperans, & ei est inobediens, vel si vitæ ejus insidiatur, item in hæresim relapsus, degradatur, & per judicem sæcularem punitur ut laicus; & si falsat litteras, aut sigillum regium, degradatur, & impresione calidi ferri in facie expellitur ab ejus regno. Hoc dicit.

(1) *Falsando.* Ortum habet hæc lex à notatis per Glos. *in cap. ad abolendam, de hæret.* ad quam quotidiè fit remissio, secundum Abb. *in cap. etsi clerici, in princ. col.* 14. *de judic.*

(2) *Carta del Apostolico.* Vide *in cap. ad falsariorum, de crimin. falsi.*

(3) *Darlo luego.* Clericus degradatus statim efficitur de foro sæculari, ut hìc, & *in cap. novimus, de verb. signif.* ubi notat Abb. *cap.* 2. *de pœnis, lib.* 6. secùs in deposito, ut infrà *L. proxim.* & degradatio æquiparatur ultimo supplicio, vide Abb. *in cap. quod sedes, de offic. ordin. col. antepen.* & qualiter fiat degradatio clerici, vide per Specul. *tit. de accusat.* §. *secundo loco videndum*, ubi & videbis qualiter fiat restitutio degradati, & vide quæ habentur *in cap. Felix, cum sequenti*, 15. *quæst.* 7. & *in cap. degradatio, de pœnis, lib.* 6.

(4) *Seyendo delante.* Vide *in dicto cap. novimus, de verb. signific.*

glar, e estonce lo puede prender, e darle pena de falsario. Pero su Perlado deue rogar (5) por el, que le aya alguna merced, si quisiere. E desta misma guisa deuen fazer al Clerigo, que denostasse a su Obispo (6), e non le quisiesse obedescer, o lo asechasse (7) en qualquier manera, por lo matar. E esso mismo seria del Clerigo que fuesse fallado en heregia, e se dexasse (8) della, jurando que nunca mas en ella tornasse; ca tornando a ella otra vez, deuenlo degradar, e darlo al fuero de los legos al Judgador seglar, que lo judgue luego, como meresce. E esso mismo deuen fazer, al que fuesse acusado de heregia, e se saluasse ante su Perlado, si despues fuesse fallado que tornaua (9) en ella. Ca por qualquier destas maneras sobredichas, que dize en esta ley, deue ser dado el Clerigo al judgador seglar, luego que fuere degradado, que lo apremie, judgando contra el, que muera, o que aya otra pena segund el fuero de los legos. Otrosi quando algun Clerigo fuesse fallado, que falsasse carta, o sello del Rey (10), deue ser degradado (11), e hanlo de señalar con fierro caliente en la cara, porque sea conoscido entre los otros, por la falsedad que fizo, e despues deuenlo echar del Reyno, e del Señorio del Rey cuyo sello, o carta falsó.

LEY LXI.

Por quales yerros non deuen ser dados los Clerigos al fuero seglar, maguer sean degradados.

Degradados llaman a los Clerigos, a quien tuellen las Ordenes los Perlados, por grandes yerros que fazen: e quando acaesciesse que algun Clerigo fiziesse otro maleficio, que non fuesse de los que son dichos en la ley ante desta, porque lo ouiessen a degradar (1); assi como si fuesse preso en furto (2), o en homicidio (3), o en perjurio, o en otro yerro semejante destos, e acusado, e vencido ante su

(5) *Rogar.* Vide *in dicto cap. novimus.*

(6) *Denostasse a su Obispo.* Adde *cap. si quis sacerdotum*, 11. *quæst.* 1. Glos. *in dicto cap. ad abolendam*, *in* verbo *relinquatur*, & Glos. *in cap. fin. de testib. cogend.* Glos. tamen *in cap. cum non ab homine*, *de judic.* dicit, illud capitulum procedere in incorrigibili, & idem voluit *in dicto cap. novimus*, *de verbor. signific.* & Glos. *in cap. si qui sunt*, 2. *quæst.* 6. & ista pars tanquam mitior communiter approbatur per Doctores *in dicto cap. fin. de test. cogend.* & *in dicto cap. cum non ab homine*; quia durum est dicere, quòd propter homicidium non tradatur Curiæ sæculari, ut *in dicto cap. cum non ab homine*, & quòd propter simplex convitium illatum Episcopo, traderetur immediatè, secundum Abb. *in dicto cap. etsi clerici*, *in princip. col.* 15: neque obstat *dict. cap. si quis sacerdotum*, cum dicit, *mox depositus Curiæ tradatur*, quia dictio illa *mox* quandoque intelligitur cum intervallo, *L. sed & si conditione*, §. *servus*, *ff. de hæred. instit. cap.* 1. ubi Glos. *in* verbo *mox*, 20. *quæst.* 2. Decius *in dicto cap. etsi clerici.*

(7) *Lo asechasse.* Vide *in dicto cap. si quis sacerdotum*, & *in cap. accusatoribus*, 3. *quæst.* 5. & ut dixi *in L. proxima*, ad hoc, ut iste degradatus tradatur Curiæ sæculari, debet præcedere incorrigibilitas; & sic intelligunt Doct. communiter *dictum cap. si quis sacerdotum*; vide quæ dico infrà *L. proxim. in glos. magna*: dicit etiam Bald. *in L.* 1. §. *cum patronus*, *in fin. ff. de offic. præfect. urb.* quòd miles conspirator degradandus est, & conspiratorum domus destruuntur, §. *conventiculas*, & ibi Bald. *de pace juram. firm.*

(8) *E se dexasse.* Et sic loquitur hìc in hæretico relapso, qui degradatus sine ulla audientia traditur Curiæ sæculari, *cap. super eo*, *de hæret. lib.* 6. & *in cap. accusatus*, *eod. titul.* & vide *in cap. ad abolendam*, *eod. tit.*

(9) *Que tornaua.* Vide *in dicto cap. ad abolendam*, *de hæret.* & *cap. super eo*, *eod. tit. lib.* 6.

(10) *Carta, o sello del Rey.* Concordat cum *cap. ad audientiam*, *de crimin. falsi.*

(11) *Degradado.* Degradatione verbali, non actuali, Abb. *in dicto cap. ad audientiam.*

LEX LXI.

Si clericus deponatur pro furto, homicidio, perjurio, vel alio simili crimine, non debet tradi sæculari foro, sed vivat ut clericus, & ut talis Ecclesiæ forum sortiatur; quòd si fuerit incorrigibilis, & iterùm delinquat, ita ut corporalem pœnam mereatur, dimittit eum Ecclesia, ut per judicem sæcularem puniatur. Hoc dicit.

(1) *A degradar.* De depositione intellige, non de actuali degradatione; nam quandoque appellatione degradationis intelligitur de depositione verbali, Abb. & Doct. *in cap. ad audientiam, de crimin. falsi.*

(2) *En furto.* Habes hìc, quòd crimen furti, homicidii, vel perjurii, inducit depositionem; idem habes *in cap. cum non ab homine*, *de judic.* de quo lex ista sumpta est; & intellige nisi furtum esset parvum, quia tunc non esset deponendus, Abb. *in cap. tuæ*, *de pœnis.*

(3) *Homicidio.* Si tamen homicidium esset qualificatum, posset clericus actualiter degradari, ut tradit Abb. post Petr. de Anchar. *in cap. etsi clerici*, *in princ. col.* 16. *de judic.* idem Abb. *in cap.* 1. *de homicid. in fin.* & *in cap. novimus*, *de verbor. signif.* Bald. *in dicto cap. cum non ab homine*, Barba. *consil.* 65. *col.* 3. *vol.* 1. Felin. *in cap.* 1. *col.* 16. *de constit.* & *in cap. inquisitionis*, *col.* 2. *in princ. de accusat.* Decius *in dicto cap. etsi clerici*, *in princ. col.* 23. ubi dicit, quòd ista opinio habet magnam æquitatem, ut delicta puniantur debita pœna, & dicit illam vidisse servari Florentiæ. Adde etiam Archid. Floren. 3. *part. tit.* 27. *cap.* 4. *col. fin. in fin.* referentem temporibus suis Papam Martinum tradidisse Curiæ sæculari sacerdotem quendam, qui interfecerat sacristam S. Petri, ut rapere posset bona sacristiæ, qui fuit occisus per judicem sæcularem, quamvis jurisperiti consuluerunt non esse tradendum Curiæ sæculari, propter tale delictum. Episcopus etiam Calaguritanus hæc referens *in sua praxi criminali canonica*, *cap.* 90. addit, & se audivisse à fidedigno Doctore Parisiensi, vidisse eum anno Domini 1530. Episcopum Parisiensem degradasse quendam sacerdotem ad valuas majoris Ecclesiæ Parisiensis, & tradidisse eum Curiæ sæculari, eo quòd occiderat animo deprædandi rectorem cujusdam oppidi habitantem in Collegio Eduenn. cujus ille famulus fuerat, ibique refert practicatam fuisse Hispali istam opinionem, anno Domini 1526. contra quatuor religiosos monasterii S. Augustini dictæ civitatis, qui diabolica suggestione decepti Provincialem suum occiderunt. Vide latè ibi per eum multa in hoc dicentem, & referentem Arnaldum Albert. *in cap. quoniam*, *de hæret. lib.* 6. *colum.* 124. *per multas col.* examinantem quæstionem istam, & tandem dicentem opinionem contrariam esse communem. Item & Franc. de Aret. *in dict. cap. cum non ab homine*, dicit, contrariam opinionem contra Abb. & Archar. esse communem, quam & ipse sequitur *colum.* 9. Item ibidem Decius dicens opinionem communem veriorem, & tandem ipse Episcopus Calaguritanus dicit sibi videri, quòd si in aliquibus casibus ob immanitatem criminis & scandalum populi inde secutum, visum fuerit judicibus delegatis vel ordinariis, sequendam esse opinionem Abb. & Anchar. quòd hoc posset solum habere locum in Clericis primæ tonsuræ tantùm; in sacerdotibus vero, & aliis clericis sacri ordinis, censet secundum communem opinionem judicandum, ut poteris ibi latiùs videre per eum; quæ distinctio an clericus sit

su Juez ; estonce su Perlado deuelo degradar : e maguer sea degradado por qualquier destos yerros, non le deuen por ello dar al fuero de los legos , ante deue beuir como Clerigo (4) , e judgarse por la Clerezia , e ampararse por ella ; pero si despues desto non se quisiesse castigar , e fiziesse algun mal (5) , porque meresciesse pena en el cuerpo, deuenlo dexar (6) a los legos que lo judguen segund su fuero , e de alli adelante finca al fuero seglar.

L E Y LXII.

Como deuen los Clerigos ser honrrados e guardados.

HOnrrar , e guardar deuen mucho los legos a los Clerigos, cada vno segun su Orden , e la Dignidad (1) que tiene. Lo vno , porque son medianeros (2) entre Dios , e ellos. Lo otro , porque honrrandolos, honrran a Santa Eglesia , cuyos seruidores son , e honrran la Fe de nuestro Señor Jesu Christo , que es Cabeza dellos, porque son llamados Christianos. E esta honrra , e esta guarda , deue ser fecha en tres maneras , en dicho , e en fecho , e en consejo. Ca en dicho , non los deuen mal traer, nin denostar (3) , nin disfamar. Nin *Leyes del tit. 3. lib. 1. Rec.*

en

sit in minoribus, vel in sacris , nullo jure probatur ; fortè motus fuit à solitis in hoc fieri , ut tradit Guiliel. Benedict. *in repet. cap. Raynutius* , *de testament. super* verbo *& uxorem nomine Adelasiam* , *fol. mihi* 89. Placitum mihi fuerat in quæstione tam ardua , & periculosa majori otio frui , ut ruminatis multùm fundamentis utriusque partis, rectè aliquid ex mea sententia dicere potuissem : nunc in isto discursu non auderem à communi opinione recedere, quam tamen limitarem in casu , quo per insidias clericus etiam sacerdos occideret , vel insidias paraverit ad occidendum Pontificem suum, per textum expressum *in cap. siquis sacerdotum* , 11. *quæst.* 1. quem textum , ut *L. suprà proxima* dixi , Gloss. & Doctor. intelligunt data incorrigibilitate : moventur, quia durum esset pro simplici convitio in Prælatum , clericum actualiter degradari, & tradi Curiæ sæculari ; quæ ratio cessat in homicidio Prælati facto per insidias & proditoriè: ex quo apparet in causa illorum monachorum civitatis Hispalensis rectè fuisse judicatum , cum ille pater Provincialis illis subditis esset loco Episcopi , ut tradit Abb. *in cap. in singulis* , *de stat. monach.* & probat hoc etiam *L. suprà proxima* ibi: *o lo asechasse en qualquier manera por lo matar.* Idem crederem si sacerdos, vel alius clericus patrem suum , vel matrem occideret proditoriè, quia sicut hoc voluit textus *in dict. cap. siquis sacerdotum* , in patre spirituali , videlicet Prælato , sic & in patre carnali , cui ita filius tenetur de jure gentium , *L. veluti* , *ff. de just. & jur.* & ex præcepto decalogi , exemplo Salvatoris nostri Jesu , de quo Evangelista dicit : *& erat subditus illis* , Mariæ Virgini Matri , scilicet & putativo patri Joseph , ubi Ambros. super Lucam , *cap.* 2. *vers.* 51. Disce quid parentibus tuis debeas , & post pauca : Tu matri debes pudoris injuriam, virginitatis dispendium, partus periculum , matri longa fastidia , matri longa discrimina , cui miseræ in ipsis votorum fructibus majus periculum est , & cum ediderit , quod optavit, partu absolvitur , non timore. Quid anxios patres loquar pro filiorum profectu , & multiplicatos alienis usibus census, jactaque agricolæ semina posterorum ætatibus profutura ? Nonne pro his obsequia saltem oportet rependi ? Cur impio , patris vita prolixior , & communitas patrimonii videtur angustior? Hæc Ambros. Et quia in his magis est attendenda ratio naturalis , quam civilis , ut in simili dicit Innoc. & extollit istam rationem Abb. *in cap.* 2. *de regul.* neque hæc videtur ad illum textum extensio , sed tacitè cautum videtur, glossa notabilis *in cap.* 1. *de tempor. ordin. lib.* 6. & tacitè cautum intelligitur , quando eadem ratio reperitur , Bald. *in authent. quas actiones* , *colum.* 2. *C. de Sacrosant. Eccles. L. à Titio* , *in princ.* ubi Jas. plura accumulat , *ff. de verb. oblig.* & eadem ratione idem dicendum in proditore patriæ , quia in patria sunt parentes, & etiam Pontifex , *L. veluti* , *ff. de just. & jur.* limitarem etiam in casu *cap.* 1. *de homicid. lib.* 6. per illum textum quem benè inducit Abb. *in dicto cap. etsi Clerici.* Papa enim ibi in casu illo dat potestatem laico , & facit eum suum judicem : extra istos casus , vel consulendus esset Papa, vel non recedendum in judicando à communi opinione , etsi homicidium esset à clerico per insidias factum , juxta *cap.* 1. *de homicid. in volum. Decretalium* , ex his quæ Joan. Andr. & communiter Doctor. antiqui ibi tradunt , & tradit etiam Abulensis, Exod. *cap.* 21. *ad finem* , unde decretalis illa sumpta est ; & pro communi opinione facit *L. ista Partitarum* ibi: *fiziesse otro maleficio , que non fuesse de los que son dichos en la ley ante desta* , licèt in puncto juris opinio Abb. & Anchar. est satis substentabilis ; & ad *cap. cum non ab homine* , in quo Decius facit potissimum fundamentum , responderi potest, quòd textus ille cum dicit , *super quibuscunque criminibus* , est positum in consultatione , non in decisione ; nam in decisione solùm dicitur, in furto, vel homicidio , vel perjurio , seu alio crimine fuerit deprehensus, & dictio *alius* facit positionem ejusdem qualitatis, non gravioris, *cap. sedes* , *de rescript.* & multum est ponderandum , quòd Papa in decisione non retulit illud verbum , *super quibuscunque criminibus* , & convenienter quidem , quia pro crimine hæresis, & falsitatis litterarum apostolicarum , & homicidii Prælati , cautum est in canonibus clericum degradatum Curiæ sæculari tradi, unde cautè Papa *in dict. cap. cum non ab homine* , in decisione non dixit , *super quibuscunque criminibus.*

(4) *Como Clerigo.* Adde *dict. cap. cum non ab homine*, & *cap. dictum*, 81. *dist.*

(5) *Non se quisiesse castigar , e fiziesse algun mal.* Videtur hæc lex velle , quòd ex sola perpetratione alicujus delicti post depositionem, iste dicatur incorrigibilis , & tradi posset Curiæ sæculari , quod secundum Abb. visus fuit velle Ant. *in dict. cap. cum non ab homine*; Abb. tamen ibi *colum.* 9. tenet, hoc non esse verum , cum talis incorrigibilitas debet elici per modum *in dict. cap.* traditum , unde sunt tres gradus pœnæ: primus, quòd deponitur; secundus, quòd secuta incorrigibilitate excommunicatur; tertius, quòd anathematizatur , nisi resipiscat post excommunicationem : & si tunc velit redire, & pœnitentiam agere , adhuc est sub protectione ecclesiæ : & si contemnit omnes istos tres gradus , tunc comprimitur per judicem sæcularem; & sic incorrigibilitas non elicitur ex simplici iteratione delicti , & dicta Abb. sequitur ibi Decius *colum. fin.* intellige ergò istam legem , *non se quisiesse castigar* , scilicet, præcedentibus illis quæ dicuntur *in dict. cap. cum non ab homine.*

(6) *Deuenlo dexar.* Neque requiritur alia actualis degradatio, ut patet ex illo *cap. cum non ab homine*, & *ex cap. de Liguribus*, 23. *quæst.* 5. Item etiam sine tali traditione data incorrigibilitate , ut dictum est , posset comprimi per judicem sæcularem , ut habetur ibidem , Abb. & Decius *in dict. cap. cum non ab homine* , Abb. *in cap.* 2. *de cleric. excomm. minist. ultimo notab.*

L E X LXII.

Clerici sunt honorandi per laicos, dicto , facto , & consilio , quia Dei & hominum sunt mediatores , & contrafaciens punitur. Hoc dicit.

(1) *Dignidad.* Hæc præeminet dignitati regali, 96. *dist. cap. duo* , *in princ.* & *final.* & *cap. solitæ* , *de major. & obed.* licèt hodie per numerositatem vilescat dignitas clericorum , *cap. legimus* , 93. *dist.* & clericus dicitur egregia persona, Gloss. *in cap.* 2. 14. *quæst.* 2.

(2) *Son medianeros.* Johel. *cap.* 2. *v.* 17. *plorabunt sacerdotes ministri domini*, *& dicent* : *Parce domine* , *parce populo tuo*: & vide *in cap. nulli*, 3. *quæst.* 1. & *in cap. ipsi sacerdotes*, 1. *quæst.* 1.

(3) *Denostar.* Injuria facta clerico dicitur atrox , *L. si quis in hoc genus* , & ibi Bald. *C. de Episcop. & cleric.* & qui persequitur sacerdotes Dominum crucifigit, *cap. nulli.* 3. *quæst.* 1.

en fecho, matar, nin ferir (4), nin desonrrar prendiendolos, nin tomandoles lo suyo. Nin otrosi en consejo, aconsejando a otri que les faga estas cosas sobredichas, nin atreuerse a consejar a ellos mismos que fagan pecado, o otra cosa que les este mal. Onde qualquier que contra esto fiziesse, sin la pena (5) que meresce auer, segun manda Santa Eglesia, deuegela dar el Rey segun su aluedrio, acatando el yerro que hizo, e el fazedor del, e a quien lo fizo, e el tiempo, e el logar en que fue fecho.

TITULO VII.

De los Religiosos.

ASpera vida de fazer, e apartada de los otros omes, escogen algunos, porque creen, que por ella seruiran a Dios mas sin embargo. E porque las riquezas deste mundo estoruan (1) aquesto, tienen por mejor de lo dexar todo, e siguen aquello que dixo (2) nuestro Señor Jesu Christo en el Euangelio: que todos aquellos que dexan por el, padre, o madre, o muger, o fijos, o los otros parientes, e todos los bienes temporales, que les dara ciento doble por ello, e demas vida que durara por siempre. E estos atales son llamados Religiosos, porque cada vno dellos han reglas ciertas, porque han de biuir, segund el ordenamiento que ouieron de Santa Eglesia, en el comienço de su Religion, e porende son contados (3) en la Orden de Clerezia. E pues que en los dos titulos ante deste, auemos dicho de los Perlados, e de los otros Clerigos, conuiene aqui dezir destos Religiosos. E mostrar primeramente quales son llamados Religiosos, o Reglares. E que es lo que deuen prometer, quando resciben la Orden e la Religion: e en que manera la deuen rescebir: e en cuyas manos deuen fazer la profession. E quanto tiempo deuen estar en prueua, e por que razon. E de que hedad deuen ser para rescebir la Religion. E por que razones los pueden ende sacar, o salirse ellos della, e por quales non. E otrosi en que manera pueden passar de vna Orden a otra. E como los que fueren casados pueden tomar habito de Religion. E como deuen biuir cada vno dellos, para guardar su regla.

LEY I.

Quales son llamados Reglares, e Religiosos.

REglares son llamados, todos aquellos que dexan todas las cosas del siglo, e toman alguna regla de Religion para seruir a Dios, prometiendo de la guardar. E estos atales son dichos, Religiosos, que quiere tanto dezir, como omes ligados que se meten so obediencia de su Mayoral. Assi como Monjes, o Calonjes de Claustra, a que llaman Reglares, o de otra Orden qualquier que sea. Pero otros y a que biuen como Religiosos, e non biuen so regla. Assi como aquellos que toman señal de Orden, e moran en sus casas (1), e biuen

(4) *Nin ferir.* Nolite tangere Christos meos, *Psalm* 104. *v.* 15.

(5) *Sin la pena.* Adde ad hoc textum *in cap. felicis*, verbo *per hoc*, *de pœnis*, *lib.* 6. & vide *in cap.* 2. *de pœnit. & remiss.* ubi Abb. quòd licèt imponatur pœnitentia illius *cap.* contra occidentem presbyterum, non tollitur punitio per judicem sæcularem facienda.

TITULUS VII. DE RELIGIOSIS.
In summa.

(1) *Estoruan.* Sunt namque divitiæ satellites voluptatum, ut tradit Ludov. Cartus. *in prologo libri, de vita Christi*; *& væ vobis divitibus, qui habetis consolationem vestram*, Lucæ *cap.* 6. ubi Beatus Ambros. sic ait: Licèt in pecuniariis copiis multa sunt lenocinia delictorum, pleraque tamen sunt etiam incentiva virtutum: quamquam virtus subsidia non requirit, & commendatior sit collatio pauperis, quam divitis liberalitas, & solet rerum abundantia, tanto magis à divino timore mentem solvere, quanto magis hæc exigit diversa cogitare. S. Gregor. *lib.* 1. *Moral. cap.* 4. etsi videris divitem cunctis rebus omninò circumdatum, noli eum propter illa putare locupletem, propter quæ debes infelicem vocare; quia divites quanto copiosiùs suis opibus ambiuntur, tanto onerosiùs vinciuntur. Chrysostomus super Matth. *homilia* 14. *col.* 7., & qui potuit modestè ferre divitias, multò magis poterit etiam fortiter ferre pauperiem. Chrysostomus super Matth. *homilia* 13. *colum.* 8. & nihil sic diabolo hominem subjici facit, ut inhiare opibus atque habendi amore superari. Chrysost. ibidem, & Ecclesiastic. 11. *v.* 10: Si dives fueris, non eris immunis à delicto, imò & sanctis viris ipsa sua abundantia plerumque fit vehementer onerosa; quia hoc ipsum graviter tolerant, quòd festinantes ad patriam multa portant. Gregor. 22. *lib. Moral. cap.* 3. non tamen est peccatum habere divitias, si adsint bona opera, 30. *dist. cap. hæc scripsimus*, tunc est peccatum, si propter eas justitia deseritur, *cap. habebat*, 12. *quæst.* 1. vel cum homo in eis spem suam ponit, *cap. sunt in Ecclesia*, 8. *quæst.* 1. glossa notabilis *in cap. clericus*, 12. *quæst.* 1. non census, sed affectus in crimine est, dicit Ambros. super Lucam *lib.* 5. *cap.* 6. & divitiæ bonæ sunt, dummodo fiat ex eis misericordia, vide Gloss. *in cap.* 1. 21. *quæst.* 1.

(2) *Dixo.* Vide Matthæi *cap.* 19. *v.* 29.

(3) *Contados en la Orden de la Clerezia.* Vide *in cap. duo sunt genera*, 12. *quæst.* 1.

LEX I.

Religiosus est, qui relicto sæculo aliquam Religionem ingreditur, & ejus observantiam promittit pro Dei servitio, quia quasi religat seipsum; qui verò signo Religionis accepto, in domibus suis degunt viventes de suo, quasi religiosi dicuntur. Hoc dicit.

(1) *Señal de orden, e moran en sus casas.* Facit ad quæstionem, an commendatores, & milites Sancti Jacobi de Spata, & alii ordinum de Calatrava, & Alcantara, qui sunt in hoc Regno, gaudeant privilegio fori, saltem in criminalibus; ex quo enim isti omnes jam hodiè ducunt uxores, & vivunt sicut laici, videtur dicendum, quòd non gaudeant tali privilegio, cum illi dicantur religiosi, qui profitentur tria vota substantialia regulæ, ut *in cap. cum ad monasterium, de statu regul.* & tradit latè S. Thomas 2. 2. *quæst.* 186. *art.* 3. 4. & 5. licèt enim castitas dicatur cum propria uxore, ut *in cap. hæc scripsimus*, 30. *dist. cap. Nicena*, 31. *dist. cap. Deus*, 31. *quæst.* 1. non tamen de tali castitate sentitur in voto religionis, ut *in dict. cap. cum ad monasterium*, & tradit D. Thom. 2.

2.

uen de lo suyo. E estos atales, maguer guardan regla en algunas cosas, non han tamañas franquezas, como los otros que biuen en sus Monasterios, assi como adelante se muestra.

LEY

2. *quæst.* 186. *art.* 4. ubi & dicit, quòd ad statum religionis requiritur abstractio eorum, per quæ homo impeditur, ne feratur totaliter in Dei servitium. Usus autem carnalis copulæ retrahit animum, ne totaliter feratur in Dei servitium dupliciter: uno modo, propter vehementiam delectationis, ex cujus frequenti experientia augetur concupiscentia, ut & Philosophus dicit tertio Ethicorum, & inde est, quòd usus venereorum retrahit animum ab illa perfecta intentione tendendi in Deum; allegat August. *in procemio soliloquiorum*, ubi dicit, nihil esse sentio, quod magis ex arte dejiciat animum virilem, quam blandimenta fœminæ, corporumque ille contactus, sine quo uxor haberi non potest: alio modo dicit S. Thom. propter solicitudinem, quam ingerit homini de gubernatione uxoris, filiorum, & rerum temporalium, quæ ad eorum sustentationem sufficiant: unde Apostolus dicit, qui sine uxore est, solicitus est, quæ sunt Domini, & quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, solicitus est, quæ sunt mundi, & & quomodo placeat uxori, & ideo continentia perpetua requiritur ad perfectionem religionis, sicut voluntaria paupertas: unde sicut damnatus est Vigilantius, qui adæquavit divitias paupertati, ita damnatus est Jovinianus, qui adequavit matrimonium virginitati, hæc S. Thomas. Confirmatur, quia votum castitatis impedit matrimonium, *cap. veniens*, & *cap. rursus*, *qui cleric. vel vovent.* etiamsi sit votum simplex; votum ergo castitatis in religione requisitum, non intelligitur de castitate conjugali. Præterea isti non se totaliter emanciparunt servitio Dei, sed quàm plurimùm in his etiam sunt mundi, ergo non debent gaudere dicto privilegio fori; quia ut dicit Innocent. *in cap. significantibus*, *de offic. delegat.* & *in cap.* 2. *de major. & obedient.* clerici ideo sunt exempti a jurisdictione Imperatoris, quia sunt res spirituales, & ex toto corpus & animam deputaverunt servitio Christi, igitur à ratione cessante isti non debent gaudere dicto privilegio fori. Præterea, licèt isti habeant certum modum vivendi approbatum à Sede Apostolica, non ex hoc infertur, quòd sint veri religiosi, ut ob hoc gaudere debeant dicto privilegio; ut tradit Glos. loquens in fratribus, & sororibus Tertii ordinis *in Clementina*, 1. *de religios. domib.* & *in Clementina*, *cum ex eo*, *de sententia excommunic.* & hinc est, quòd lege Regia fuit sancitum, quòd isti fratres & sorores Tertii ordinis, qui in suis domibus & bonis commorantur, quòd contribuere teneantur in collectis regalibus & municipalibus, ut habetur *in L.* 19. *tit.* 4. *lib.* 4. *Ordinament. regal.* ut & dixit Bart. servari de consuetudine, *in L. semper*, §. *fin. ff. de jur. immun.* Præterea si istorum status consideretur, potiùs videtur accedere ad vitam laicalem, quàm ad ecclesiasticam; isti enim non servant primò castitatem omninò seu continentiam, cum habeant uxores, neque paupertatem, cum habeant proprium: neque omninò servare possunt obedientiam, qui cum habeant uxores, non habent omninò potestatem sui corporis, *cap. non debet*, *de consanguin. & affin.* unde in eis malè concordat vita activa cum contemplativa, *cap. diversis fallaciis*, *de cleric. conjug.* unde considerari debet in eis status, in quo maximè incalescunt, *L. quæritur*, *ff. de statu homin. cap. hermaphroditum*, 4. *quæst.* 1. Præterea, & facit textus *in cap. duo sunt genera*, 12. *quæst.* 1. ubi dicitur duo esse genera Christianorum: unum, quod est mancipatum divino officio, & deditum contemplationi & orationi, & convenit, quòd cesset ab omni strepitu rerum temporalium, ut sunt clerici, & Deo devoti, scilicet, conversi, aliud genus sunt laici. Cum ergo isti non sint plenè conversi, ut dicit illa littera, cum involvantur magis negotiis sæcularibus, quàm ecclesiasticis, igitur non possunt gaudere privilegio ecclesiastico: & per ista duo ultima fundamenta concludit Abb. *in cap.* 2. *de foro compet.* milites Gaudentes, qui dicuntur milites S. Mariæ, non debere gaudere privilegio fori, quod & tenuit Frederic. *consil.* 145. Guilielmus de Monte Laud. *in dicta Clement. cum ex eo*, ubi & Petrus de Anchar. Joan. Calderic. *consil.* 56. incipit, *quæsitum est à me*, *utrum fratres de pœnitentia*, ubi dicit, quòd strictè non dicuntur personæ ecclesiasticæ, ita quòd gaudeant privilegio canonis *si quis suadente*, & privilegio fori. Adde & Bald. *in L. officiales*, *C. de Episcop. & cleric.* & *in L. placet*, *C. de sacrosanct. Eccles.* & *in L. ne quidam*, *C. de testam. milit.* notans per illam legem quòd milites Gaudentes non gaudent privilegio clericorum, & ideò, quòd tenentur ad collectas; confert ad prædicta, quod tradit Speculator *tit. de statu monach.* vers. 36. *quæritur*, ubi concludit, quòd sola promissio obedientiæ, nihil dicendo de castitate, & proprii renuntiatione, non inducit regularem professionem, etiam stante consuetudine: ex quo infert ad dictos milites S. Mariæ, quòd licèt sint sub obedientia sui majoris, tamen vivunt cum uxoribus in propriis domibus, & etiam de novo contrahunt, neque propriis carent, quæ eis licent juxta regulam à Sede Apostolica sibi concessam, quam Speculator dicit diligenter quandoque examinasse. Præterea & Joan. Andr. *in cap. veniens*, *de verb. signific. lib.* 6. de istis militibus S. Jacobi de Spata in Hispania dicit esse laicos uxoratos; videas etiam per Socin. *consil.* 13. 1. *volum. col. antepen.* versic. *& enim advertendum*: dixit etiam Bald. *in authent. nisi rogati*, *ad fin. C. ad Trebel.* quòd substitutio, si sine filiis decesserit, non expirat assumendo habitum sororum Tertii ordinis; quia istæ non sunt propriè Deo dedicatæ, sed est quidam vivendi modus; neque dicitur ingredi monasterium, quæ profitetur regulam Tertii ordinis sororum S. Francisci, dicit Bart. *in L. commodissimæ*, *ff. de liberis*, *& posthum.* Præterea ex lege 3. quaterni Gabellarum colligitur milites istorum ordinum, non esse immunes à gabellis venditionum, & permutationum rerum suarum, neque rerum dictorum ordinum, & si teneantur ad gabellas, non possunt dici Ecclesiasticæ personæ, *cap. quamquam de censibus*, *lib.* 6. *Clement.* 1. *eod. tit.* Præterea in istos commendatores S. Jacobi de Spata, de consuetudine antiqua, Rex Hispaniæ usus est sua jurisdictione, & in tali est possessione; & licèt contra clericos talis consuetudo non valeret eo, quia exemptio clericorum est de jure divino, ut tradit Rota *decis.* 840. *in antiquis substit. de consuet.* contra istos, qui non sunt clerici, licèt exemptionem haberent à Papa, talis exemptio esset juris positivi, & contra eam præscriberetur, & valida erit talis consuetudo: videas Joan. de Imol. *in Clem. penult. col.* 2. *de sentent. excommun.*

Pro parte vero contraria facit: quia isti ordines ad militandum, sunt religiones permissæ & justæ, ex quo sunt propter defensionem fidei, & divini cultus & publicæ salutis, ut tradit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 188. *art.* 3. & ordo militiæ S. Jacobi videtur approbatus per sedem Apostolicam ex privilegio Alexandri Tertii ad supplicationem honorabilis militis Petri de Fuencalada, primi magistri dicti ordinis, recipientem in sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ filium, confirmando ordinem suum auctoritate Apostolica, statuens, ut quæcumque bona & possessiones in præsentiarum justè & legitimè possidebant, & in futurum poterunt adipisci, firma eis suisque successoribus illibata permanerent, essetque excommunicatus quicumque in eos manus injecerit violentas: habet etiam dictus ordo alia privilegia sedis Apostolicæ; cum ergo sit ordo approbatus à sede Apostolica; ergo sunt religiosi, & personæ ecclesiasticæ, *cap. fin. de religios. domib. cap.* 1. *de voto*, *lib.* 6. Magister dicti ordinis assumitur per canonicam electionem, *cap.* 1. *de elect.* & *cap. congregatio*, 16. *quæst. fin.* De aliis vero ordinibus, & militiis de Calatrava, & Alcantara, est magis sine dubio, cum sint ordinis Cisterciensis antiqui à canonibus approbati, & profitentur obedientiam, & vivunt sine proprio, & ex voluntate Prælati, si aliquid possident, retinent, & ante modernam concessionem Pauli Tertii, non nubebant, & promittebant continentiam: & si ex dispensatione fuit eis concessum, ut nuberent in posterum, reliquis in suo statu remanentibus, non videtur ex hoc ita mutatus eorum status, quin censeantur ecclesiasticæ & religiosæ personæ, *L. quod favore*, *C. de legib.* sicut & videmus in clericis Orientalibus, quia ante susceptionem sacri ordinis contraxerant matrimonium, non perdunt privilegia clericatus; neque etiam Occidentales contrahentes matrimonium in minoribus ordinibus, perdunt privilegia fori in criminalibus, neque privilegium canonis, ut *in cap. unic. de cleric. conjug. lib.* 6. & cum isto modo Papa approbet eorum ordines, non repugnat, quòd non profiteantur castitatem & continentiam, prout alii regulares, ut ex hoc non dicantur religiosi, ex quo isto modo sunt per Papam approbati, ut in simili, loquendo de fratribus & sororibus Tertii ordinis, tradit Petrus de Peru. *in tractatu, de quarta*

LEY II.

Que cosas deuen prometer los que entran en Orden de Religion, e en que manera, e a quien deuen fazer la promission.

Auto 4. tit. 1. lib. 4. Recop. n. 26. PRofesion llaman al prometimiento que faze el que entra en Orden de Religion, quier sea varon, o muger: e el que esto fiziere, ha de prometer tres cosas (1). La primera, non auer proprio (2). La segunda, guardar castidad. La tercera, de ser obediente al que fuere Majoral de aquel Monesterio do biuiere. E assi son allegadas estas cosas al que toma la Orden, que el Papa non puede (3) dispensar con el, que las non guarde. E el prometimiento deuelo fazer por carta (4), porque si quisiere venir contra ello, que se pueda prouar (5) por ella. Ca tomando la Orden, e faziendo y otro Mayoral sobre si como en logar de Dios, pierde señorio de sus cosas, de guisa que non ha poderio dellas, nin en si mismo (6). E esta profession hala de fazer en mano de aquel Majoral (7) de aquella Orden, quier sea Abad, o

ta episcopali, quia omnis regula vires assumit à Papa, *cap. fin. de relig. domib. cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. neque obstat, quòd uxorem habeant, quia & talis dicitur castè vivere, ut dixi, & in istis terminis ita respondet Hostiens. *in summa, de regul.* §. 1. Præterea personæ istorum militum sunt dictis suis ordinibus ita perpetuò astricti, quòd egredi non possunt, ergo sunt religiosæ personæ, ut dicit Cardin. *in Clement. per litteras, in* 12. *quæst. de præbend.* & *in dicta Clement. cum ex eo, de sentent. excom. quæst.* 2. allegat *cap. per exceptionem, de privileg. lib.* 6. cum enim perpetuò sint deputati servitio Dei & ad usum pium, censeri debent ecclesiasticæ personæ, *Clement.* 1. *in fin. de decim.* & *dict. cap. per exceptionem*: ex quo dicti milites sunt astricti dicto ordini, & prohibentur ab ea resilire, & ad sæculum redire: ex quo sentiunt onus, sentire debent & commodum, ut *in regul. qui sentit onus, de regulis jur. in* 6. Præterea, & in militibus gaudentibus, de quibus suprà dixi, Bart. *in L.* 1. *ff. de pœnis*, & latiùs *in dict. L. semper*, §. *fin.* concludit tales gaudere privilegio fori ecclesiastici, & quod ita consuluerunt multi, & Bart. sequitur Anton. *in dict. cap.* 2. *de foro compet.* Paul. *in dict. Clement. cum ex eo, de sentent. excommun.* Præterea, licèt ex dictis verbis Bullæ Alexandri Tertii, quòd recipit eos in sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ filios, non videantur exempti à jurisdictione ordinaria, sub qua tenebantur, ut *in cap. veniens, de verborum significat. lib.* 6. & *cap. si Papa*, vers. *similiter, de privileg. eod. lib.* tamen ex alio privilegio Papæ Martini quinti eximuntur expresse à jurisdictione ordinaria ecclesiastica, & sæculari; licèt ad hoc potest responderi, quòd intelligatur exemptio quatenus sit in præjudicium concedentis, non tertii, præsertim Principis sæcularis: neque Papa eximit laicum a jurisdictione Principis cui subest, ut tradunt Innoc. & alii, *in cap.* 2. *de major. & obed.* Hodiè in militibus sancti Jacobi de Spata, decisa est ista quæstio per quandam compositionem & concordiam super hoc facta; cui tamen dicti milites non assentiunt, imò sine eorum assensu dicunt factam: in aliis verò ratione permissionis nuptiarum, quia hodiè nubunt, ad decisionem oportuerat videre privilegia dictorum ordinum, & eorum fundationes & constitutiones: item, & concessionem, ut nubere deinceps possint; quibus non visis incivile est judicare vel respondere, *L. incivile, ff. de legib.* Audio etiam, quòd super hac quæstione scripsit latè Fortunius ab Arcilla vir christianissimus & doctissimus, qui fuit de Regio consilio, & quòd speratur citò prodire in lucem per eum in hoc scripta.

LEX II.

Professio, quam facit religiosus, continet trium votorum promissionem, castitatem, obedientiam, proprii abdicationem, in quibus neque Papa dispensat cum religioso; & professio debet fieri scripto, & per illam sui & rerum suarum dominium perdit; profitens debet profiteri in manu Prælati illius ordinis. Hoc dicit.

(1) *Tres cosas.* Vide de his *in cap. cum ad monasterium, in fin. de statu regular.* & *in cap. ex parte, de regular.* & *in cap. cum in ecclesiis, de major. & obed.* & an qui renuntiant sæculo, videantur profiteri totam regulam, Bald. quòd sic, per textum ibi *in cap.* 1. *de vassal. milit. qui arma bellic. depos.* & dicit Innocent. *in cap. consuluit, qui cleric. vel vov.* sufficere pro professione, quòd quis suæ voluntati renuntiet, & omnia committat voluntati Abbatis, *cap. nolo*, 12. *quæst.* 1. & *cap. non dicatis*; contrarium tamen in hoc vult Specul. *tit. de statu monachor.* vers. 36. *quæritur*, referens Papam Clementem dixisse, quòd non est professus, qui obedientiam tantum sine aliis substantialibus promisit; quod Cardinal. *in Clement. eos, quæst.* 2. *de usu.* dicit esse verius, licet primum sit æquius & animæ consultius.

(2) *Proprio.* Quid autem, si in professione protestetur se velle retinere certa bona propria? Joan. de Imol. *in cap. cum M. Ferrariensis, de constitut. ult. charta, col.* 2. dicit, quòd etsi talis protestatio sit accepta per eos quibus fit, non valet, neque vitiat professionem, allegat Glos. *in authentica, ingressi, C. de sacrosanct. eccles.* & *in cap. solet*, 32. *quæst.* 2. & Joan. Andr. *in cap. fin. de condition. appos.* & dicit esse communem opinionem, refert & sequitur Felin. ibi *in* 26. *colum.* & intelligitur hoc casu proprium, quicquid celatur Abbati vel alio Prælato suo, vel quod contra ejus voluntatem tenetur, secundum Joan. Andr. *in cap. cum ad monasterium, de statu regular.*

(3) *Non puede.* Adde *dict. cap. cum ad monasterium, in fin. de statu regul.* & limita, nisi ex magna causa Papa dispenset, ut tradunt Innoc. Hostiens. Joan. Andr. & Abb. *in dict. cap. cum ad monasterium*, & dicit Bald. *de vassal. milit. qui arma bellic. depos.* quòd professio non est sacramentum ecclesiæ, & ideo Papa ex causa potest illam removere: & Innoc. *in cap. presbyter, in fine* 1. *gloss. de sacram. non iterand.* dicit, quòd in monachatu non infertur character, & potest Papa facere, quòd non sit monachus, cum ipse constituerit ordinem monachorum, de quo latiùs per Joan. Andr. *in regul. semel, de regul. jur. lib.* 6. & per Felin. *in cap. si quando, col.* 3. *de rescrip.* & dicit Bald. *in L. si pater*, §. *fin. ff. de adoption.* per illum textum, quòd si Regis filius unicus religionem ingreditur, peccat, & non meretur, & Papa potest dispensare, ne regnum pereat, & vide Abb. *in cap. ex publico, ad fin. de convers. conjug.* & quod tradit idem Abb. *in cap.* 1. *ad fin. de voto*; quòd tamen in hoc peccaret filius Regis, licèt unicus, ego non crederem, neque affirmarem, quidquid dicat Bald. imò laudabile & meritorium est terrenum regnum despicere, & cœleste forti desiderio quærere, *cap. cœpit*, 23. *quæst.* 1.

(4) *Por carta.* Adde *cap. fin.* 20. *quæst.* 1. & 27. *quæst.* 1. *cap. omnes fœminæ*, Glos *in cap.* 1. *de censib. lib.* 6. Gloss. *in cap. vidua, de regular.* & vide per Abb. *in cap. nuper, de testibus.*

(5) *Se puede prouar.* Requiritur ergo scriptura ad probationem, non quòd sit de substantia professionis, textus cum glossa *in dict. cap. vidua.* 20. *quæst.* 1. Abb. *in cap. nuper, de testib.*

(6) *Dellas, nin en si mismo.* Adde textum *in authent. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. cap. non dicatis*, 12. *quæst.* 1.

(7) *En mano de aquel Mayoral.* Adde *cap. porrectum, de regular.* & *in cap. insinuante, qui cleric. vel vov.* & non requiritur de necessitate, quòd professio fiat in monasterio, sed in quocumque loco fieri potest, secundum Abb. *in dict. cap. porrectum*; & ut teneat professio, requiritur, quòd recipiatur ab eo, qui habet potestatem incorporandi monachum ad religionem: vide ibidem per Abb. ubi & tradit, an Episcopus posset recipere ad professionem, & ibidem, quòd valet professio per quæcumque verba facta, etiam non servata forma regulari; & an professus tacitè possit compelli per superiorem, quòd faciat professionem expressam, Abb. dicit, quòd sic, *in cap. cum causam, column.* 2. *de election.* per textum ibi; & idem dicit, si tacitè professus instaret, ut monasterium recipiat eum ad professionem expressam: & nota, quòd in eligendo requiritur expressa professio, vide Abb. *in cap. cum in magistrum, de elect.* & potest fieri maximè ex causa professio per procuratorem, vide Abb. *in cap. accedens, de præbend.*

o Prior. E si fuere Monesterio de Dueñas, la muger que quisiere entrar en el, deuelo fazer en mano del Abadessa, o de la Priora.

LEY III.

Quanto tiempo deue estar en prueua el que entra en la Orden de la Religion, e por que razones, e con que vestiduras.

Auto 4. tit. 1. lib. 4. Recop. n. 26.

Estar deue vn año (1) en prueua, el que quisiere tomar Orden de Religion, e esto por dos razones. La una por ver si podra sufrir las asperezas, e las premias de aquella regla. La otra, porque sepan los que son en el Monesterio, las costumbres del que quiere y entrar, si se pagaran del, o non: e si ante del año quisiere de alli salir, puedelo fazer (2), fueras ende si ouiesse fecho profession, en la manera que dize en la ley ante desta; ca estonce non podria salir de la Orden, ni el Abad, o Prior del Monesterio non lo podria dende echar (3), porque a el plugo de fazer la profesion, e a ellos de gela rescebir (4): e por esto non deuen los Abades, nin los Mayores de las Ordenes rescebir profession de ninguno, ante del año de la prueua, maguer que valdria si la fiziesse (5); esto es, porque quando algunos entran en la Orden, fazenlo con movimiento de saña, de algunas cosas que les acaescen, o por antojança, cuydando que la podrian sofrir, e despues quando van yendo, e estando y, camianse las voluntades, e arrepientense, de guisa que los vnos lo han de dexar, e los otros que fincan contra su voluntad, fazen en ella mala vida; e porende non les deuen de tomar la profession ante del tiempo sobredicho. Otrosi el que entra en Orden en algun Monesterio, deue vestir el habito (6) de aquella Orden; ca de otra manera, non podria bien prouar la aspereza de la Orden, porque vna grande parte de la graveza de la regla, es en las vestiduras.

LEY IIII.

De que hedad deuen ser los que nueuamente entran en Religion.

Nouicios llaman (1) a los que nueuamente entran en alguna Orden: e para esto ser firme, los que esto fizieren, ha menester que el varon aya catorze años (2) o dende arriba, e la muger doze, para rescebir la Orden, e si ante de esta he-

LEX III.

Ad probationem religionis debet novitius stare per annum in habitu regulari, & ante annum professione non facta liberè potest exire, & ante illum non debet fieri professio; facta tamen tenet. Hoc dicit.

(2) *Vn año.* Concordat cum *cap. Consaldus*, 17. *quæst.* 2. *cap. ad apostolicam*, *de regular* & cum *cap. non solum*, *eod. tit. lib.* 6. quid si quis ingressus religionem, ante annum probationis exivit, & posteà iterùm ingrediatur, an debeat iste habere integrum annum probationis? Specul. *tit. de statu monachor.* verbo 37. *quæritur*, dicit, quòd non, si conditio monasterii, vel religio non sit mutata, vel nisi personæ defectus supervenerit; sed intellige dictum Specul. juxta quæstionem venerealem Bart. Brixiens. quam refert, quando completo anno probationis ante professionem exivit; nam iste annus debet esse continuus, non interpollatus, secundum veriorem opinionem, ut dicit Abb. *in dict. cap. ad apostolicam*, & tradit Sylvest. *in summa*, *in* verbo *religio.* 5. versic. 4. *quæritur*; & incipit iste annus in 15. anno inchoante in masculo, in 13. in fœmina, secundum Joan Andr. *in cap. beneficium*, *de regul. jur. in* 6. & probatur infrà *in ista L.*

(2) *Puedelo fazer.* Vide *in cap. statuimus*, *de regular.* limita, ut ibi per Abb. & circa declarationem quartæ fallentiæ vide Sylvest. *in summa*, *in* verbo *religio*, 5. vers. 8. *quæritur*, & vide infrà *eod. L.* 7. Si autem donavit iste, vel legavit aliqua bona ante ingressum, an recuperabit ea? Vide Abb. *in cap. statuimus*, *de regular.* ubi post Hostiens. dicit, quòd non; nisi fecerit protestationem, quòd intendebat probare regulam, quia tunc videtur donare causa mortis, & recuperabit causa non sequuta: idem ergò dicendum si legavit per modum ultimæ voluntatis, quæ est revocabilis.

(3) *Non lo podria dende echar.* Nam ipse est obligatus monasterio, & monasterium sibi; acquisivit enim per professionem jus monachatus, & collegii, undè non potest ampliùs sine causa inde expelli, facit *cap. fin. de regular.* Abb. *in cap. cum causam*, *col.* 2. *de electione.*

(4) *A ellos de gela rescebir.* Quid de novitio, qui stetit per annum in monasterio in habitu novitiorum, nunquid potest agere, ut monasterium recipiat eum ad professionem? Vide per Joan. Andr. *in addition.* ad Specul. *tit. de regular.* referentem Hostiens. *in dict. cap. cum causam*, quòd sic, nisi monasterium habeat justam causam contradicendi; & ibi etiam tradit de eo, qui per annum tanquàm frater stetit in monasterio, habitu non mutato, an sit idem; de quo etiam vide per Abb. *in dict. cap. causam.*

(5) *Valdria si la fiziesse.* Vide de hoc, quod habetur *in dict. cap. ad apostolicam*, & *cap. non solum*, *de regular. lib.* 6. ubi videbis, quid in fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, & *cap. constitutionem*, *eod. tit.* de omnibus mendicantibus.

(6) *Deue vestir el habito.* Adde *cap. super eo*, *cum glossa ibi*, *de regular.* ubi Abb. dicit, quòd non est de substantia, ut quis probet regulam in habitu regulari, sed in habitu proprio; undè in regula solùm professo mandatur indui habitum regularem; sed quòd consuetudo locorum, quæ habet oppositum, videtur satis laudabilis, & observanda: adde etiam Gloss. *in cap. fin.* 17. *quæst.* 2.

LEX IIII.

Ante quatuordecim annos completos, novitius non potest profiteri, si est masculus, fœmina verò ante duodecim annos, qua ætate completa professio tenet, sive fiat expressè, sivè tacite permanendo per annum in monasterio; à parentibus verò minor dictæ ætatis oblatus religioni, ante quinti-decimi anni ingressum non exibit à monasterio: & tunc interrogabitur an velit permanere, & si dixerit quòd sic, non poterit ampliùs pœnitere, nec egredi; si autem, quòd non velit asserat, liberè exibit. Hoc dicit.

(1) *Nouicios llaman.* Lex etiam dicit illos novitios, qui per annum integrum non steterunt in loco, ut habetur *in L. fin.* §. *quoties*, & ibi per Doctores *ff. de publican.* & ibi Joannes de Imol. notat ad statutum, quòd novitii non teneantur solvere gabellas, quòd non dicentur novitii, qui ultra annum steterunt in civitate, vel commitatu: & oportet, secundum B. Bernardum *in epistola ad fratres de Monte Dei*, *columRn.* 7. istos novitios religionem ingredientes stultos fieri, ut sint sapientes, quia novitium prudentem, incipientem, sapientem, in cella diù posse consistere, in congregatione durare impossibile est: debet secundum eum sua obedientia esse indiscreta, id est, quòd non discernat, quid vel quarè præcipiatur, sed ad hoc tantùm niti, ut fideliter & humiliter fiat, quod à majori præcipitur.

(2) *Catorze años.* Est ergò in hoc legitima ætas, eadem

hedad sobredicha entrassen en ella, puedense salir si quisieren, maguer ouiessen fecho profession (3); e esto es porque non son de hedad para valer lo que fizieren. Mas si despues que llegaren a esta hedad, fiziessen profession, o estouiessen y vn año (4) despues de este tiempo, dende en adelante non pueden ende salir: e si el padre o la madre (5) metieren a su fijo o a su fija en Orden, ante que aya hedad, non pueden salir ende (6) fasta que entren en quinze años; e estonce deuele preguntar (7) el Mayoral que ouiere en aquel Monesterio, si quiere y fincar, o non, e si dixere de si, de alli adelante non se puede arrepentir, nin salir de la Orden, e si non le pluguiere de fincar, bien se puede tornar al siglo: e non le deuen fazer premia que tome la Orden, ca non le ternia pro, quanto al saluamiento del alma, seruir a Dios por fuerça.

LEY V.

Quien puede sacar de la Orden al que a y entra non auiendo hedad complida.

MOço, o moça que fuesse sin hedad, si entrasse en Orden sin plazer de su padre, bien lo puede el de alli sacar, fasta vn año (1) desde que lo sopiere. E si non ouiere padre, puedelo sacar aquel que lo ouiere a guardar, fasta aquel tiempo, e si non ouiere guardador, puedele sacar su madre, maguer el non quiera, si lo tenia ella en su poder (2), quando entro en la Orden. Mas si de hedad fuesse, no lo podria sacar dende ninguno, e si el Monesterio en que entrasse fuesse tan lexos, que en este tiempo sobredicho non pudiesse alla llegar el padre, o el que lo ouiesse en guarda, deue auer mayor plazo para poderlo ende sacar, segun aquel logar fuere lueñe.

LEY VI.

Como los Señores pueden sacar los siervos de la Orden, quando toman el habito de Religion sin su mandado.

REligion tomando sieruo (1) de alguno, puedelo su Señor demandar, pa-

LEY

dem quæ in contrahendo matrimonio, 20. *quæst.* 1. *cap.* 1. & concordat cum *cap. ad nostram*, & *cap. significatum, de regular.* & 20. *quæst.* 2. *cap. si in qualibet*, & *cap. puella*, & adde *cap.* 1. *de regular. lib.* 6. & *Clement. eos, eod tit.*

(3) *Maguer ouiessen fecho profesion.* Adde *cap. significatum, de regular.* & procedit, secundum Thom. 2. 2. *quæst. fin. artic.* 5. etsi sit doli capax, seu quantumcumque habeat usum rationis plenum, quia istud votum solemne professionis subditur ordinationi ecclesiæ, propter solemnitatem quam habet annexam; adde etiam Abb. *in dict. cap. significatum, in* 3. *notab.* Gloss. 20. *quæst.* 1. *in summa*, & limita, niti posteà ratam profesionem habuerit, ut *in dict. cap. significatum*, & *in cap.* 3. *de regular. lib.* 6.

(4) *O estouiessen y vn año.* Adde *cap.* 1. *de regular. lib.* 6. & intellige quando habitus sunt indistincti, quando post 14. annum in religionem fuit ingressus, ut ibi habetur, & *in cap. ex parte, de regular.* secùs si habitus in colore, scissura, vel forma se patenter exhibeat distinctum ab habitu professorum, ut *in Clement. eos, de regular.*

(5) *El padre o la madre.* Libera potestas est parentibus, offerre filium impuberem monasterio, ut hìc, & videtur probari 2. *quæst.* 1. *cap. imprimis*: & *ead. causa*, *quæst.* 2. *cap.* 1. & *in cap. monachum*, & *cap. quicumque*, 20. *quæst.* 1. Innoc. & Abb. *in cap.* 2. *de regular.* ubi vide per Abb. quid si pater & mater non concordant, & inclinat sequens Innoc. quòd præfertur is, qui contradicit, etiamsi sit mater illa, quæ contradicit: & ibidem, quòd sola mater, patre non contradicente, potest offerre filium monasterio, ut probatur *in dict. cap. quicumque*; in contrarium tamen refert Gloss. *in cap.* 2. 20. *quæst.* 1. dicentem matrem non posse offerre filium, cum non habeat eum in potestate; sed ei placet primum, quod fuit dictum Innoc. & satis videtur probari *in ista L.* quòd possit mater, & *in L. sequenti*, ibi: *si lo tenia ella en su poder.* Item quærit ibi Abb. post Innoc. quid de tutoribus? Et concludit sibi placere dictum Innoc. quòd tutores possent, per textum *in cap.* 2. 20. *quæst.* 1. & cum dictis Innoc. tenent Joan. Andr. & Card. *in dict. cap.* 2. & Socinus *consil.* 61. *in præsenti consultatione*, *colum.* 6. 1. *part.* ubi tradit, quid si esset mutus, qui haberet curatorem; vide ibi per eum.

(6) *Non pueden salir ende.* Nota hoc, & adde *cap. puella*, 20. *quæst.* 2. Innoc. & alios, *in cap.* 2. *de regular.* & est magnus effectus istius oblationis parentum; nam si impubes ingrederetur sine tali oblatione, posset exire quandocumque, ut notatur *in cap. significatum, de regular.* Abb. *in dict. cap.* 2. & nota, quod neque parentes, neque tutores possunt offerre filium impuberem invitum monasterio, & si invitus fuit oblatus, potest exire quandocumque, secundum Innoc. *in dict. cap.* 2. quod confirmat, & sequitur ibi Abb.

(7) *Preguntar.* Vide *cap. illud*, 20. *quæst.* 1. & *cap. significatum*, & *cap. cum virum, de regular.* Sed quid, si neque super hoc interrogetur, neque respondeat, sed perseveravit in monasterio? Gloss. posuit opiniones *in dict. cap. illud.* Hostiens. etiam tangit *in summa, de regular.* vers. *& utrum exire possit*, vers. *& dicas breviter*, videtur, quòd tunc servandum est, quod habetur *in cap.* 1. *in princ. de regular. lib.* 6.

LEX V.

Impubes absque patris voluntate religionem ingrediens, potest intra annum à scientia patris extrahi invitus per patrem, quem si non habeat, per tutorem, vel per matrem, si in ejus potestate erat, cùm intravit religionem; & si monasterium ita sit distans, quòd isto tempore non possit extrahere, datur majus tempus secundum loci distantiam. Si verò filius jam pubes ingrediatur religionem, non potest inde extrahi à parente, vel alio. Hoc dicit.

(1) *Fasta vn año.* Ortum habet ista lex à *cap. puella*, & ibi notatis *in gloss.* 20. *quæst.* 2. & vide etiam *in cap.* 2. *de regular.*

(2) *Si lo tenia ella en su poder.* Nota ad ea, quæ dixi suprà *in L. proxima.*

LEX VI.

Potest dominus servum religionem ingressum, infrà tres annos à tempore scientiæ, extrahere cum rebus quas ibi duxit, quo termino transacto, non poterit, sed liber permanebit. Si autem monachi sciant aut dubitent eum esse servum, non debent ei dare habitum professorum ante triennium, aliàs solvent domino extimationem servi: et si interrogatus servus tempore ingressus, mentiendo asseruit se liberum, vel falsos testes ad hoc induxit, aufertur sibi habitus, & expellitur ab ordine, & redigitur in domini servitutem. Hoc dicit.

(1) *Sieruo.* Concordat cum *cap. generalis*, & *cap. si ser-*

para tornarlo en seruidumbre, fasta tres años despues que lo sopiere; e si fasta este tiempo non lo demandare, dende en adelante deue fincar en la Orden por libre, e non lo puede demandar despues. Pero si aquellos que lo rescibieren en la Orden, sabian que era sieruo, o no eran ciertos si era libre, o no, non le deuen dar el habito de la Orden, fasta tres años (2); porque si su Señor en este comedio viniere e lo demandare, que gelo puedan dar, con todas aquellas cosas que aduxo, faziendole primeramente prometer, que le non faga mal por esta razon: mas si ante del tiempo destos tres años le dieren el habito de la Orden, deue fincar en la Orden, pero el Monesterio es tenudo (3) de pechar al Señor, quanto valiere aquel sieruo; e esto es porque son en culpa, rescibiendole ante del tiempo que deuian: e si por auentura aquellos que lo rescibieron en la Orden, dubdauan, que non era libre, e quando gelo preguntaron, dixo que lo era, mintiendo, o aduxo testigos falsos (4) para prouarlo, e el Señor prouare que es su sieruo, deuenle toller el habito, porque lo gano engañosamente, e echarlo de la Orden, e tornarlo en seruidumbre (5), en poder de su Señor cuyo ante era, por la falsedad que fizo.

L E Y VII.

Por que razones puede salir de la Orden el que y entrare, e por quales non.

SAlir puede de la Orden ante del año complido, el que a y entrare, si non fiziere ante profession, segun dicho es de suso. Pero si ouo voluntad, quando alli entro, de non biuir mas en el siglo (1), non puede despues tornar al siglo. Mas bien puede entrar en otra Orden, que sea mas ligera de tener, si non se pago de la primera en que entro. Mas si su intencion non fue de se dexar del siglo del todo; e quiso entrar en la Orden para prouar, si la podria complir e sofrir, e si non, que se podiesse tornar como ante estaua, si non le pluguiere, bien se puede tornar al siglo, como ante estaua, ante que cumpla el año; mas non deue biuir tan seglarmente como de primero: e aun para toller esta dubda, si ouo voluntad de ser en ella, o non, deuelo dezir en el comienço quando entra; e si non lo fiziere assi, da a entender (2) que lo fizo con voluntad de prouar la Orden, e si non le plugiesse, que se pudiesse tornar al siglo, e non deue ser apremiado para fincar en la Orden; fueras ende si paresciessen algunas señales, porque ciertamente pudiessen sospechar, que lo fizo con intencion de non biuir mas en el siglo; assi como si quando entro en la Orden (3) fizo

servus sciente, 54. *dist.* & vide *gloss. fin. in cap.* 2. *de servis non ordin.*

(2) *Fasta tres años.* Vide *in authent. de monachis*, §. 1. & *cap si quis incognitus*, 17. *quæst.* 2. & *dict. cap. si servus sciente.*

(3) *Es tenudo.* Sequitur dicta Raymundi, & Archid. *in dict. cap. si quis incognitus*, 17. *quæst.* 2.

(4) *Mintiendo, o aduxo testigos falsos.* Sequitur dicta Raymundi *ubi suprà*, & Hostiens. *in summa*, *de voto* §. *quis vovere*, vers. *quid si professus.*

(5) *En seruidumbre.* Si tamen posteà fuit manumissus, tenetur redire ad monasterium, secundum Archid. *in dict. cap. si quis incognitus.*

L E X VII.

Religionem ingrediens voluntate experiendi, potest infrà annum ad seculum redire, nisi ante professionem fecerit, aut in ipso ingressu voluntatem habuit non revertendi ad sæculum, quod præsumitur si bona sua dedit hæredibus, vel legatariis ante ingressum, vel dedit ecclesiæ, aut pauperibus, vel si cum distincti essent habitus novitiorum & professorum, assumpsit habitum professorum; vel si tacuit per annum compellitur ad profitendum; his cessantibus præsumitur, quòd causa experiendi intravit. Hoc dicit.

(1) *De non biuir mas en el siglo.* Concordat cum *cap. consulti*, & *cap. statuimus*, *de regular.*

(2) *Da a entender.* Sequitur Gloss. *in dict. cap. statuimus*, & dicta Hostiens. *in summa*, *de regular.* §. *& qualiter obligetur*, vers. *obligatur etiam.*

(3) *Si quando entro en la orden, &c.* Prosequitur dicta Hostiens. *in summa*, *qui cleric. vel vov. fin. col.* vers. *occulta verò*; dicit enim Hostiens. *ubi suprà*, occulta verò professio inducitur, vel ex mora temporis, puta, quia per annum stetit sine reclamatione, *de regular. cap. ad apostolicam*, vel per evidentia signa, puta, quia quando ingreditur renuntiat sæculo, facit testamentum, ac si mori deberet, & transfert bona sua in hæredes, & legatarios & pias causas, & mutat habitum: & sic dicit, renuntiat sæculo, &c. dicit tamen Cardin. *in cap. consulti*, *de regular.* non esse veros religiosos istos, qui assumunt habitum novitiorum cum proposito mutandi vitam & relinquendi sæculum: & quòd si exirent, & contraherent matrimonium, teneret matrimonium; movetur, quia per susceptionem hujus habitus non fit professio tacita vel expressa, ergò votum non est solemnizatum, ut dirimat matrimonium post contractum; neque obstare dicit textus *in cap. non solum*, *de regular. lib.* 6. cum æquiparat professum tacitè vel expressè, & eum, qui proposuit vitam mutare; quia respondet, quòd æquiparat solùm ille textus quoad hoc, ut neuter possit ad sæculum redire, sed tenetur ad religionem saltèm laxiorem, ut *in dict. cap. consulti, in fin.* non tamen ex hoc sequitur, quod matrimonium contractum non teneat: & opinio Cardin. placet Abb. corroborans, quia professio non potest fieri sine consensu ingredientis, & monasterii, *cap. ad apostolicam*, *de regular.* & cum sit quidam quasi contractus, & inde oriatur reciproca obligatio, non potest consistere ex parte unius tantùm, *L. in omnibus*, la 2. *ff. de action. & obligat.* undè concludit Abbas, quòd tales non sunt verè religiosi, sed peccant mortaliter, stando in sæculo & non intrando religionem, ex quo habuerunt propositum mutandi vitam perpetuò; poterunt tamen intrare ordinem laxiorem, ut *in dict. cap. consulti*, & *suprà in ista L.* Item, idem Abb. *in cap. litteraturam*, *de voto*, videtur restringere & limitare istud quòd teneatur iste talis ad religionem saltèm laxiorem, ut procedat, quando intervenit cum proposito mutandi vitam promissio saltèm corde; movetur ex doctrina S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 1. dum dicit: Inter cætera tria, necessaria ad obligationem voti, primò deliberatio, secundò propositum, tertiò promissio; non enim obligatur quis secundum eum ex sola deliberatione, vel ex solo proposito, nisi subsequatur promissio. Potest tamen fieri Deo talis promissio solo corde: & dicta S. Thom. sequitur Archid. *in cap. qui bona*, 15. *quæst.* 1. jura igitùr facientia mentionem de proposito, in ista materia debent intelligi, quan-

zo su testamento, e dio todos sus bienes a sus herederos; o fizo mandas, e dio lo suyo a Eglesias o a pobres; o si en aquel Monesterio en que entro, auia departimiento entre el habito de los Nouicios, e los otros que ayan fecho profession, e sabiendolo el, dexo el de los Nouicios, e tomo el de los otros (4), ca esse atal non se puede tornar al siglo, maguer non ouiesse estado vn año complido en prueua, nin ouiesse fecho profession. Otrosi el que entrasse en Orden de Religion, e traxesse el habito della vn año cumplido (5), gran señal es por que puedan sospechar contra el, que ouo voluntad de fincar y; e porende le deuen apremiar, que faga profession (6) e que guarde la regla.

L E Y VIII.

Por que razones los que fueren en vna Orden pueden passar a otra.

FVerte seyendo la Orden e aspera, de manera que non se atreuiesse a sofrirla, aquel que entrasse en ella, bien puede salir della si quisiere, e passar a otra mas ligera; pero esto puede fazer, ante que faga profession, e non despues. Mas si dexando la Orden, que auia tomado con intencion de non tornar al siglo (1), tomasse despues muger, ante que se cambiasse a otra Religion, non valdria tal casamiento, nin se puede escusar por el, de non entrar en alguna Orden. Ca maguer el habito solo que tomo en la primera Religion, non aya tan grande firmeza, para que le puedan apremiar, que finque en ella; pero porque consintio de non beuir mas al siglo, aquella voluntad que ouo, ha tanta fuerça, que le embarga que non puede despues casar, nin fincar (2) al mundo.

LEY

quando propositum fuit cum animo se obligandi, ita quòd fuerit processum ad promissionem saltèm corde; & per ista dicit Abb. destrui multas theoricas Canonistarum, ut Innocent. & Hostiens. loquentium in ista materia, de proponente mutare vitam, seu renuntiandi sæculo. Sylvest. etiam *in summa*, *in* verbo *religio*, 5. versic. 8. *quæritur*, dicit, quòd neque illa opinio, quòd iste talis non posset redire ad sæculum, stare potest; movetur ex dictis S. Thom. & aliorum Theologorum, quæ suprà retuli, quibus dicit in hoc standum, & allegat illud Deuteron. *cap.* 23. *vers.* 23. Si votum &c. ibi: *facies sicut promisisti domino*, & Ecclesiastici 5. *versic.* 3. Si quid vovisti domino, non tardabis reddere: et sequitur, *displicet enim ei infidelis, & stulta promissio*, & concludit Sylvester, quòd tale propositum debet sumi & intelligi de voto religionis, vel quando ingrediens se obstulit professioni; sed quòd ille qui solùm proposuit perseverare non vovendo, neque se offerendo professioni, potest infrà annum ad sæculum redire de jure, & contrahere matrimonium, etiam sine peccato quoad ecclesiam, & etiam quoad Deum, si redeat ex justa causa, puta infirmitate, vel debilitate. Si autem ex causa injusta, veluti tædio sanctæ vitæ, vel hujusmodi, est peccatum ingratitudinis: & hæc dicta Abb. *in dict. cap. litteraturam*, & Sylvestri satis placent, & sunt menti tenenda ad intellectum istius legis, & aliorum jurium loquentium de isto proposito mutandi vitam; lex tamen infrà proxima videtur approbare opinionem Innoc. & Hostiens. ut ibi dixi; dubito tamen in eo, quod addit Sylvest. quòd ex oblatione professioni videatur promittere vel vovere, ut sic maneat obligatus religioni saltèm in genere, quia cum ut dictum est, talis contractus sit reciprocus, non acceptante monasterio, iste non est obligatus. Item non sequitur, quòd ex sola ista oblatione promittere videatur; nisi dicas, quòd talis oblatio ostendit animum mutandi vitam absolutè, ut habetur *in dict. cap. non solum*, & *in cap. beneficium*, *de regular. lib.* 6. ibi: *quod tamen non præsumitur, nisi clara probatione, vel competentibus indiciis ostendatur*, ubi Gloss. exemplificat, ut si beneficio renuntiavit, vel de bonis propriis verbo & re disposuit: sed omnia ista non arguunt, neque ostendunt indubitatè, quòd promisisset saltèm corde, quia potuerunt ista intervenire sine tali promissione. Item obstare videtur dicto Sylvestri *cap. constitutionem*, *de regular. lib.* 6. ubi est expressum, quòd tunc professio tacita, quæ resultat ex susceptione habitus professorum, obligat quem religioni in genere, quando triduò perseveravit, quod non reperitur in offerente se solùm.

(4) *Tomo el de los otros.* Et triduò perseveravit, ut habetur *in dict. cap. constitutionem*, *de regular. lib.* 6.

(5) *Vn año complido.* Qui per annum integrum defert habitum novitiorum, videtur profiteri, quando non est distinctus ab habitu professorum, eo modo, quo habetur *in Clement. eos*, *de regular.* & dixit suprà *eodem in L.* 4.

(6) *Que faga profession.* De expressa intellige, nam tacite est professus, quando detulit habitum per annum, ubi non est distinctio ab habitu professorum in colore, scissura, vel forma, ita quòd se patenter exhibeat, ut habetur *in dict. Clement. eos*, ubi vide Gloss. *in* verbo *deinceps*, & adde quod dixi suprà *eod. in L.* 2. *in gloss. fin.*

L E X VIII.

Potest religionem ingressus, ante professionem transire ad aliam religionem laxiorem; non tamen poterit uxorem ducere, si ingressus fuit animo non revertendi in sæculum, imò compellitur aliquam religionem ingredi. Hoc dicit.

(1) *Con intencion de non tornar al siglo.* Facta professione tacita, vel expressa, ut *in cap. constitutionem*, *de regular. lib.* 6. nam si intervenit tantùm propositum relinquendi sæculum, licèt gestaverit habitum probationis, sive novitiorum, teneret matrimonium, ut dixi suprà *L. proxima*, *in gloss. magna*; vel dic, quòd ista lex sequatur opinionem, quam voluit Innoc. & Hostiens. clariùs *in cap. consulti*, *de regular.* de qua dixi in *eadem glossa*, cum hìc non se fundet in professione tacita, sed tantùm in proposito relinquendi sæculum, & vitam mutandi; quod patet ex littera hujus legis, cum dicit inferiùs, *ca maguer el habito solo que tomo, &c.* et cum dicit, *pero porque consintio, &c.* Hodiè tamen attenta dispositione *cap.* 1. *de voto*, *lib.* 6. quod supervenit post istam legem, ad hoc ut dirimeretur matrimonium contractum, requireretur professio expressa vel tacita, ut ibi est expressum: & cum talis professio non inducatur ex tali proposito, neque induceretur etiam ex voto simplici cum delatione habitus novitiorum, tenebit matrimonium, ut dixi *in dicta glossa.*

(2) *Fincar.* Vide quæ dixi suprà *L. proxima in gloss. magna*, nam ut ibi dixi, communis opinio Canonistarum videtur, quòd iste talis teneatur ad religionem, excepto Abb. *in dict. cap. litteraturam*, *de voto*, & Cardin. *in dict. cap. consulti*, *de regular.* vide quæ dixi *in dict. gloss.* quia illa opinio Abb. & Sylvest. quæ consonat dictis S. Thom. & Theologorum videtur verior.

LEY IX.

Como de la Orden mas franca pueden passar a otra mas fuerte.

FAze sofrir (1) el amor de Dios a algunos Religiosos (2) mayores trabajos e lazerias, de aquellas en que biuen, dandoles voluntad de passar a otras mas fuertes Religiones (3) que las suyas. Onde si Dios diesse a algunos tanta gracia, que esto cobdiciassen, bien lo pueden fazer. Pero deue dezir de esta guisa primeramente a aquel Perlado en cuyo Monesterio biue, que le otorgue que pueda yr a otra Orden mas aspera. E si por auentura non gelo quisiesse otorgar (4), bien se puede yr sin su otorgamiento a otra, que sea mas fuerte (5); ca a los que Dios guia en esta razon, non son tenudos de obedescer a sus

LEX IX.

Religionem professus, vel clericus sæcularis petita licentia, licèt non obtenta, potest ad strictiorem regulam convolare: Episcopus verò non sine Papæ licentia. Hoc dicit.

(1) *Faze sofrir.* Sumpta est hæc lex ex *cap. licèt*, *de regular.* & *à cap. statuimus*, 19. *quæst.* 3.

(2) *Religiosos.* Quid de conversis, vel oblatis? & conversi dicuntur, qui obtulerunt se, & sua in religione mutando habitum, non tamen promoventur ad ordines; monachi verò dicuntur, qui promoventur ad ordines; oblati verò dicuntur, qui dedicant se & sua monasterio habitu non mutato, ita declarat Abb. *in cap. non est, de regular.* utrum ergò isti conversi, vel oblati possunt transire ad arctiorem religionem petita licentia, ut hìc dicitur? Gloss. *in cap. ut lex continentiæ*, 27. *quæst.* 1. voluit, quòd non; & illam glossam dicit singularem Abb. *in dict. cap. non est*, 3. *notab.* astringuntur enim monasterio, secundum eum, magis isti quàm monachi, quia efficiuntur quasi servi monasterii, quod Abb. dicit singulariter notandum; tu tamen adverte, quia glossa illa loquitur de conversis, vel oblatis ecclesiæ sæculari, non regulari monasterio. Item, quòd Archid. ibi refert alios voluisse, quòd & isti possint transire ad strictiorem regulam, vide ibi. Quid autem in monialibus? Dic, quòd possunt transire ad monasterium arctius, sicut & monachi, secundum Abb. *in cap. fin. ult. notab. de statu monach.* qui allegat textum cum glossa *in cap. monachis*, 20. *quæst.* 4. & *in cap. virgines.* Item, & domus religiosa tota potest se transferre ad arctiorem religionem alterius monasterii, ut *in cap. recolentes*, *de statu monach.* an autem clerici certæ ecclesiæ possunt se obligare ad observandam regulam alicujus religionis? Vide per Abb. *in cap. penult. de his, quæ vi metus ve causa fiunt*, *super gloss.* 1. ubi concludit, quòd aut volunt profiteri religionem arctiorem, mutando primam regulam, seu antiquum statum ecclesiæ, & dando in futurum novam formam vivendi etiam successoribus, & non possunt sine authoritate Episcopi: aut volunt servata antiqua regula se personaliter obligare ad arctiorem, & possunt etiam sine authoritate Episcopi; quia possunt plus mereri, neque ex hoc alteratur status ecclesiæ, ex quo non mutant habitum, neque deserunt antiquam regulam: videas ibi latiùs.

(3) *Mas fuertes Religiones.* Adverte, quòd non sufficit, quòd secunda religio habeat strictiorem regulam, nisi actu ducatur ibi vita strictior, ut probatur *in dict. cap. licèt*, & ibi notat Abb. *penult. notab.* & in hoc dicit multos decipi; & facit ad hoc *L. quod traditum*, & *L. levissima*, *ff. de condit. & demonstrat.* per quas LL. Joan. Fab. *in §. si plures*, *instit. de hæred. instit.* infert, quòd habens licentiam intrandi religionem arctiorem, quòd censeatur arctior non inspecta regula, sed modo eam tenendi, & ideo secundum eum religio monachorum Nigrorum non censetur arctior illa fratrum Minorum, vel Prædicatorum. Sed pone, quòd religiosus existens in monasterio, ubi tamen non servatur regula, vult intrare aliam religionem laxiorem, ubi servatur regula, ita quòd habito respectu ad præsentem modum vivendi, secundum monasterium quod est religionis laxioris, ducit vitam strictiorem, an sit licitum? Ex dictis Innoc. *in cap. sanè*, *de regular.* videtur, quòd sic; tenent etiam Theologi secundum Joan. Andr. ibi, qui hanc opinionem admittit, si non est spes reformationis primi monasterii, vel si saltèm in eadem provincia non est aliquod monasterium ejusdem religionis, ubi servatur regula, alias non esset licitus transitus ad laxiorem religionem; & satis hoc placet Abb. ibidem, qui allegat ad materiam S. Thom. 2. 2. *quæst. ult. art.* 8. Adverte etiam, quòd Canonistæ, ut permittatur iste transitus, tantùm ponderant, an sit strictior religio respectu arctioris vitæ; unde, etsi respectu finis secunda religio sit melior & fructuosior, si tamen non vivitur ibi strictiùs, non est licitus transitus, ut tradit Joan. Andr. *in dict. cap. sanè*, *colum. pen.* ibi: *sed nos Canonistæ*, quod Abb. ibi dicit benè notandum, allegat pro hoc *dict. cap. licèt*, & *cap. virgines*, 20. *quæst.* 4. cùm enim omnes religiones sint ordinatæ ad summum finem, qui est charitas, per quam conjungimur Deo, ut *in constitutione* Joan. 22. *ad conditorem*, versic. *cum enim*, & sic finis sit idem, solùm arctiorem modum vivendi ponderemus; sed de mente S. Thom. 2. 2. *quæst.* 189. *art.* 8. est quòd non solùm in hoc ponderetur arctitudo vitæ, sed etiam quòd sit fructuosior & sanctior: vide de hoc per Sylvest. *in summa*, *in* verbo *religio*, 4. §. 1. & *vers.* 1. & *vers. octavò quæritur*, facit lex ista Partitarum pro opinione Canonistarum. Quid autem si religiosus velit transire ad religionem æqualem, vel laxiorem? Vide per Abb. *in cap. non est*, *de regular.* ubi concludit, quòd non potest sine causa; cum causa verò fortè ob debilitatem vel corporis complexionem poterit de licentia Abbatis, vel Episcopi ob majorem cautelam, & in exemptis dispensabit Prælatus, qui loco Episcopi præest, ut dixit Abb. *in cap. in singulis*, *de statu monachor.* & vide infrà *in L. proxima*; poterit ergò transire de ordine non mendicantium ad ordinem mendicantium, tamquam strictiorem & perfectiorem, ut tradit Archid. Florent. 3. *part. tit.* 16. *cap.* 4. *in fine*, & vide per Sylvest. *in summ. in dict.* verbo *religio.* 4. versic. 6. *quæritur*, *cum duobus vers. sequentibus.*

(4) *Non gelo quisiesse otorgar.* Quid si Prælatus deneget, vel non respondeat, vel allegat causam denegationis injustam, vide per Abb. *in dict. cap. licèt*, *de regular. colum.* 2.

(5) *A otra*, *que sea mas fuerte.* Debet tamen antea quam recedat habere jam quæsitum monasterium arctius, in quo recipiatur, ne aliàs dicatur fugitivus & apostata, per ea, quæ tradit Innoc. quem sequitur Joan. Andr. Anton. Cardin. & Joan. de Imol. *in cap. fin. de renunt.* ubi volunt, quòd superior non potest dare licentiam monacho suo intrandi religionem arctiorem, nisi priùs inveniat tale monasterium arctius, quod paratum sit illum recipere; & si aliter recedit, fugitivus est & apostata, cum non sit sub alicujus obedientia: dicunt tamen ibidem, quòd benè potest concedere talem licentiam, ut sub sua obedientia vadat, quærendo locum religiosum arctiorem; consulunt tamen, quòd superior hoc non faciat, nisi suspicetur de majori malo, scilicet, quòd recedet sine licentia, ut traditur *in cap. sicut ex litteris*, *de jurejur.* & per Archid. *in cap.* 1. 72. *dist.* per Henrr. *in dict. cap. licèt*; & vide super his Socinum 2. *vol. consil.* 222. *præsens consultatio*, ubi consuluit, quòd si licentia sit simpliciter concessa, onerando conscientiam monachi, censetur data in casu à jure permisso, scilicet, quòd sub obedientia sua quærat monasterium: vide ibi per eum, & vide quod in contrarium dicit Bald. *in L. pen. C. de oper. libertor.* ubi argumento illius legis dicit, quòd postquàm monachus est licentiatus, quòd transeat ad aliud monasterium, non pertinet deinceps ad Abbatem primi monasterii inquirere, ubi moretur, neque eum ad monasterium revocare, manumissus enim est; & an ex cursu longi temporis, quo stetit in secundo monasterio, præsumatur quòd licitè petita, & obtenta licentia recessit, vide per Socinum *consil.* 270. 2. *volum.* incipit *consideratis*: & quid si licentiatum ad arctiorem religionem pœnituit, an primum monasterium teneatur eum recipere? Sylvest. *in summa*, *in* vers. *religio*, 4. vers. *quintò quæritur*, allegat Veruer. dicentem, quòd sic, si non invenit arctiorem se recipientem, vel non potuit sufferre ejus austeritatem, & ante profes-

sus Perlados, pues que los embargan del seruicio de Dios. E non tan solamente pueden fazer esto los Religiosos, mas avn los Clerigos seglares (6): e non lo deuen dexar, maguer lo contradixessen, e lo embargassen sus Perlados. Empero esta razon non valdria a los Arçobispos, ni a los Obispos (7), nin a los otros Perlados mayores. Ca si algunos dellos quisiessen entrar en Orden, no lo podrian fazer, a menos de lo demandar al Apostolico mucho afincadamente, pidiendo merced que gelo otorgue, e si lo fiziessen sin su otorgamiento, non valdria.

LEY X.

Como deuen fazer los Clerigos seglares, quando quisieren tomar Orden de Religion.

MVdarse queriendo algun Clerigo de su Eglesia seglar, para fazer vida en otra que fuesse de Religion, bien lo puede fazer: mas primeramente lo deue demandar (1) a su Obispo, que gelo otorgue, o al otro Perlado menor, si lo ouiere en aquel logar; e si non gelo otorgare, bien lo puede fazer por si. Pero si alguno que fuesse de Religion, se quisiesse mudar de vn Monesterio para otro, e aquel a que se quisiesse yr, fuesse de mas estrecha vida que el suyo; bien lo puede fazer, demandando a su Perlado primeramente que gelo otorgue. E si aquel Monesterio fuesse egual en vida e en regla, como el suyo; bien puede passar a el, si el Perlado lo sopiere e gelo consintiere (2) E si quisiere yr a Monesterio de mas ligera Orden de sofrir, que la suya, non lo puede fazer, fueras ende por dos razones. La vna es, quando alguno quiere biuir en Orden, e entra en algun Monesterio; ca si non se paga de biuir en aquella Religion, bien se puede passar a otra mas ligera, ante que faga profession, segun dize de suso. La otra es, quando alguno que fuesse de Religion, saliesse de su Monesterio e andouiesse errado por el mundo, e despues desso conosciendo su yerro, quisiesse tornar a su Orden, si en aquella tierra donde el andouiesse, non fallasse Monesterio de aquella Orden, nin de aquella Religion en que solia biuir, nin otro que fuesse de mas estrecha regla: estonce bien puede biuir en otra, que sea mas ligera (3). Mas si en aquella tierra non ouiesse Orden ninguna, puede beuir con los seglares, faziendo buena vida, e teniendo su regla lo mas que pudiere. E por esta razon, quando acaesciesse, pueden poner en los Monesterios de Religion Clerigos seglares, non podiendo auer otros de otra Orden (4), que y biuiessen, e fazer del Monesterio Eglesia seglar.

LEY XI.

En que manera los legos que son casados, pueden tomar habito de Religion.

HAbito de Religion pueden tomar los legos casados, si quisieren; pero el derecho de Santa Eglesia faze en ello departimiento: ca aquel que quiere rescibir la Orden, o lo faze con voluntad de su mu-

fessionem vult reverti, quia licentia & renuntiatio facta fuit ex causa, quæ non est subsequuta: & vide ad hoc S. Bernard. *in epist.* 32. & vide etiam Bald. *in L. cum adoptivis, C. de adoption.* ubi quòd si expellatur de secundo monasterio, quòd revertatur ad primum.

(6) *Clerigos seglares.* Vide infrà *eod. in L. proxima.*

(7) *Obispos.* Vide *in dict. cap. licèt de regular.* quid autem de Abbate, vel alio Prælato exempto, vide ibi per Abb. referentem Joan. Andr. *in regul. cum non stat, in mercurialibus, de regul. jur. lib.* 6.

LEX X.

Clericus sæcularis petita licentia Prælati (licèt non obtenta) potest ab ecclesia sæculari transire ad regularem. Sicut & potest facere monachus ad religionem strictiorem, potest etiam transire ad religionem æqualem de consensu Abbatis; ad laxiorem verò, transire non potest jam professus, & si monachus apostata vagans per orbem, pœnitentia ductus velit redire ad suum ordinem, non tamen reperit in terra, quam habitat, monasterium sui ordinis, neque strictioris regulæ, potest ingredi laxiorem; & si ibi non reperiat monasterium cujusvis ordinis, vivere potest cum sæcularibus benè degendo, & pro posse suam regulam servando; quod & est causa convertendi ecclesiam regularem in sæcularem, quando regulares ibi poni non possunt. Hoc dicit.

(1) *Deue demandar.* Ex honestate, nam ex necessitate non videtur teneri, ut probatur *in cap. duæ*, 19. *quæst.* 2. & tenet Innoc. *in dict. cap. licèt, de regular.* si tamen ecclesia enormiter læderetur, posset revocari secundum eum, & sequitur Abb. ibi argum. *cap. admonet, de renunt.* & 7. *quæst.* 1. *cap. si quis vero.*

(2) *Consintiere.* Vide per Abb. *in cap. non est, de regular.* & dixi suprà *L. proxima, in gloss. super* verbo *mas fuertes Religiones.*

(3) *Que sea mas ligera.* Hoc videtur intelligendum pro eo tempore, quo non potest redire ad suum ordinem, seu monasterium; & nota istam legem, quia ad præsens non habeo memoriam canonis, unde sumpta sit, & arbitror sumptam esse ex dictis Raymundi *in summa*, quem refert Summa angelica in parte *religiosus, vers.* 43. vide etiam in materia notabilem textum *in cap. penult. de regular. lib.* 6.

(4) *Non podiendo auer otros de otra orden.* Adde *cap. inter quatuor, de religios. domib.*

LEX XI.

Si maritus sine uxoris consensu religionem ingrediatur, potest uxor eum revocare, nisi vir ei adulterium objiciat, & probet. Item revocat, si vi, vel metu consensit; si tamen sponte, & senex uxor sit, non potest eum revocare, etsi castitatem ipsa non promiserit. Si verò sit juvenis uxor, quæ consensit, neque castitatem promisit, potest Episcopus virum compellere ad cohabitandum cum ea. Si tamen castitatem promisit, compellitur ipsa religionem intrare, & licèt propter uxoris consensum vir non potest per uxorem revocari, si ipse egrediatur infrà annum probationis, & aberret in sæculo, poterit per uxorem revocari. Hoc dicit.

muger, o non. E si ella non lo otorga, siempre puede demandar que se torne a biuir con ella (1), e deuele apremiar el Obispo de aquel logar, que lo faga; fueras ende si ella ouiesse fecho adulterio (2), porque la podiesse el marido desechar, prouandogelo. E aun y a otro departimiento, ansi como quando la muger otorga al marido que entre en Orden; ca, o lo faze a miedo, o por premia (3), o de su grado. E si lo faze por premia, puedelo otrosi demandar, como dicho es de suso; e si de su grado (4) lo consintio, non lo puede sacar de la Orden: ante touo por bien Santa Eglesia, que si la muger seyendo moça, prometio de guardar castidad, quando otorgo al marido que tomasse habito de Religion, que el Obispo de aquel logar, le podiesse fazer por premia (5), que entrasse en Orden; mas si esto non ouiesse prometido (6), non la puede apremiar, ante deue el Obispo de su oficio (7) constreñir a su marido, que torne a beuir con ella. E si por auentura la muger fuesse tan vieja, que non pudiessen sospechar contra ella, que non guardasse castidad, bien puede fincar al siglo (8), e non la deuen apremiar que entre en Religion. Otrosi touo por bien Santa Eglesia, que si el marido saliesse de la Orden (9), e andouiesse errado por el siglo, que su muger lo podiesse demandar, que biua con ella, maguer le ouiesse otorgado poder de entrar en Orden; mas esto non podria fazer, si el marido fincasse en la Religion.

LEY XII.

De los que entran en Orden sin otorgamiento de sus mugeres.

DEmandando alguna muger a su marido, si lo sacasse de la Orden por alguna de las razones que dize en la ley ante desta, si despues, biuiendo en vno, se muriesse ella, deuele amonestar su Perlado que torne a la Orden, e si non quisiere, peca por ello. Empero la Eglesia non le deue apremiar (1) que torne y por fuerça: esto, porque la promission que fiziera, non fue complida como deuia, nin se pudo atar de llano a guardar castidad, por el embargo del casamiento en que estaua. Pero este atal non deue despues casar (2), e si despues casare, peca; porque passo contra aquello que prometio, e deue fazer penitencia por ello, como quier que vale el casamiento (3). E si por auentura entrasse alguno en

(2) *Eglesias parrochiales.* Ad dignitatem episcopalem indubium est secundum omnes, & est textus *in cap.* 1. 18. *quæst.* 1. & *in Clement.* 1. *de elect.* & apertiùs *in cap. si religiosus*, & *cap. quorundam, de elect. lib.* 6. ita quòd proceditur per viam electionis, & non est necessaria postulatio; & hoc conceditur propter excellentiam dignitatis Episcopalis, nàm Episcopus appellatur religiosus, *cap. ex multa, de voto.* Si verò promotio fiat in ecclesia collegiata ad canonicatum, vel aliud beneficium simplex ipsius ecclesiæ collegiatæ, & non potest promoveri, *cap. super eo, de regular.* si verò eligatur ad ipsam dignitatem ecclesiæ collegiatæ, vel ad præposituram, & in hoc sunt opiniones, ut refert Abb. *in dict. cap. quod Dei timorem*, nam Hostiens. & Cald. tenent, quod non posset eligi, sed debeat postulari, & sic, quòd sine dispensatione non promovetur; Abb. ibi vult contrarium, cum ratio curæ & prædicationis ita militet isto casu, sicut si promoveretur ad dignitatem Episcopalem in ecclesia sæculari. Si verò neque promoveatur ad ecclesiam cathedralem, neque collegiatam, sed ad aliam ecclesiam non curatam, & non potest promoveri, quia illam obtinere non potest, ex quo cessat ratio curæ; aut ecclesia est curata, & communiter tenetur, quòd possit promoveri, & ita etiam tenet Abb. *in dict. cap. quod Dei timorem*, ponderans ad hoc illum textum, cum dicit *possunt*, nam hoc innuit non esse necessariam dispensationem; quod enim per dispensationem potest fieri, dicitur non posse fieri secundum Innoc. *in cap. pastoralis, de caus. posses. & propriet.* & cogetur Abbas per superiorem consentire, ut monachus præficiatur ecclesiæ sæculari, ubi non invenirentur idonei & sufficientes clerici, & monachus est bonus prædicator & honestus in vita, *cap. cum pro utilitate, juncta glossa*, 16. *quæst.* 1. & dicit Hostiens. *in summa, de statu monachor.* §. *utrum, col.* 1. quòd non est dicendum esse speciale in dignitate episcopali quoad religiosum præficiendum, quia in hoc potiùs est consideranda salus animarum; & aliqua rectoria invenitur, quæ majorem curam habet, quam duo vel tres aliqui Episcopatus, ut Parisiis ecclesia Sancti Germani, ubi rector curare habet plusquàm quadràginta millia animarum; quod etiam confert ad id, quod suprà dictum est de prælatura ecclesiæ collegiatæ, & dicit ibidem Hostiens. hæc verba: Caveant igitur sibi amici nostri fratres Prædicatores, & Minores, qui colligentes grana quæ penes nos inveniunt, vix reliquunt paleas, nam curialiter agerent, si aliquos reddendo nostram inopiam sublevarent: in hoc enim casu propter fœcunditatem spiritualem lippitudo Liæ Rachelis pulcritudini est prælata, & faciliùs conceditur, quòd monachus ad præsulatum ascendat, quam quòd præsul ad monachatum descendat, *cap. nisi cum pridem*, §. *neque pu-*

puedan biuir en cada vna dellas dos Monjes, o dende arriba. Mas si la Eglesia fuesse tan pobre, en que non pudiesse biuir mas de vno, non lo deuen dexar solo (3), segun dize en la ley ante desta: e puedenlos y poner los Obispos, con otorgamiento de sus Mayorales; e esto se entiende, quando las Eglesias donde los ponen, non pertenescen en todo, en temporal e en lo spiritual, a los Monesterios donde ellos son, porque non son todas suyas. Mas si las Eglesias fuessen quitamente de los Monesterios con todos sus derechos, bien los pueden y poner (4) sus Mayorales, sin otorgamiento de los Obispos: e los Monjes que desta manera fuessen puestos en las Eglesias Parrochiales, pueden predicar en ellas, e baptizar, e fazer todas las otras cosas, que pueden fazer los otros Clerigos (5) de Missa seglares, en las Eglesias que tienen.

LEY XXVI.

Quales cosas es tenudo de guardar el Clerigo Religioso, que sirue Eglesia Parrochial.

EGlesias Parrochiales teniendo los Clerigos, que fuessen Religiosos, segun dize en la ley ante desta, quitos son de tres cosas (1), que eran tenudos de guardar biuiendo en sus Monesterios, e son estas: que non deuen ayunar, nin tener silencio, nin velar en la manera que manda su Regla; ca biuiendo en las Eglesias seglares, non pueden estas cosas guardar nin tener complidamente, por el seruicio que han de fazer en ellas: pero en las otras cosas non son quitos, ca deuen vestir su habito (2), e guardar castidad (3), e non deuen auer proprio (4); e demas destas cosas, son tenudos de ser obedientes a sus Abades, o a los Mayores de sus Ordenes, quando las Eglesias son suyas quitamente (5) en lo temporal e en lo spiritual, e a ellos han de dar cuenta de todas las cosas: mas si el Monesterio non ha

putes, de renunt. cap. licet de regular. §. *illa semper*: & in casibus, ubi possunt monachi ad ecclesiam sæcularem promoveri, debet fieri cum Abbatis licentia, ut habetur hìc, & *cap.* 1. & 2. 58. *dist.* & *in cap. si religiosus, de elect. lib.* 6. etiàm si promoveatur in Papam, ut dixit Gloss. *in cap. quam sit*, 18. *quæst.* 2. & si Abbas nolit consentire, quando necessitas seu utilitas exigit, compelli potest ad consentiendum propter bonum publicum, secundum Abb. & Doct. *in dict. cap. quod Dei timorem*, & dixi *suprà*: quando tamen in ecclesia monachi collegialiter habitant, quæ ecclesia, seu monasterium habet populum, tunc sæculares clerici ibi sunt ponendi, ut habetur *in cap.* 1. *de cappel. monachor.* & non est præficiendus curæ aliquis monachorum; quod Abb. ibi reputat mirabile, & ibi laborat circa rationem diversitatis, cur in primo casu monachus eripiatur à monasterio, & præficiatur ecclesiæ sæculari, ut dictum est *suprà*, & tamen in monasterio habente populum monachus curam populi exercere non possit: vide ibi per eum.

(3) *Non lo deuen dexar solo.* Intellige, ut dictum est *suprà in L. proxima*, & videtur ista lex velle, quòd etiam, quando ecclesia parochialis non est subjecta monasterio, non debeat promoveri, nisi habeat socium sui ordinis, quod & vult Abb. *in cap. quod Dei timorem, de statu monachor.* ponderans ad hoc illum textum, juncto *cap.* 2. *illius tituli*; potest dici, quòd si commodè haberi possit, non sit aliter præficiendus, secùs si commodè haberi non posset, secundùm Anton. de But. ibi; sed istæ LL. Partitarum volunt, quòd non promoveatur monachus ad ecclesiam parochialem sine socio, & notant diversitatem inter monachum & canonicum regularem, ut *infrà eod. L.* 30.

(4) *Bien los pueden y poner.* Adde *cap. visis*, 16. *quæst.* 2. & quando dicatur ecclesia ad monachos pertinere pleno jure, vide Gloss. 16. *quæst.* 2. *in summa*, & illa ecclesia dicitur pleno jure subjecta, ubi Episcopus non percipit jus Episcopale, *cap. quoniam*, & ibi Abb. 1. *notab. de privileg.*

(5) *Que pueden fazer los otros Clerigos.* Adde §. *ecce*, 16. *quæst.* 1. & vide quod dicit glossa 1. *in Clement.* 1. *de privileg.* & quæ aliàs non possent, vide *in cap.* 1. & *in cap. qui verè*, 16. *quæst.* 1. & Gloss. *in cap. placuit*, 2. *quæst.* 7.

LEX XXVI.

Religiosus præfectus ecclesiæ sæculari eximitur à jejuniis, silentio, & vigiliis indictis per regulam. Deferre tamen tenetur habitum, & servare castitatem, & non habere proprium; & si ecclesiæ totaliter sunt subjectæ monasteriis, tenentur obedire suis Abbatibus & Præpositis, eisque reddere rationem. Si tamen ecclesia in spiritualibus Episcopo sit subjecta, tenetur obedire Episcopo, eique rationem reddere, & dicet Horas secundum Episcopatus consuetudinem. Item monachus promotus ad dignitatem pontificalem eximitur ab Abbatis obedientia, deferet tamen habitum, vivet sine proprio, castitatem servabit. Hoc dicit.

(1) *Tres cosas.* Adde textum cum glossa *in cap. nemo potest*, 16. *quæst.* 1. & procedit, sive ecclesia parochialis pertineat ad monasterium, sive non. Quid autem in esu carnium, vide Gloss. *in cap.* 3. 16. *quæst.* 1. & Abb. *in cap. clerici officia, in fin. de vita & honest. cleric.*

(2) *Vestir su habito.* Adde *cap. clerici officia, in fin. de vita & honest. cleric.*

(3) *Guardar castidad.* Nam ex tali promotione non liberatur à tribus votis, quæ sunt substantialia religionis, ut voluit Gloss. *in dict. cap. clerici officia*, & clariùs Gloss. *in cap. de monachis*, 16. *quæst.* 1.

(4) *Proprio.* Vide quæ dixi in *glossa proxima*; & quod iste monachus acquisierit, acquiret monasterio suo, quando ecclesia pleno jure pertinet ad monachos, cum iste pleno jure remanet subjectus Abbati, & servabit omnia sicut priùs, præter tria prædicta, ut hìc subjicit, & tradit Hostiens. *in summa, de statu monachor.* §. *utrum, colum.* 2. vers. *si verò pleno jure.* Si verò ecclesia pertinet ad Episcopum quoad omnia, tunc quia iste monachus absolvitur à jugo obedientiæ & jurisdictione Abbatis, & subjicitur imperio Episcopi (qui de cætero suus Abbas erit, 16. *quæst.* 1. *cap. sic vive*, & *cap. cunctis*, & *infrà ista L.*) quidquid acquiret, acquiret ecclesiæ, 18. *quæst.* 1. *cap. statutum*, Abb. *in dict. cap. clerici, in fin.* Si tamen monachi in ecclesia habeant temporalia tantùm, subjectus remanet talis monachus Abbati quoad ea, & Episcopo quo ad spiritualia, 16. *quæst.* 2. *cap. sanè*, & *cap.* 1. *de capel. monachor.* & sic quidquid acquiret isto casu, acquiret monasterio.

(5) *Quitamente.* In his & quæ sequuntur, sequitur lex ista dicta Glossæ *in cap. de monachis*, 16. *quæst.* 1. & quando dicatur ecclesia subjecta pleno jure, declarat Abb. *in cap. quoniam, de privileg.*

ha en la Eglesia si non lo temporal, estonce deue dar razon al Obispo de lo spiritual: e si non ouiesse ningun derecho el Monesterio en la Eglesia, non es tenudo el Monje de obedescer a su Abad, nin a su Mayoral en ninguna cosa, mas a el Obispo, en cuyo Obispado fuere; e non ha de dezir las Oras como manda su Regla, mas segun la costumbre (6) de aquel Obispado; ca tenudo es cada vno de guardar las buenas costumbres de aquel logar donde biuiere, porque non nazca escandalo, ni discordia entre el e los otros que y fueren: mas si lo fizieren a el Obispo (7) de alguna Eglesia, estonce non auria su Abad, nin otro Mayoral, ningun poder sobre el, nin seria el tenudo de obedescerlo; pero deue traer su habito (8), e guardar castidad, e non auer proprio (9), e es quito de las tres cosas que dize de suso en esta ley.

L E Y XXVII.

Quales cosas non deuen auer los Frayles del Cistel.

Cistel (1) es vn Monesterio, donde lleua nome toda la Orden que fizo San Benito de los Monjes blancos: e esta Orden fue començada sobre muy gran pobreza; e por esta razon les fizo la Eglesia de Roma muchas gracias, en darles priuillejos e franquezas: mas porque algunos dellos se tornaron despues a auer Villas, e Castillos, e Eglesias, e diezmos, e ofrendas; e tomar fieldades, e omenajes de los vassallos que tienen heredades dellos; e tomaron logares de Judgadores, para oir los pleytos; e fazianse cogedores de los pechos, e de las otras rentas: touo por bien Santa Eglesia, que se partiessen dello, e si non, que non les valiessen (2) los priuillejos, nin las franquezas, que les auian dado por razon de la pobreza, e de la aspera vida, en que començaron la Orden; ca derecho es e razon, que segun la vida e el fuero que ome escoge, que por aquel se judgue e biua. E otrosi touo por bien Santa Eglesia, que si algunos Monesterios, de otra Orden qualquier, se cambiassen a la Orden del Cistel, e ouiessen Villas, e Castillos, e las otras cosas sobredichas que son defendidas a esta Orden, que las vendiessen e las cambiassen por heredades llanas, e biuiessen en aquella pobreza (3), que ellos biuen.

LEY

(6) *Segun la costumbre.* Ex dicta glossa sumptum est, & vide *in cap. illa*, 12. *dist.* & *cap. quisquis*, 41. *dist.*

(7) *Obispo.* Episcopus liberatur in totum ab obedientia Abbatis, ut hìc, & *in cap. unic.* 18. *quæst.* 1. Gloss. *in dicto cap. de monachis*, 16. *quæst.* 1.

(8) *Su habito.* Ut *in dict. cap. clerici officia, de vita & honest. cleric.*

(9) *Castidad, e non auer proprio.* Adde Glos. *in dict. cap. de monachis*, & Abb. *in dict. cap. clerici officia, in fin.* & S. Thom. 2. 2. *quæst.* 184. *art.* 8.

L E X XXVII.

Cistercienses monachi servent suam primævam institutionem in paupertate, in qua fundata est, aliàs non gaudebunt privilegiis sibi à sede Apostolica concessis paupertatis intuitu. Item monasteria alterius Ordinis, si ad Cisterciensem ordinem transferantur, vendant villas, & castra & alia quæ Cisterciensi ordini non conveniunt, seu commutent ea pro agris planis, quibus in illa Cisterciensium paupertate vivant. Hoc dicit.

(1) *Cistel.* Ortum habet *à cap. recolentes, de statu monachor.*

(2) *Non les valiessen.* Nota hoc verbum apertiùs declarans mentem *dicti cap. recolentes.*

(3) *Biuiessen en aquella pobreza.* Habes hìc, quòd si unum incorporatur alteri, velut si unum territorium alii incorporetur, assumit naturam ejus, cui incorporatur, & jura, quæ aliàs competebant territorio quod unitur, perire censentur; & idem probatur *in dict. cap. recolentes*, de quo lex ista sumpta est; adde *cap. et temporis qualitas, cum gloss.* 16. *quæst.* 1. & si ecclesia est unita alteri, videntur unita omnia jura competentia ipsi ecclesiæ unitæ, *cap.* 2. *de relig. domib.* & ibi notat Abbas: sic & videmus in patrefamilias transeunte per arrogationem in potestatem alterius, nam transeunt tanquàm accessoria omnia jura, quæ adhærebant personæ, *L. si adoptavero, ff. de precario*: sed adverte, quia ista procederent, quando conditio ecclesiæ vel territorii, cui alia ecclesia vel territorium unitur, est incapax illorum jurium, quæ alia ecclesia vel territorium unitum habet; tunc enim debent vendi, vel commutari jura vel bona, quæ se non compatiuntur cum qualitatibus loci, cui unitur, & iste est casus *dicti cap. recolentes*, & hujus legis: si vero ecclesia vel locus cui unitur, est ita capax ad habenda talia bona, sicut & locus qui unitur, tunc bona ecclesiæ vel loci uniti remanent in dominio loci uniti, & non pereunt: istam distinctionem ponit Petrus de Peru. *in suo tract. de unione ecclesiarum, in cap.* 2. *colum.* 4. ita enim tali casu intelligitur facta unio, ut cuilibet loco sua bona remaneant, *L. alia, ff. de pign. action. L. via, §. si fundum, ff. de servit. rust. præd.* & quòd ita procedat unio, tenet Bart. *in suo tractatu Tiberiadis, in tractatu de insula, in* vers. *nullius enim*, & *in* vers. *sed quæro an illæ gentes*, & Bart. Socin. 2. *volum. consil.* 79. *colum.* 4. Abb. *in dict. cap.* 2. *de relig. domib.* ubi Innoc. & Joan. Andr. & ibi bonus textus, quem in ista materia semper vide *in L.* 4. *tit.* 12. *infrà ead. Part.* tenet etiam Lucas de Penn. quem videas *in L. fin. C. de quibus muner. nemini liceat se excus. lib.* 10. vers. 4. *ex his quæritur*, ubi de castris, seu civitatibus unitis, quòd censeantur de eorum territoriis, & concludit, quòd cuilibet suum territorium maneat; & de muneribus & juribus indicendis apud quem potestas resideat, vide ibidem; hinc est, quòd una villa translata in alteram, durant adhuc statuta villæ translatæ, quia transfertur cum sua causa, Bald. *in cap. traslato, de constitut.* & in castro translato vel unito per principem cum civitate, quòd castrum adhuc retineat sua jura & privilegia, tenet Innoc. *in cap. cum ex injuncto, de novi oper. nunt.* Adde etiam in materia Joan. Fab. *in §. in personam, instit. de action.* And. de Iser. *de capitulis Corradi*, vers. *& iterum, in additione, quid si ecclesia*, & quæ dicit Alex. *consil.* 140. *col. fin.* 5. *volum.* Et dicit Innoc. *in cap. pastoralis, in princip. de donat.* ita limitans & intelligens illum textum, quòd si Episcopus concederet ecclesiam alicui archipresbytero, quæ sit infrà fines sui Archipresbyteratus, in qua tamen archipresbyter nullum jus & nullum usum habebat, non intelligitur, quòd sibi concedat aliud jus, nisi quòd sibi sit subjecta tanquàm archipresbytero, & sic, quòd sit de territorio & finibus suis Archipresbyteratus; debet enim donatio secundum eum, inter-

L E Y XXVIII.

Que ningund Religioso non puede aprender Fisica, nin Leyes.

Fisica, nin Leyes, non touo por bien Santa Eglesia, que aprendiesse ningun ome de Religion. E esto les defendio, porque algunos y auia, que por tentacion del diablo, auian gana de dexar sus Monesterios, e de andar por el mundo, por fazer mas a su guisa, encubriendose por estas dos razones. Los vnos, que yuan a aprender Fisica, porque podiessen mantener los Frayles en salud, e guarescerlos quando enfermassen en sus Monesterios; e los otros, las Leyes, porque pudiessen amparar las cosas de sus mismos logares: onde porque ellos querian fazer mal en semejança de bien, establescio (1) Santa Eglesia, que sus Perlados les defiendan, que non aprendan (2) ningunos destos saberes, e si les demandassen licencia para yr a aprender, que non gela diessen por ninguna manera: e si algun Religioso saliere del Monesterio, con intencion de aprenderlo, despues que ouiere fecho professión, solamente por el fecho mismo (3), es descomulgado el que lo fiziere, e el que fuere su Mayoral, deuelo fazer saber al Obispo, en cuyo Obispado fuere el Monesterio, porque lo faga denunciar por tal. Esso mismo deuen fazer los Obispos en cuyo Obispado fuere a estudiar, o estouiere, e ellos son tenudos de lo complir.

L E Y XXIX.

Que pena meresce el Monje, que fuye descomulgado de su Orden, e quisiere despues tornar a ella.

Descomulgado seyendo algun Religioso, en la manera que dize en la ley ante desta, si se conuirtiere conosciendo su pecado, e quisiere tornar al Monesterio a fazer enmienda del, deuele rescebir su Perlado, e ponerle esta penitencia (1): que sea postrimero de todos los Frayles en el Coro, e en el Cabildo, e en el Refitorio, e en todos los otros logares, e nunca deue ser elegido por Mayoral de ninguna Orden, fueras si fuesse por mandado del Apostolico, e con tal como este non puede otro dispensar, si non el: e por esto les puso Santa Eglesia tan grande pena a estos atales, porque algunos dellos, pues que auian ocasion de salir al siglo, por razon del aprender alguna destas sciencias, biuian siempre en malas vidas andando irregulares, e nunca tornauan a los Monesterios. E ninguno non deue creer, que les fue puesta esta pena a sin razon; ca assi como los peces (2) non pueden biuir sin agua, otrosi los Religiosos non pue-

terpretari secundum qualitates personarum donantium & earum, quæ donationes recipiunt; & idem tenet ibi Joan. Andr. Joan. de Imol. & Abb. Unde si Rex uniat civitati castrum cum suo territorio, non videtur concedere proprietatem neque bona castri, sed quòd sit tantùm de territorio civitatis; & dicit Innoc. *in cap. pastoralis*, *de privileg. circa fin.* quod licèt ecclesia concedatur alicui pleno jure, intelligitur concedi, quòd sit sibi subjecta in temporalibus & spiritualibus, non autem quòd convertat eam in proprios usus; subjectionem namque sibi concedere videtur, 16. *quæst.* 2. *cap. visis*, *cap. cum & plantare*, *de privileg.* non fructus neque alia: si tamen ecclesiam concederet Papa in proprios usus, tunc videtur, quòd donatarius conservando ecclesiam in statu suo, ea quæ essent superexcrescentia, potest applicare usibus suis, juxta notata per eumdem Innoc. *in dict. cap. pastoralis*, per Abb. *in cap. quærelam*, 1. *notab. de elect.* & *in dict. cap.* 2. *de relig. domib.*

L E X XXVIII.

Religiosus non potest leges neque physicam audire; aliàs & ex claustro ad hoc exiens, est excommunicatus, & ejus Prælatus referat Episcopo, ut pro tali eum denuntiet. Hoc dicit.

(1) *Establescio.* Vide *in cap. non magno*, & *in cap. super specula*, *ne clerici vel monachi*, & adde quod habetur *in cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6.

(2) *Que non aprendan.* Sive in claustro sive extra claustrum; pœna tamen non habet locum nisi in exeuntibus claustrum, de quo vide Abb. *in dict. cap. super*, *specula*, *colum.* 5. vers. *nunc glossis explicatis*, *ne clerici vel monachi*; habere tamen in camera libros civilis scientiæ, & in eis legere, non est prohibitum, Abb. *ibidem in fin.*

(3) *Por el fecho mismo.* Non ergò requiritur lapsus duorum mensium, de quibus *in dict. cap. non magno*, & ita tenuit Innoc. *in dict. cap. non magno*, dicens, quòd istud fuit innovatum per *cap. super specula*, *in princip.* & idem tenet Hostiens. *in dict. cap. super specula*; sed Joan. Andr. & Innoc. *in dict. cap. super specula*, & Abb. tenent adhuc esse necessarium transcursum duorum mensium ad incurrendam excommunicationem ipso facto; & ista videtur magis communis opinio, ut notat Abb. *in dict. cap. super specula*, *colum.* 3. vers. *expediam*, & *in dict. cap. non magno*, *colum. fin.* Tene menti istam legem Partitarum, quæ approbat primam opinionem.

L E X XXIX.

Monachus excommunicatus ob transgressionem canonis leges & physicam eum audire prohibentis, si pœniteat, erroremque cognoscat, recipiatur à Prælato suo: & erit ultimus in choro, capitulo & refectorio, & in aliis locis, & ad Abbatiam ineligibilis, nisi ex dispensatione Papæ. Hoc dicit.

(1) *Penitencia.* Vide *in dict. cap. non magno*, *ne clerici vel monachi.*

(2) *Los peces.* Vivere pisces sine aqua non queunt, neque enim ut omnia, hujus aeris vivunt spiramine, quia hauriendi spiritus, & respirandi natura his non suppetit, alioquin sub aquis semper non possent vivere, non capientes spiritus infussionem: quod est nobis spiritus, illis est aqua, sicut nobis spiritus, ita illis aqua vivendi ministrat substantiam: nos intercluso commeatu spiritus, quia neque brevi quidem spatio possemus exortes esse spiritus vitalis, statim extinguimur: pisces quoque sublati de aqua sine substantia sui vivi esse non possunt; & causa manifesta est, quoniam nobis pulmo per thoracis laxiora penetralia recipit spiritum, & cum sit ipse plerisque penetrabilis, spiritus infussione interiorem calorem refrigerat; thorax enim ut suscipit alimenta, ita superflua ciborum, & succos salubres, sanguinemque discernit, fit pulmo pervius, unde faciliùs ad

pueden fazer buena vida fuera de la Claustra (3), porque pierden la vida durable. E si los Monjes quisiessen bien meter mientes en sus nomes, por alli deuen de entender, que deuen despreciar las cosas temporales. Ca Monje tanto quiere dezir en griego, como guardador de si mismo, e en latin, vno solo (4), e triste: ca deue ser señero, apartandose para rogar a Dios; e triste deue ser, callando, porque non yerre en fablar, trabajandose de complir lo que ha de fazer, segun manda su Regla; e esto, porque es muerto quanto al mundo, e biuo quanto a Dios.

L E Y XXX.

En quales cosas acuerdan la Ley de los Calonjes Reglares con los Monjes, en quales non.

Acuerda (1) la vida de los Calonjes Reglares con la de los Monjes en muchas cosas. Ca los vnos e los otros son tenudos de obedescer (2) a sus Mayorales, e non se pueden alçar dellos, quando los castigaren; fueras ende si les pusieren mayor pena (3), que non merescieren, por el yerro que ouiessen fecho. E otrosi acuerdan, en que deuen guardar castidad (4), e ninguno dellos non puede auer proprio (5). Nin deuen salir de sus Claustras, para yr a ninguna parte, sin licencia (6) de sus Perlados. E deuense allegar todos en vna casa (7) a comer, e otrosi a dormir, e non se apartar los unos de los otros. E han de fazer sus Cabildos (8), segun que es dicho de los Monjes. E maguer que acuerdan en estas cosas (9), otras cosas y a que desacuerdan: ca los Calonjes Reglares pueden morar solos, auiendo razon derecha porque lo fagan; lo que non pueden fazer los Monjes (10). E otrosi ha departimiento entre los abitos, e los comeres; ca mas larga (11) Orden es, e mas ligera de sofrir la de los Calonjes, que la de los Monjes.

L E Y XXXI.

En que manera deuen pasar los Obispos contra los Religiosos, que andan desobedientes fuera de sus Ordenes.

Grangas e Encomiendas tienen los Religiosos de los Monesterios, por mandado de sus Mayorales: e a las vezes ay algunos dellos, que por engaño del diablo, en teniendolas, allegan auer de las rentas de aquellos logares, e desamparan sus Monesterios, e andan desobedientes (1) por el mundo, e por las Cortes de los Reyes, e en las casas de los otros omes honrrados; e porque Santa Eglesia entendio, de la maldad destos tales, que podrian nascer escandalos, de que vernian muchos yerros: tuuo por bien Santa Eglesia, que los Obispos, en cuyos Obispados andouiessen desta manera, que los amonestassen que se tornassen a sus Monesterios: e aquel auer (2) que les fallas-

ad eum potest aspiratio spiritus pervenire; pisces verò branchias habent, quas nunc plicant & colligunt, nunc explicant, atque aperiunt; in hanc ergò collectionem, & apertionem dum suscipitur aqua, & transmititur, ac penetrat, respirationis munus videtur implere. Ambros. *in Hexaemeron, lib. 5. cap. 4.*

(3) *De la Claustra.* Adde *cap. placuit*, 16. *quæst.* 1.

(4) *Solo.* Vide *in cap. placuit.*

L E X XXX.

Vita canonicorum regularium concordat cum regula monachorum in propii abdicatione, castitate, obedientia, & in non recedendo sine licentia à claustro, in comedendo & dormiendo in communi, in capituli celebratione, & in non appellando à correctione, nisi modus excedatur; discordat verò in habitu & comestionibus, in quibus largiùs vivunt canonici, & possunt ex causa segregatim habitare, quòd monachi non possunt. Hoc dicit.

(1) *Acuerda.* Ortum habet à notatis per Goffred. *in sum. tit. de statu monachor. §. monachi & canonici*, & Hostiens. *in summa eod. tit. §. in quo conveniunt.*

(2) *Obedescer.* Vide *in cap. cum in ecclesiis, de major. & obed.* & nulla longinquitate temporis potest præscribi contra obedientiam monachalem, *cap. sicut nobis, de regular.* & vide quod notat Bald. *in rubr. de præscript. in fin.*

(3) *Mayor pena.* Concordat cum *cap. ad nostram de appellat.*

(4) *Castidad.* Concordat *cap. ut clericum, de vita & honest cleric.* & dicit Nicolaus Papa, non putamus, quod absit, religiosos canonicos à sanctorum monachorum consortio sejunctos, *cap. præsens, in fin.* 20. *quæst.* 3. & *cap. quod Dei timorem, de statu monachor.*

(5) *Proprio.* Adde *cap. super quodam, de statu monachor.*

(6) *Sin licencia.* Vide *in cap. ex parte, de postulando*, & *cap. monachi*, & *cap. placuit*, 16. *quæst.* 1.

(7) *En una casa.* Adde *cap. quoniam, de vita & honest. cleric. cap. præter hoc*, 32. *dist. de consecr. dist.* 5. *cap. in omnibus*: 12. *quæst.* 1. *cap.* 1. & 2.

(8) *Sus Cabildos.* Adde *cap. in singulis, cum seq. de statu monachor.*

(9) *En estas cosas.* Item neutri debent audire physicam, vel leges, ut *suprà L. proxima*, & *cap. non magno, cap. super specula, ne clerici vel monachi.*

(10) *Los Monjes.* Sequitur in hac differentia Goffred. ubi *suprà*: Hostiens. vult, quòd idem in hoc sit in utrisque, quia eadem ratio est, sed quòd tantùm sit differentia, quòd faciliùs conceditur cura canonico regulari, quam monacho regulari; opinionem tamen Goffredi, quam sequitur ista lex, tenet etiam Abb. *in dict. cap. quod Dei timorem, colum. penult.* & adde quæ dixi suprà *eod. L.* 25.

(11) *Mas larga.* Canonici regulares inserviunt regulæ laxiori, nam in esu carnium, & habitu, & quibusdam aliis differunt, ut cunctis patet, dicit Hostiens. *ubi suprà.*

L E X XXXI.

Monachus, si recedat à grangia, seu commenda cum reditibus receptis, & vaget per orbem, vel curias potentum, monendus est ab Episcopo, ut ad monasterium revertatur, ablataque restituat, & si monitus non fecerit, referat Abbati; quòd si Abbas negligens fuerit in eo revocando, suspendat eum Episcopus officio & beneficio donec redierit. Hoc dicit.

(1) *Andan desobedientes.* Adde *cap. Abbates*, 18. *quæst.* 2. & *cap. quidam monachi, cum seq.* 16. *quæst.* 1. & *cap. quanto, de offic. ordinar.* à quò lex ista habet ortum.

(2) *Aquel auer.* Adde *dict. cap. quanto*, & monachus fu-

llassen, que lo metiessen en pro de aquellos logares onde los tomaron, segun touieren por bien sus Abades, o los Mayorales que y ouiesse. E si por su amonestamiento non lo quisiessen fazer, que los Obispos lo embiassen a dezir a sus Mayorales, que les apremiassen, de manera porque ouiessen de tornar a sus Claustras: e si estos Mayorales non los quisiessen apremiar desta forma, que los Obispos los vieden de oficio e de Beneficio, fasta que tornen a su Orden.

LEY XXXII.

En que manera deuen los Abades e los Priores castigar sus Monjes.

FAllando los Abades, o Priores, que sus Monjes ayan fecho algunos yerros, maguer sean pequeños, puedenles castigar (1), dandoles disciplinas, segun mandan sus Reglas, con correas, o con piertegas, quier ayan Orden sagrada, o non. Pero deuense guardar, que quando ouieren a ferir algunos, auiendo fecho cosas porque lo mereciessen, que lo non fagan por desamor, mas por castigamiento: e esto deuen fazer por si mismos (2), o mandarlo (3) a algunos de su Orden que lo fagan. Ca si lo fiziessen por mal querencia, e non por razon de castigo, segun que lo deuen fazer, caerian en sentencia de descomunion (4), tambien los que lo mandassen, como los que lo fiziessen.

fugitivus quidquid acquirit, acquirit monasterio, sicut servus acquirit Domino; unde Abbas potest eum vendicare cum omnibus acquisitis, ut *in dict. cap. Abbates*, 18. *quæst.* 2. & videas Innoc. *in cap. cum olim*, el 2. *de privileg.* ubi vide, quid si sit expulsus à monasterio; quid autem si monasterium eum neglexerit revocare ad claustrum, vide notabiliter per Petrum de Anch. *consil.* 424. incipit, *pro clariori intelligentia*, & vide quæ dicit *consil.* 49. incipit, *de juribus professionis.*

LEX XXXII.

Potest Abbas monachum pro excessibus, corrigiis, vel virgis per se, vel per alium cædere causa disciplinæ juxta regularia instituta; non tamen odio, quia tunc mandans & mandatarius excomunicationem incurrent. Hoc dicit.

(1) *Castigar.* Adde *cap. ad nostram*, & *cap. de Priore, de appellat.* & *cap. cum voluntate*, & *cap. universitatis, de sentent. excomm.*

(2) *Por si mismos.* Vide *in dict. cap. universitatis.*

(3) *O mandarlo.* Si necessitas urgeat, ut *dict. cap. universitatis*, & vide notabiliter per Curtium Seniorem *consil.* 78. incipit, *super articulo.*

(4) *Descomunion.* Vide *in dict. cap. cum voluntate*, & Gloss. *in dict. cap. universitatis.*

TITULUS VIII. DE VOTO.
In summa.

(1) *A Dios. Vovete, & reddite Domino Deo vestro*, Psal. 75. *vers.* 12. & *ruina est homini devorare sanctos, & post vota retractare*, Proverb. 20. *vers.* 25: *si quid vovisti Deo, ne moreris reddere*, Ecclesiastes, 5. *vers.* 3. & prima gratia voti, est celeritas solutionis, Ambros. 1. *lib. de Cain & Abel*, *cap.* 8. & nota quòd votum, & juramentum judicantur à pari, ut per Abb. *in cap. si vero*, el 1. *in fin. de jurejur.* ubi ponit unam disparitatem; & an mereatur magis astrictus voto bonum opus faciens, quàm si sine voto faciat, vide per Abb. *in cap. magnæ, de voto*, & Gloss. *in Clement. si dominum, de reliq. & vener. sanct.* ubi dicit Glossa, quòd magis meretur religiosus, qui se obligavit ex voto, quàm sæcularis, qui spontè facit; videas etiam per S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 6. ubi ex triplici ratione ostendit, quòd facere idem opus ex voto est melius, & magis meritorium, quàm facere sine voto.

(2) *Non es Religion.* Intellige eo modo, quo superiùs de religiosis monachis est tractatum; nam votum actus est religionis, ex quo ordinatur in Dei cultum seu obsequium, ut tradit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *articulo* 5.

TITULO VIII.

De los Votos, e de las promissiones, que los omes fazen a Dios, e a los Santos.

PRomission faziendo vn ome a otro de su voluntad, sobre cosa derecha e buena, tenudo es de la guardar; e si esto es en las promissiones que los omes fazen entre si, quanto mas en las que fazen a Dios (1). E pues que en el titulo ante deste se dixo complidamente, como deuen ser guardadas las promissiones, que los Religiosos fazen, quando resciben la Orden, conuiene demonstrar en este, de los votos, e de las promisiones, que los omes fazen a Dios, biuiendo en el siglo. Ca maguer esto non es Religion (2), es cosa que se acuerda a ella. E monstraremos, segun los Santos monstraron, que quiere dezir voto, e quantas maneras son del. E quien lo puede fazer, o quien non. E quales votos se pueden redemir e cambiar, e quales non. E por quales razones se pueden redemir o soltar los votos, e quien puede esto fazer.

LEY I.

Que cosa es Voto, e quantas maneras son del.

VOto tanto quiere dezir, como promessa que ome faze a Dios, e estonce ha este nome verdaderamente, e deue ser guardado, quando es fecho por algun bien (1), que se torne a seruicio de Dios

LEX I.

Votum est promissio Deo facta alicujus rei licitæ cum deliberatione animi. Est autem duplex, necessarium, scilicet, & voluntarium; necessarium oritur ex baptismo, cùm promittit Christianus fidem, & fidei præcepta servare; voluntarium est, quando promittit quis ea ad quæ non erat obligatus, veluti peregrinationem, castitatem, jejunium, vitam regularem, vel quid simile; quod est implendum dicente Psalmista: *vovete, & reddite, &c.* Et acceptiora sunt Deo, quæ fiunt voluntariè, quam quæ ex necessitate. Hoc dicit.

(1) *Por algun bien.* Nam votum, est alicujus rei licitæ faciendæ vel non faciendæ cum deliberatione animi Deo facta pollicitatio, ut hìc tradic Host. *in summa, de voto*, §. 1. & secundum Magistrum sententiarum *lib.* 4. *dist.* 38. votum est, testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ Deo de his, quæ sunt Dei, fieri debet; si enim mala vel illicita esset promissio non est servanda, sed rescindenda, ut

Dios. Pero el que esto fiziere, deue ante pensar en ello, e non lo fazer arrebatadamente (2); mas el que lo fiziesse para algun mal, non es tenudo de lo guardar, segun que dixo San Ysidro (3), que las malas promissiones non deuen ser guardadas. E el voto que es para bien fazer, se departe en dos maneras (4). El vno es de premia. E el otro es de voluntad. El de premia, es aquel que es tenudo de guardar todo Christiano, assi como la promission que cada vno faze por si, o la que fazen sus Padrinos por el, quando rescibe el Baptismo; que reniega del diablo, e de todas sus obras, e promete de guardar la Fe de nuestro Señor Jesu Christo, e los Mandamientos de la Fe Catholica: e por esta razon quando peca el ome despues del Baptismo, doblasele la culpa, e esto es, porque faze pecado mortal, e porque quebranta el voto que prometio de guardar. Pero non le deuen dar penitencia como por dos pecados mortales, mas como por vno, porque fue acrescido en si por ayuntamiento del otro. E el prometimiento de voluntad, es el que ome faze de su grado, sobre alguna cosa que es buena a seruicio de Dios, e que non era tenudo de lo fazer, si non quisiesse, e sin esto se pudiera saluar, maguer non lo ouiesse fecho; assi como de biuir so Regla, o de guardar castidad (5), o de ayunar, o de yr en romeria, o otra cosa semejante destas. E como quier que saluarse pudiesse ome, maguer non fiziesse tal voto como este, pero tenudo es de lo guardar, desque lo fiziere. Ca assi lo dixo David (6) en el Psalterio: Prometed a Dios, e complid aquello que prometieredes: por que se da a entender, que como quier que la primera palabra destas, es como consejo, la segunda es premia. Pero muchas cosas deuen fazer los omes, de bien, maguer non sean falladas en los Mandamientos de Santa Eglesia: ca mas gradescidos (7) deuen ser a los omes los seruicios que fizieren a Dios de su voluntad, que aquellos que son tenudos de fazer por premia.

L E Y II.

Que el Voto de voluntad se faze en dos maneras.

Simple voto dizen en latin, al prometimiento que ome faze a Dios en su poridad: e solenne es dicho aquel que se faze concejeramente ante muchos; o en mano de algun Perlado, o sobre la Cruz, o sobre el Altar, o por carta; e esto se guarda tan solamente en el voto de castidad (1): empero quanto a Dios, tan tenudo (2) es ome de guardar el voto

ut subjicitur hìc, & habetur 22. *quæst.* 4. *cap. in malis*, & *in authent. scenicas mulieres non solum, si fidejuss. &c. coll.* 5. & vide Gloss. *in cap. si ad peccatum*, 22. *quæst.* 4. Item vota, quæ essent de vanis rebus & inutilibus, magis sunt dirimenda, quàm servanda, secundum S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 2.

(2) *Arrebatadamente.* Votum, quod ex facilitate animi potiùs quàm ex arbitrio discretionis emittitur, non est obligatorium usque quaque, *cap. venientis, eod. tit. cap. charissimus*, & *cap. veniens, de convers. conjug. cap. ad nostram, de regular.* & Gloss. *in cap. dudum, de convers. conjug.* voluit, quòd votum emissum calore iracundiæ non obliget; quam glossam Abb. ibi voluit posse procedere, quando est tanta mentis turbatio, quòd sapit quandam alienationem mentis ex multo furore; seu quando fuit tantus iracundiæ calor, quòd sedato calore non fecisset votum: & dicit Joan. Andr. ibi, quòd in ingressu religionis, & eleemosyna, quæ in se ipsis bona sunt, non egemus deliberatione: & sine deliberatione id agens obligatur, ut puta si vidit vel audivit miraculum, timuit terræmotum, vel aliquid tale, & hoc casu loquatur *cap. sunt qui opes*, 17. *quæst.* 4. & procedit, nisi ut dictum est, talis esset turbatio, quæ saperet quandam mentis alienationem; vide tamen in hoc de ingressu religionis Abb. qui vult, quòd etiam in voto religionis præcedere debeat deliberatio, *in cap. litteratura, ad fin. de voto*, & dicit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 1. quòd ad votum tria ex necessitate requiruntur. Primò quidem deliberatio. Secundò propositum voluntatis. Tertiò promissio; in qua perficitur ratio voti, & adde Gloss. *in cap. neque viduas*, 27. *quæst.* 1. & de voto facto ad aliorum impulsum, vide Gloss. *in dict. cap. sunt qui opes*, ubi bonus textus, & *in cap. unusquisque*, 22. *quæst.* 4. & an sit necessarium votum ore exprimere, vide Gloss. *in cap.* 2. 27. *quæst.* 2. *in* verbo *ore*, & Glos. 17. *quæst.* 1. *in summa*, & S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 1. quòd sufficit corde vovere Deo, Abb. & *in dict. cap. litteraturam, de voto.*

(3) *Dixo San Ysidro.* Vide *in cap. in malis*, 22. *quæst.* 4.

(4) *En dos maneras.* Prosequitur dicta Hostiens. *eod. tit. in summ.* §. *quot sunt species.*

(5) *De guardar castidad.* Et sic votum continentiæ est voluntarium, quod intelligit Hostiens. *ubi suprà*, scilicet, quòd contrahere matrimonium, vel non contrahere voluntarium est; nam quilibet necesse habet continere, nisi contrahat matrimonium.

(6) *Dixo David.* Psalm. 75. *vers.* 12. & *in cap. magnæ, de voto.*

(7) *Mas gradescidos.* Vide 28. *quæst.* 1. *cap. jam nunc*, & 33. *quæst.* 5. *cap. tunc salvabitur.*

L E X II.

Votum voluntarium dividitur, quia aut est simplex, aut solemne, & dicitur solemne, quando fit coram multis, vel in manibus Prælati, vel super cruce, vel altari, vel scripto, ut in voto castitatis per religiosos: & utrumque obligat æquè quoad Deum; differunt tamen quoad valorem matrimonii, quod dirimeret votum solemne castitatis, non simplex. Hoc dicit.

(1) *En el voto de castidad.* Votum solemne hodiè in isto casu dicitur, quando fuit solemnizatum per susceptionem sacri ordinis, vel per professionem expressam vel tacitam factam alicui de Religionibus per sedem Apostolicam approbatis, ut *in cap.* 1. *de voto, lib.* 6.

(2) *Tan tenudo.* Prosequitur dicta Goffred. & Hostiens. *in summa de voto*, §. *quot sunt species*, vers. *hìc tamen notandum*, & tradit ibi Hostiens. quid respondendum sit ei qui simplex votum emisit, si consulat aliquem, an possit contrahere matrimonium, & dicit respondendum esse, quòd non: & si instet, si contraxero, tenebit matrimonium, vel ne? Quòd tunc sit tacendum, nisi ille, à quo consilium petitur, videat periculum incontinentiæ; tunc enim, ut periculum majus evitetur, poterit respondere: scriptura dicit, quòd matrimonium tenet; tamen de consilio meo non contrahes, sed continebis; scias enim, quòd si contraxeris, mortaliter peccabis & Deum graviter offendes.

to que faze en poridad, como el solenne; e tambien cae en pecado mortal, quien quebranta el vno, como el otro: mas porque los omes se escandalizarian, quando viessen que alguno quebrantaua el voto que ouiesse fecho concejeramente, por esso tuuo por bien Santa Eglesia, que ouiesse mayor fuerça este prometimiento, que el simple. Ca si alguno ouiesse fecho en su voluntad voto simple, para entrar en Orden, e câsasse despues, valdria el casamiento (3), e si lo fiziesse solennemente non podria casar, e si se casasse non valdria el casamiento. E esto es, porque peca contra Dios, e contra las posturas de Santa Eglesia, e contra sus Christianos metiendolos en escandalo por su yerro.

LEY III.

Quales pueden fazer Voto, e quales non.

David que fue Rey e Profeta, dixo (1), que el voto quel ome faze, tenudo es de lo complir. Mas si alguno lo quisiesse cambiar en otro mayor (2), puedelo fazer, porque bien semeja que es voluntad de Dios, de crecer todauia en el bien; onde non gelo puede vedar ninguno. Mas con todo esso personas y a, que lo non pueden fazer sin licencia de los otros; assi como el Obispo (3), que non puede fazer voto, para entrar en Orden, sin mandado del Apostolico. E otrosi el que non fuesse de edad (4), non puede fazer tal prometimiento (5), a menos de mandado de su padre, o de su madre, o de su guardador. Nin el sieruo (6) sin voluntad de su Señor (7). Nin otrosi el marido (8) sin voluntad de su muger. Nin

(3) *Valdria el casamiento.* Ut *in cap. rursus*, & *in cap. veniens, qui clerici vel vov.* & vide quæ dixi *in L.* 11. *tit.* 2. 4. *Part.* si quis tamen vovit de intrando religionem, poterit compelli antequàm contraxerit matrimonium, ut compleat votum, ut notat Abb. *in cap. porrectum, in fin. de regular.* & dicit Innoc. *in cap. penult. de voto* quòd etiam, si talis vovens fiat Episcopus, debet intrare religionem, & ad hoc poterit compelli.

LEX III.

Licitum est votum in melius commutare: Episcopus tamen religionem vovere non potest sine licentia Papæ, neque minor impubes sine licentia patris, aut matris, aut tutoris, neque servus absque licentia domini, neque maritus sine voluntate uxoris, vel è contra: neque monachus vovere restrictiorem vitam sine licentia Abbatis. Hoc dicit.

(1) *Dixo.* Psalm. 75. *vers.* 12.

(2) *En otro mayor.* Ut *in cap. scripturæ, de voto*, & *in L. proxima.*

(3) *El Obispo.* Episcopus non potest aliquod votum emittere sine licentia Papæ, per quod dissolvatur vinculum matrimonii, quod esse intelligitur inter ipsum, & sponsam suam ecclesiam, *cap. licet*, §. *illa, de regular. cap. nisi cum pridem, in fin. de renunt.* Item neque aliud, per quod grave præjudicium sponsæ suæ faciat, *cap. sicut, de jurejur. cap.* 2. *de precariis, cap. magnæ*, §. *verum, de voto.*

(4) *De edad.* De impubere intellige, & adde quæ tradit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 9. & quæ habentur *in cap.* 1. & 2. 20. *quæst.* 2. pubes tamen, licet sit filiusfamilias, benè potest se astringere voto religionis, ut *in dict. capitulis*, & tradit S. Thom. ubi *suprà*, *art.* 8. sed aliud votum, per quòd dissolvitur patria potestas, non poterit facere, *L.* 2. §. 1. *ff. de pollicitat.* tradit Hostiens. ubi *suprà* §. *quis vovere possit*, videas ibi per eum, & per S. Thom. *in dict. artic.* 8. Item filiusfamilias pubes obligatur in votum terræ sanctæ, *cap. ex multa, de voto*, & in castrensi, vel quasi castrensi peculio. Item si pater consenserit expressè, vel tacitè non contradicendo, secundùm Innoc. *in cap. scripturæ, de voto*, & quia in castrensibus, vel quasi filiusfamilias reputatur sui juris, *L.* 2. *ff. ad Macedon.* & *L.* 2. & 3. *C. de castr. pecul. lib.* 12.

(5) *Tal prometimiento.* Religionis scilicet, nam alia vota emittere potest etiam impubes filiusfamilias, si est doli capax, ut *in cap.* 2. & ibi Abb. 1. *notab. de voto*, & idem tenet Innoc. *in cap. scripturæ, eodem tit.* ubi dicit, quòd etiam impubes, si sit doli capax, si fecerit votum abstinentiæ, vel peregrinationis vel aliud, quòd debet illud implere postquàm paternam potestatem exiverit; subdit tamen, quòd cum talibus facile est dispensandum & commutandum, cum licèt in aliquo sint doli capaces, tamen non multa cognoscunt, cum sint inexperti. Item & in voto religionis, limita & intellige, quòd procedit in impubere doli non capace; nam si sit doli capax, obligaretur quantum in se est, si pater non revocet, ex voto simplici religionis, licèt non teneat in eo votum solemne religionis, ut *in cap.* 1. *de regular. lib.* 6. secundùm S. Thom. 2. 2. *quæst. ultim. artic.* 5.

(6) *Sieruo.* Adde *L.* 2. §. 1. §. *de pollicitat.* non enim potest servus vovere aliquid unde minuatur servitium domino, *cap. si servus*, 54. *dist. cap. mulieres*, & *cap. relatum, de sent. excomm.* Innoc. *in dict. cap. scripturæ*; in his tamen, in quibus non faceret præjudicium servitio domini, vovere potest, ut in orationibus dicendis, & continentia servanda, & hujusmodi, secundum Archid. post Hugon. *in cap. si quis incognitus*, 17. *quæst.* 2. & Abb. *in dict. cap. scripturæ, de voto*, & S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 8.

(7) *Sin voluntad de su señor.* Tacita, vel expressa, ut si det modicam quantitatem in eleemosynam, & verisimile sit dominum consentire, ut vult Hostiens. ubi *suprà*, §. *quis vovere possit.*

(8) *El marido.* Intellige de voto, per quod uxori fieret præjudicium, ut in voto continentiæ, Gloss. *in cap.* 1. 17. *quæst.* 1. quòd procedit planè, secundum omnes quoad redditionem debiti, quia vovere non potest alienum; quantum vero ad exactionem sunt opiniones, quia secundum S. Thom. *in* 4. *senten. dist.* 32. quidam dicunt, quòd unus potest hoc vovere sine consensu alterius, quia in hoc quilibet est sui juris, quod Richardus dicit esse communius & tutius, & videtur assentire Petrus de Paul. dicens tamen nulli hoc esse consulendum. Quidam verò, inquit S. Thom. probabiliùs dicunt, quòd non potest, quia nimiùm onerosum fieret matrimonium alteri, quem oporteret semper subire verecundiam in petendo debitum, & hanc opinionem sequitur Alber. & Durandus, & Joan. de Neapol. & secundùm istos in tali voto non solùm potest Episcopus dispensare, ex his, quæ notat Joan. Andr. *in cap. rursus, qui clerici vel vov.* sed etiam alter conjugum potest irritare: & dicit Sylvest. *in summa, in* verbo *votum*, la 5. vers. 2. *quæritur*, quòd utraque opinio est vera, fundata in hoc principio, quòd conjux in vovendo non potest alteri præjudicare, unde si istud votum sit de non petendo absolutè, non valet, quia præjudicat; si verò sit de non petendo ratione sui, sed ratione socii tantùm, & tenet, quia non præjudicat; unde si vovet se non coiturum nisi ad complacendum conjugi, dicit esse licitum; in quo Sylvester vel videtur tenere cum opinione communi, vel ejus dicta non benè percipio: & pro opinione communi facit bonus textus *in cap. placet, de convers. conjug.* & ibi notat Abb. Item, & poteris intelligere istam legem in

Nin la muger (9) sin otorgamieto del marido. Nin el Monje (10) para fazer mas aspera vida que los otros Frayes de su Monesterio, a menos de licencia de su Abad, e esto es, porque podria ende nascer escandalo a los otros.

L E Y IIII.

Quales Votos se pueden redemir, o cambiar, e quales non.

DOs maneras son de votos, e a los vnos llaman de voluntad, e a los otros de premia, segun de suso (1) dicho es: e todos los que son de voluntad, se pueden cambiar (2) e redemir por alguna razon justa (3); fueras ende el voto que alguno fiziesse, para guardar castidad (4); ca este tal, maguer es dellos, deue ser guardado por siempre, porque non se podria redemir, ni cambiar por otra cosa que tan buena fuesse. E que los votos que son de voluntad, se pueden cambiar en mejor, prueuase por la vieja Ley (5), en que cambiauan vna cosa por otra; ca las primicias que auian a ofrecer, las redemian en otra manera, dando al por ellas: e pues que en los Mandamientos de la Ley, que les mandara Dios guardar, fazian esto, mucho mas lo deuen guardar los Christianos, en las promissiones que ellos fazen, ca muy mas tenudo es el ome de guardar Mandamiento de Dios, que las promissiones que fazen

in voto abstinentiæ emisso per maritum, si per tale votum circa carnalem debitum fieret præjudicium mulieri; & ita limita, & intellige Gloss. *in cap. manifestum*, 33. *quæst.* 5. & tradit Hostiens. *in summ. de voto*, §. *quis vovere possit*, *colum. fin.* Abb. *in cap. scripturæ*, *de voto.* Item, neque votum peregrinationis posset maritus facere sine consensu alterius, argum. *cap. si tu abstines*, 27. *quæst.* 2. & 33. *quæst.* 5. *cap. quod Deo pari*, nisi in voto transmarino in subsidium terræ sanctæ, ut *in cap. ex multa*, *de voto*, Innoc. *in dict. cap. scripturæ*, & ibi vide Abb. vide etiam ad ista *L.* 8. *infrà eod.* & *L. fin.*

(9) *Nin la muger.* Adde *cap. manifestum*, & *cap. hæc imago*, & *cap. noluit*, 33. *quæst.* 5. & vide quæ notat Abb. *in cap. scripturæ*, *de voto*, & major prohibitio est in fœmina coniugata in voto abstinentiæ, quàm in viro idem voventi, ut tradit ibi Abb. & Gloss. *in cap. manifestum*, 33. *quæst.* 5. & vide infrà *eod. L. penult.* An autem posset emittere, & exequi uxor votum transmarinum pro subsidio terræ sanctæ, sicut potest maritus, tradit Host. ubi *suprà*, & Abb. *in cap. ex multa*, *de voto*, & concludit, quod non potest exequi invito marito (licèt possit votum emittere) si ipsa sit nimis juvenis, vel suspecta vel infamata, quo casu personaliter non exequetur; si verò sit vetula, quæ multum profecit in diebus suis, & matrona bonæ famæ, tunc vadet ipsa, si secum potest ducere multos bellatores, ut quia habet amplum patrimonium ultra dotem, aliàs redimat votum, cum ad eundum & pugnandum inhabilis judicetur; & vide in ista materia *L.* 7. *tit.* 2. 4. *Part.* & quod ibi dixi, & *infrà eod. L. fin.*

la que fiziessen de nueuo. Ca si el Clerigo lo contradixesse, non deue ser fecha. Pero si en tal Eglesia como esta ouiesse tan grand pueblo, que non pudiessen y caber en ella, e pidiessen al Obispo, que les mandasse fazer otra, e partir los parrochianos en amas, segun dize la tercera ley ante desta; o si ouiessen a venir dos pueblos a ella, e el uno fuesse tan lueñe, que non podiessen y llegar, a menos de gran trabajo; estonce por salir de aquel trabajo, bien pueden fazer otra Eglesia, por mandado del Obispo, que aya Clerigo por si. Pero esto se deue entender (2) desta manera, si en la primera Eglesia fincaron tantas rentas, e tantos parrochanos, que pueden los Clerigos, que la siruen, beuir por ellas mesuradamente, segund dize en la ley ante desta; ca de otra guisa non deuen fazer la (3) segunda Eglesia, nin toller sus parrochanos a la primera. Mas si los Clerigos podiessen beuir mesuradamente con las rentas que les fincassen, e ouiessen de fazer la Eglesia; por el menoscabo que rescibiesse la primera, por los parrochianos que le menguan, otorga el derecho (4), que los Clerigos de ella puedan presentar al Obispo el que ouieren de poner en la Eglesia segunda: e otorgarles aun demas de esto, que ayan en ella alguna renta cierta (5) en manera de censo, por conoscimiento de mayoria, e deuegela señalar el Obispo, segund que viere que montan las otras rentas de la segunda Eglesia. E como quier que agrauiamiento, e menoscabo resciba la primera Eglesia, por los parrochianos que dan a la segunda, perdiendo dellos las ofrendas, e las primicias, e las mandas que fazen a sus finamientos; por todo esso non pierde los diezmos (6) de las heredades, que eran dezmeras de ella antes que fiziessen la otra Eglesia; fueras ende si los Clerigos, cuya fuesse la primera, otorgassen, que quando fiziessen la otra, que ouiessen alguna partida de las heredades, o de los parrochianos por dezmeros, ca lo que estonce otorgaren, siempre valdra: e maguer quel Obispo non puede dar las heredades dezmeras de vna Eglesia a otra, sino como dize de suso (7), si entiende que la segunda Eglesia es bien de la fazer, por alguna de las razones que dize en la ley tercera ante desta; bien puede mandar que la fagan en termino de otra (8), e poner Clerigo en ella, que la sirua, aunque lo contradigan, e non gelo presenten los Clerigos de la primera, assi como sobredicho es.

LEY X.

Que non deuen fazer Eglesia, nin Altar, por sueños, nin por adeuinança de ninguno.

Descubren, o fazen algunos engañosamente por los campos, o por las Villas, diziendo que en aquellos logares ay Reliquias de algunos Santos, asacando que fazen miraglos. E por esta razon mueuen las gentes de muchas partes, que vengan alli como en romeria, por lleuar algo dellos: otros ay que por sueños (1), o por vanas antojanças que les apa-

(2) *Entender.* Dixi *in L. 7. suprà, eod.*

(3) *Non deuen fazerla.* Sequitur dictum Gloss. *in cap. ad audientiam*, el 1. *de eccles. ædific.* quàm glossam dicit Host. esse corrigendam; quia si imminet periculum animarum, Episcopus debet providere, & adhibere hoc remedium, nam compellet priùs populum ad subveniendum presbytero capellæ; & si populus non sufficiat, compellet Abbatem, & Præpositum, cui capella est subjecta; istis deficientibus, Episcopus providebit de suo, argum. *cap. fin. eod. tit.* & si hoc fieri non potest, ultimum refugium erit, ut sacerdos instituendus in capella, quærat victum manibus suis & industria, argum. 91. *dist. cap. clericus victum*; nam propter penuriam dotis, non debet Episcopus pati periculum animarum, puta, si propter longam distantiam sæpè decedant homines sine Sacramentis; & dicit Abb. ibi, quòd Glossa voluit idem, quòd Hostiensis, & quòd non meretur reprehendi, & quòd dicta Hostiensis sunt intelligenda, quando subest magna necessitas, & dicta Glossæ, quando non tanta subest, sed aliqualis incommoditas.

(4) *Otorga el derecho.* Vide *in dict. cap. ad audientiam*, el 1. *de eccles. ædific.*

(5) *Alguna renta cierta.* Sequitur dictum Glossæ *in* verbo *honor*, *in dict. cap. ad audientiam*, vide quæ ibi etiam dicit Abb.

(6) *Los diezmos.* Sequitur dictum Glossæ *in* verbo *obventiones*, *in dict. cap. ad audientiam*, ubi Abb. post Calder. dicit, quòd si capellæ est deputata certa parochia, tunc & decimæ omnes illius parochiæ debentur capellæ, & ibi concludit Gloss. *in cap. 1. 10. dist.* quòd ubi subest justa causa, potest Episcopus invito Rectore dividere parochiam, argum. *cap. 1. de reb. eccles. non alienan. lib. 6.* & *cap. sicut unire, de excess. Prælat.* Si verò non subest causa, non potest facere.

(7) *Si no como dize de suso.* Scilicet, remanentibus decimis prædialibus antiquæ ecclesiæ Rectori, & hoc procedit non dividendo parochiam; nam si termini parochiæ per Episcopum justa causa dividerentur, ut dixi suprà *gloss. proxima*, tunc etiam decimæ prædiales deberentur novæ ecclesiæ de prædiis suæ parochiæ, secundum Abb. *in dict. cap. ad audientiam*, *super gloss. in* verbo *obventiones.*

(8) *En termino de otra.* Quia cùm tunc decimæ prædiales remaneant antiquæ ecclesiæ, non admittetur ejus contradictio, ex quo ex causa justa Episcopus movetur ad constructionem novæ ecclesiæ in aliena parochia.

LEX X.

Altaria constituta per somnia & per quasi inanem revelationem hominum, destrui debent per Episcopum: quod si sine populi tumultu fieri non posset, monere debet plebem, ne illi vadant, nisi certum sit, ibi esse corpus aut reliquias alicujus sancti, qui ibi suscepit martyrium, vel inibi habitaverit. Hoc dicit.

(1) *Por sueños.* Ubi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri, Ecclesiastes *cap.* 5. *vers.* 6. et quasi qui apprehendit umbram, & prosequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia: hoc secundum hoc visio somniorum, Ecclesiastici *cap.* 34. & ibidem: *Ne dederis in illis cor tuum; multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis.*

aparescen, fazen Altares, e los descubren en los logares sobredichos. Onde por toller tales engaños, e otros yerros muchos que podrian acaescer, touo por bien Santa Eglesia (2), que quando tales cosas acaesciessen, e lo sopiesse el Obispo del logar, que los mandasse destruyr: e si por auentura non lo podiesse fazer, porquel pueblo lo touiesse por mal, e non lo quisiesse sofrir que los destruyessen, deue el Obispo amonestar las gentes, que non vayan aquellos logares en romeria; fueras ende si fallasen ciertamente Cuerpo, o Reliquias de algun Santo, o que y ouiesse fecho su morada, o fuesse y martyrizado.

LEY XI.

Quien deue refazer las Eglesias, quando lo ouieren menester.

Refazer deuen sus Eglesias, quando fuer menester, los Perlados, e los Clerigos de cada vna de ellas, de las rentas que son dadas para ellas (1): e quando estas non cumpliessen, el Obispo, e los Clerigos (2) que fuessen Beneficiados en ella, deuen cumplir lo que menguare en ella para refazerla, segun las rentas que cada vno llevare, sacando ende (3) lo que cada vno ouiere menester para su vida: ca assi como les plaze, de aprouecharse de los bienes que dellas lleuan, assi deuen tener por bien, de pagar su parte en tales cosas como estas: e si el Obispo, o otro qualquier lleuare (4) la renta, que es señalada para esto, el es tenudo de la refazer, quando menester fuere: e en otra manera non lo deue ninguno tomar para si, ca gran pecado seria, que la parte que señalaron los Santos Padres para lauor de las Eglesias, que la despienda el Obispo, o el otro que la tomasse, en sus cosas, seyendo las Eglesias desamparadas, e menguadas de lo que ouiessen menester. E si por auentura el Obispo tomasse aquellos derechos para si, o otro alguno, parandose ha refazer la Eglesia quando fuesse menester, tenudo es de lo complir. Mas despues que las Eglesias fuessen acabadas, o

(2) *Santa Eglesia.* Vide *in cap. placuit, de consecr. dist.* 1. & *in cap. fin. in fin. de reliquis & venerat. sanct.*

LEX XI.

Reficienda est ecclesia de reditibus propriis, quibus non sufficientibus, Episcopus, & Beneficiati suppleant pro modo redituum, quos habent ab ea, deductis pro eorum victu necessariis: & si quis redditus ad fabricam deputatos recipit, reficiat ipse, & ecclesia consumata, reditus illi ad fabricam deputati in alia ecclesiæ commoda convertantur. Hoc dicit.

(1) *Que son dadas para ella.* Nam si fabrica portionem suam habeat deputatam, ab illo qui percipit, reparari debet, *cap. unio*, 10. *quæst.* 3. & 10. *quæst.* 1. *cap. decernimus*, & nota, quòd de reditibus deputatis ad fabricam, non potest expendi pro ornamentis ecclesiæ, vide per Abb. *in cap. fin. de testam.* fabrica enim sumitur pro structura ædificii, *cap. de fabrica, de consecr. dist.* 1. unde & infert ibi Abb. quòd Episcopus non relevatur ab onere fulciendi ecclesiam de ornamentis propter reditus fabricæ; & adverte, quòd secundum jura antiqua, quinta pars reditum ecclesiæ deputatur fabricæ, ut habetur in *cap. quatuor*, & *in cap. de reditibus*, & *in cap. cognovimus*, 12. *quæst.* 2. hodiè per consuetudines, & diversas erectiones ecclesiarum Cathedralium aliter est provisum, & quòd valeat in hoc consuetudo, tenet Innoc. *in cap. fin. de his quæ fiunt à majore parte capituli*: & si talis consuetudo non reperiatur, dicit eleganter Hostiens. *in summ. de eccles. ædificand.* §. 1. *ad fin.* quòd quarta fabricæ quondam à Sanctis Patribus deputata, tenetur ad hoc, quicunque sit qui eam percipiat, nulla obstante præscriptione vel consuetudine, pro quo vide bonum textum *in dict. cap. cognovimus*, & tenet Abb. *in cap.* 1. *de eccles. ædific.*

(2) *El Obispo, e los Clerigos.* Adde *cap.* 1. & *cap. de his, de eccles. ædific.* & *cap. si monachus*, 16. *quæst.* 1.

(3) *Sacando ende.* Quid si hoc deducto reditus beneficiatorum non superessent ad fabricam reparandam? Dicit Abb. *in dict. cap.* 1. quòd ultimo loco compelluntur parochiani ecclesiæ, nam ex quo percipiunt ibi divina, tenentur ad refectionem, argum. *cap. si Episcopus, de offic. ordin. lib.* 6. neque posset parrochianus volendo evitare onus, cedere usui ecclesiæ, quia hoc non dependet à facultate sua, ut *in cap. omnis, de pœnit. & remis.* sed adverte, quòd Gloss. *in dict. cap. quatuor*, 12. *quæst.* 2. notat ex illo textu, quòd laici non possunt compelli ad fabricam ecclesiæ; Hostiens. etiam *ubi suprà* dicit, quòd in quibusdam regionibus laici hoc opus fabricæ faciunt expensis suis de consuetudine, quam dicit juvari aucthoritate jurium ibi inductorum per eum; nam & ipsorum interest, cùm ibi percipiant ecclesiastica sacramenta, & missas audiant, & maximè, ubi malè vacant decimis, hoc erit observandum, 16. *quæst.* 7. *cap. quicumque*, & *cap. & hæc diximus*, & *cap. filiis & nepotibus*, & quòd compellendi sunt talem consuetudinem observare, argum. *cap. ad Apostolicam, de simon.* & sic glossa illa, & Hostiens. volunt id non esse sancitum de jure. Sed si esset de consuetudine, ad id laici compellentur; sed adhuc placet dictum Abb. quòd deficiente quarta fabricæ, & reditibus clericorum beneficiatorum, ultimo loco compellantur parochiani, cùm eorum intersit, ut dictum est: tene etiam menti in ista materia notabiliter dicta per Joan. Andr. *in cap. si propter tua perpetua debita, de rescript. lib.* 6. *in novella*, quæ reasumit ibi Dominic. *colum.* 2. ubi quærit Joan. Andr. an Episcopus possit statuere una cum Capitulo suo, quòd certa pars fructuum beneficiorum vacantium in sua diœcesi applicetur fabricæ suæ ecclesiæ Cathedralis, & concludit, quòd, aut fabrica ecclesiæ non indiget reparatione, & tunc non potest; aut eget reparatione, & tunc, aut pars deputata fabricæ est sufficiens per se, & tunc, adhuc non potest, quia necdum clerici diœcesis, sed neque Episcopus, neque canonici essent ad hoc gravandi; aut pars fabricæ deputata non est sufficiens per se, & tunc, aut pars Episcopi & canonicorum est ita pinguis, quòd ponderato eorum statu superesset tantum de residuo, quòd possunt reparare fabricam, & adhuc non potest, quia satis est inferioribus clericis, quòd teneantur ad reparationem fabricæ ecclesiarum suarum; hæc membra probantur 10. *quæst.* 3. *cap. unio*: 12. *quæst.* 2. *cap. Vulteranæ, cum tribus cap. sequent. cap.* 1. & *cap. de his, de eccles. ædificand.* aut pars Episcopi, & canonicorum non est ita pinguis, quòd sufficiat pro fabrica ecclesiæ, & tunc potest Episcopus & Capitulum statuere, ut probatur ex *dict. cap. fin. propter tua perpetua.* Item ex constitutione Joan. 22. quæ incipit, *suscepti*, quæ approbat statuta de talibus fructibus aplicandis fabricæ, & quod notat Joan. Andr. *in cap. cum omnes, de constit. super gloss.* 1. Item decet ecclesias subjectas providere indigentiæ ecclesiæ Cathedralis. Videas ibi latiùs per eum si volueris, sed in hoc reducitur ibi dictum; & si placeat, poteris etiam in ista materia videre Paul. à Citad. *in suo tract. jur. patronat. in* 6. *part. artic.* 5. ubi etiam tradit, quis teneatur reficere domum sacerdotis: & quid si parochiani essent adeò inopes, quòd non possint subvenire.

(4) *Llevare.* Adde *cap. decrevimus*, 10. *quæst.* 1. *cum gloss.* & *cap. si monachus, cum gloss.* 16. *quæst.* 1. nota ad id, quod dixi suprà *in gloss.* 1.

o non ouiesse ninguna cosa de labrar, deuen aquella renta meter en otra cosa (5), que sea a pro della.

L E Y XII.

Quien deue consagrar la Eglesia, e los Altares.

Acabada e cumplida seyendo la Eglesia de todas sus lauores, pueden el Obispo (1), en cuyo Obispado fuere, consagrarla, o rogar a otro Obispo que la consagre, seyendo la Eglesia heredada, segun dicho es de suso, e otro ninguno (2) non la puede consagrar, fueras el Obispo. E esso mismo es de la consagracion de los Altares (3). Pero vn oficio es el de la consagracion de los Altares, e otro el de la Eglesia; e puedelos fazer ambos el Obispo en vn dia si quisiere, o en dos, vno en pos de otro, o en tiempo mas alongado (4). Otrosi lo pueden fazer dos Obispos en vn dia, consagrando el vno la Eglesia, e el otro los Altares: e desque la Eglesia fuere consagrada, non deue ninguno en ella fazer Altar de nueuo (5) sin otorgamiento de su Obispo: e si muchos Altares y ouiere, el Obispo puede mandar desfazer (6) los sobejanos: e non deue consagrar Altar ninguno, si non el que fiziere de piedra (7), e quando lo consagrare, deuen meter en el algunas Reliquias.

L E Y XIII.

En que tiempo deuen consagrar las Eglesias, e las otras cosas que han de ser sagradas.

Altar, o Eglesia queriendo algun Obispo consagrar, deue cantar Missa (1) quando lo quisiere fazer. Pero si el Obispo fiziere la consagracion, e otro Clerigo dixere la Missa, vale (2) la consagracion; e puedela fazer el Obispo, tambien en los otros dias, como en las fiestas (3). Pero consagrar a los Obispos, e poner velo a las Virgines que fuessen de Orden, o fazer Crisma, o ordenar Clerigo, non lo deuen fazer si non en dias señalados; ca en Domingos (4) deuen consagrar los Obispos, e non en otros dias. Mas a las Virgines (5) pueden poner velos en los Domingos, e otrosi en las fiestas de los Apostoles, e en dia de la Epiphania, e en el Sabado Santo, que es vigilia de Pasqua mayor, e aun en todas las ochauas. Pero si alguna Virgen quisiere

(5) *En otra cosa.* Nota hoc; quia Hostiens. *ubi suprà*, dicit, quòd ex quo ecclesia reparata est, redibit pars deputata fabricæ ad ipsum, qui eam percipere consuevit, unde, quod in ista lege dicitur, est intelligendum, quando statuto vel consuetudine non esset acquisitum jus ei, qui percipiebat illam partem; tunc enim in alios usus ecclesiæ expendi deberet, ut dicit ista lex, pro qua videtur etiam textus *in cap. vobis*, 12. *quæst.* 2.

L E X XII.

Diœcesanus Episcopus, vel alius Episcopus ad ejus preces, potest ecclesiam vel altare una die, vel majori tempore consecrare, & non qui non sit Episcopus, & potest utrumque una die, vel unum tantum, vel unus Episcopus ecclesiam, alius altare; & ecclesia consecrata, non fiat ibi altare sine Episcopi licentia, qui potest altarium numerum minuere, & non debet consecrare altare non lapideum. Hoc dicit.

(1) *El Obispo.* Consecratio ecclesiæ ab Episcopo Diœcesano fieri debet, ut *in cap. nemo, de consecr. dist.* 1. & *in cap. bonæ*, 12. *quæst.* 2. *cap.* 2. *de consecr. eccles. vel altar.* & *eod. tit. cap. tua fraternitas.*

(2) *Otro ninguno.* Per simplices sacerdotes, neque consecrationes, neque ecclesiarum reconciliationes fieri possunt, etiam ex commissione Episcoporum, *cap. aqua, de consecr. eccles. vel altar.* & consecratio ecclesiæ largè dicitur sacramentum, quasi sacræ rei signum, secundum Gloss. *in cap. fin. in* verbo *consecrationes*, 1. *quæst.* 3.

(3) *De los Altares.* Adde *cap. nullus*, el 2. & *cap. concedimus, de consecr. dist.* 1.

(4) *O en tiempo mas alongado.* Quolibet enim die fieri potest ista consecratio, *cap.* 2. *de consecr. eccles. vel altar.*

(5) *Altar de nueuo.* Vide *in cap. quamvis*, 68. *dist.* & *in cap. nullus presbyter, de consecr. dist.* 1.

(6) *Desfazer.* Vide *in cap. ecclesia*, & *in cap. placuit, de consecr. dist.* 1.

(7) *De piedra.* Altare non debet esse ligneum, vel terreum, sed lapideum, ut *in cap. altaria, de consecr. dist.* 1. & per S. Thom. *in* 4. *sentent. dist.* 13. & 3. *part. quæst.* 83.

(8) *Reliquias.* Vide *in cap. placuit, de consecr. dist.* 1. & secundum Gofred. *eod. tit. in summa*, Doctor. dicunt sufficere Corpus Christi loco reliquiarum, & hoc tenuit Glossator Joannes *in dict. cap. placuit*; Hug. dicit, non esse de substantia consecrationis, quòd reliquiæ ponantur. Hostiens. *in summ. de consecr. eccles. vel altar.* §. *qualiter*, dicit se consuluisse Innoc. Papam super dicto Joannis Glossatoris, an liceat ponere Corpus Christi, & illum respondisse de consilio astantium, quòd non; & reddit rationem Joannes Andr. *in cap. ad hæc, de consecr. eccles. vel altar.* quòd potest esse, quia Corpus Christi est cibus animæ, *de consecr. dist.* 2. *cap. panis*, neque debet conservari nisi causa infirmorum, vel alia de causa necessaria, ut *in cap.* 5. *de custodia Eucharistiæ*, & hoc placet Abb. Panorm. ibi; subdit tamen, quòd fertur, quòd eo Papa, deficientibus reliquiis, dedit partem corporalis, & Eucharistiæ in consecratione cujusdam eclesiæ; & Sylvestro *in summ. in* verbo *altare*, videtur, quòd hoc sit propter veterem usum sacramenti.

L E X XIII.

Ecclesia quacumque die potest consecrari, Episcopo vel alio celebrante; consecrare autem Episcopum nemo potest, nisi die Dominica. Sacrum autem velamen virgini religiosæ dari potest in diebus Dominicis, vel Apostolorum, seu in festo Epiphaniæ, & sabbato Sancto Paschatis majoris, & ejus octavis, & si virgo sit infirma & in periculo mortis, qualibet die. Chrisma verò non potest confici nisi die sancto Jovis Cœnæ. Hoc dicit.

(1) *Missa.* Concordat cum *cap. omnes, de consecr. dist.* 1. & *cap. de fabrica, in fin.*

(2) *Vale.* Ita dixit Hug. refert Hostiens. *de consecr. eccles. vel altar. in summ.* §. *& qualiter.*

(3) *Como las fiestas.* Adde *cap.* 2. *de consecr. eccles. vel altar.*

(4) *Domingos.* Vide *cap. qui in aliquo*, 51. *dist.* & 75. *dist. cap. quod die.*

(5) *A las Virgines.* Consecratio Virginum die Epiphaniarum, & in tota septimana Paschali, & in Natalibus Apostolorum, & in diebus Dominicis: & si languore detentæ sunt, necessitate urgente, quolibet tempore fieri possunt, 20. *quæst.* 1. *cap. devotis, cap.* 1. *de tempor. ordin.*

re tomar velo seyendo enferma, porque non muriesse sin el, deuengelo dar, maguer non fuesse ninguno destos dias. Mas la Crisma non la deuen fazer en otro dia, si non en el Jueves Santo (6) de la Cena: e los Clerigos non los deuen ordenar, si non en las quatro Temporas, o en los otros dias, que dize en el titulo de los Perlados.

L E Y XIIII.

Que cosas ha menester la Eglesia, para ser fecha complidamente la consagracion.

CONsagrar deuen la Eglesia, e para ser acabada, en la consagracion della ha menester que sean fechas siete cosas(1). La primera es, que han de fazer doze cruzes al derredor della, en las paredes de parte de dentro, tan altas que las non pueda ninguno alcançar con la mano: tres a parte de Oriente (2), e tres a parte de Occidente, e tres a parte de Meridion, e tres a parte de Septentrion. La segunda es, que deuen sacar de la Eglesia todos los cuerpos, e los huessos de los muertos, que fuessen descomulgados, o de otra Ley (3). La tercera, que deuen ascender doze candelas, e ponerlas en las cruzes en sendos clavos, que deuen estar fincados en medio de la cruz. La quarta, que deuen tomar ceniza, e sal, e agua, e vino, e bolverlo todo en vno, con las Oraciones que dize el Obispo, e derramarlo por la Eglesia, para lauarla. La quinta es, que deue escreuir el Obispo con su baculo, sobre la ceniza que derramaron por el suelo de la Eglesia, el A. b. c. de los Griegos, e de los Latinos, e deue ser fecha de luengo e de trauieso de la Eglesia, de guisa que se ayunten en medio, como en manera de cruz. La sexta, que deue vngir el Obispo las cruzes con Crisma, e con Olio sagrado. La septima, que deue encensar la Eglesia a muchas partes.

L E Y XV.

Que pro viene a los Christianos de la consagracion de la Eglesia.

CRuzes, e todas otras cosas que faze el Obispo en la Eglesia, quando la consagra, segund dize en la ley ante desta, cada vna de ellas ha su entendimiento, e

(6) *Jueves Santo.* Vide *in cap. omni tempore, de consecr. dist.* 4.

L E X XIIII.

In consecratione ecclesiæ interiùs in parietibus duodecim cruces fiant, tres ab Oriente, tres ab Occidente, tres à Meridie, & tres à Septentrione, quæ ungantur chrismate, & oleo infirmorum; & inde sunt extrahenda ossa excommunicatorum, & infidelium; insuper duodecim candelæ cereæ accensæ, à dictis crucibus appendentur cum clavis; & commisceatur cinis & aqua, vinum & sal cum orationibus Episcopalibus, per ecclesiam aspergant, ut lavetur. Item Episcopus scribat supra cinerem aspersum in ecclesia cum suo baculo pastorali Abecedarium Latinorum & Græcorum per longum & latum, per modum crucis. Item debet multis ecclesiæ partibus ecclesiam thurificare. Hoc dicit.

(1) *Siete cosas.* Vide de his in ordinario, seu libro, qui dicitur Pontificalis, unde ista lex habuit originem.

(2) *De Oriente.* Et dicit Sanctus Thom. 2. 2. *quæst.* 84. *artic.* 3. quòd secundum quandam decentiam adoramus versus Orientem: primò propter divinæ majestatis judicium, quod nobis manifestatur in motu Cœli, qui est ab Oriente. Secundò propter paradisum in Oriente constitutum, ut legitur Genesis *cap.* 2. *v.* 8. secundum litteram 70. Interpretum, quasi quæramus ad paradisum redire. Tertiò propter Christum, qui est lux mundi, & Oriens nominatur, Zachar. *cap.* 6. *v.* 12. & ab Oriente expectatur venturus, secundum illum Matthæi *cap.* 24. *v.* 27. Ibi: *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, &c.*

(3) *Que fuessen descomulgados, o de otra ley.* Vide *in cap. ecclesia*, & *in cap. ecclesiam, de consecr. dist.* 1. & *cap. sacris, de sepult.* Gofred. *in summ. de consecr. eccles. vel altar cap. consuluisti, eod. tit.* Sed quid si mulier fidelis prægnans sepulta est ibi, nunquid consecrari poterit ea non abjecta? Hostiens. *in summa, de consecr. eccles. vel altar.* vers. *quid si mulier est prægnans*, refert Hug. dicentem, quòd sic. Imò, quòd & sine incisione potest ibi sepeliri, quia periculum fœtoris imminere posset, si scinderetur, nam & partus pars viscerum est, *L.* 1. §. 1. *ff. de ventre inspiciendo*; potest ergò cum matre sepeliri, & hanc opinionem approbavit Gofredus: refert tamen Hostiens. alios dicentes, quòd mulier scindi debet, & si partus vivat, baptizetur; si mortuus est, extra cœmeterium sepeliatur, quia talis ex quo baptizatus non est, non debet poni in cœmeterio, *de consecr. dist.* 4. *cap. si quicquid est in homine*, & *cap. si qua mulier prægnans*, & *duobus cap. præcedent.* facit *L. si prægnans, ff. de eviction.* & *L. si vaccæ, L. si aliena, in fin. ff. de usucap.* tandem Hostiens. dicit, quòd opinio Hug. sibi non placet in eo, quòd mulier sepeliatur cum partu vivo, quia si partus viveret, committeretur homicidium, & quòd opinio aliorum non videtur approbanda indistinctè; quia qua ratione admittitur mulier prægnans ad baptismum, ut in juribus suprà allegatis, eadem ratione potest admitti ad sepulturam, ut sic partus (etsi in veritate baptizatus non sit) quantùm tamen ad hunc articulum habeatur pro baptizato, ne incisio sine utilitate facta (puta, quia constat, quòd partus mortuus est) hòrrorem inducat, argum. *L. quæ religiosis, ff. de rei vend.* & *cap. quod in dubiis, de consecr. eccles. vel altar.* dicas ergò secundum eum, quòd si pro certo constat mortuum esse partum, non incidetur mulièr, sed cum partu sepelietur, & ita procedet opinio Hug. neque obstant jura, quæ volunt, quòd paganus non sepeliatur in cœmeterio, quia procedunt, quando paganus separatus àb utero matris christianæ, vel in utero matris paganæ, ibidem sepultus fuit; secùs si in utero matris christianæ, quia neque tunc commodè discerni posset, & sic non est exhumandus. Sin autem certum est, quòd partus vivit, vel dubitatur, in hoc casu omninò locum habet secunda opinio: allegat Hostiens. bonum textum *in L.* 2. *ff. de mortuo inferen.* & *L. prægnantis, ff. de pœnis*, & *L. imperator, ff. de statu homin.* subdit Hostiens, quid ergò respondebo, si quis me consulat hoc casu? Quæram si mortuus est partus, si dicat quòd non, causa pietatis & humanitatis, sine metu alicujus irregularitatis, possum respondere, pone citò baculum in ore mulieris, & consulas chirurgicum peritum; *cap. tua nos, de homicid.* Si verò dicat, quòd mortuus est partus, quæram, qualiter est certus; si respondeat certus sum, dicere potero, si hoc certum est, sepeliri non prohibeo, sed neque præcipio; sed tu etiam cave tibi, quia si partus vivat, tanquam homicida esses puniendus, si eam sepelires, ut dicit *dict. L.* 2. incipit, *negat lex Regia, ff. de mortuo inferen.* quam dixit, non esse alibi Alber. ibi, qui & dicit, quòd mulier viva non debet scindi, ut partus nascatur & baptizetur ea vivente, & intellige de scissura, qua immineret periculum mortis.

L E X XV.

Vocatur ecclesia domus luctus, & pœnitentiæ, quod sig-

LEY XVIII.

Porque es dicha la Eglesia, Casa de oracion.

ORar (1), e rogar deuen los Christianos a Dios en todo logar, e señaladamente (2) en la Eglesia, como quier que lo pueden fazer en los otros logares, quando non pudieren a ella venir, e por esso es llamada, Casa de oracion. E aquel nome le puso nuestro Señor Iesu Christo, quando dixo (3) en el Euangelio: La mi casa sera llamada Casa de oracion: e porende fazen las otras dos cosas en la Eglesia, quando la consagran, ca la enciensan, e la ungen con Crisma, e con Olio bendito, ca por el encensamiento, se entienden las oraciones; e por esso dixo el Profeta Dauid (4) en vn Psalmo: Señor Dios endereça la mi oracion, que suba ante ti, como sube el encienso. E por la vncion, se entiende la buena voluntad, que deue ome auer en la oracion: ca la oracion que ome faze sin deuocion (5) e sin buena voluntad, tal es como los carbones que non son encendidos; e porende dixo San Agostin: Que assi como el sueno de la boz, que non ha entendimiento, es como la boz del aue, que non entiende lo que dize, otrosi la oracion que non es fecha devotamente (6), tal es como boz del buey quando brama.

Ley 1. tit. 2. lib. 1. Rec.

LEY XIX.

Por que razon pueden consagrar la Eglesia que fuesse ya consagrada.

QVemada (1) seyendo la Eglesia, o la mayor parte della, puedenla consagrar de cabo, maguer que ante fuesse ya consagrada. Esso mismo seria, si fuesse derribada toda (2) de fondon, e la fiziessen otra vez; o si fuessen las paredes todas descortezadas, o la mayor parte dellas; o si fuesse dubda (3) que non era consagrada, assi que non se pudiesse prouar por testigos, ni por escriptura, ni por otras señales ciertas. E si algun Obispo hereje la consagrasse, non guardando la forma (4) que manda Santa Eglesia, deuenla consagrar otra vez. E si alguna partida fincasse (5) de la Eglesia vieja, e fiziessen las paredes de nueuo, e las ayuntassen todas en vno, non la deuen otra vez

LEX XVIII.

Vocatur etiam ecclesia domus orationis, in cujus significationem in consecratione ecclesiæ thurificatur, & chrismatis & olei unctio ponitur. Hoc dicit.

(1) *Orar.* In oratione an sit petendum aliquid in particulari, vide S. Thom. 2. 2. *quæst.* 83. *artic.* 5.

(2) *Señaladamente en la Eglesia.* Et sic magis in ecclesia, quàm alibi est orandum, vide bonum textum cum glossa *in cap. parsimoniam*, 41. *dist.* & *in cap. decet*, §. *nullus*, *de immun. eccles. lib.* 6. *cap. cum ecclesia*, & ibi Abb. *eod. tit.* & triplicem rationem ponit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 84. *art.* 3. propter loci scilicet consecrationem, propter sacra mysteria & alia signa sanctitatis, quæ ibi continentur, propter concursum multorum adorantium.

(3) *Dixo.* Matth. *cap.* 21. *v.* 13. & Luc. *cap.* 19. *v.* 46.

(4) *Dixo el Profeta David.* Psalm. 140. *v.* 2.

(5) *Sin devocion.* Tepida oratio in accensu languescit & deficit; oratio verò, quæ fidelis, humilis & fervens fuerit, cœlum sine dubio penetravit, unde certum est, quòd vacua redire non poterit, Bernard. 4. *sermon. Quadragesimæ*: & concurrentibus quatuor, semper aliquis impetrat, quod in oratione petit, scilicet, ut pro se petat, & quòd petat necessaria ad salutem, quòd petat piè, item perseveranter, secundum S. Thom. 2. 2. *quæst.* 83. *artic.* 51. *ad secundum.*

(6) *Devotamente.* Dicit Basilius, quòd divinum auxilium est implorandum, non remissè, neque mente huc vel illuc evagante; eo quòd talis, non solùm non impetrabit, quod petit, sed etiam magis Deum irritabit, videas per S. Thom. 2. 2. *quæst.* 83. *artic.* 13.

LEX XIX.

Combusta ecclesia pro majori parte, aut funditùs non paulatim dirupta, vel parietibus, aut eorum majori parte excorticatis, vel si fuerit dubium, fuerit consecrata nec ne, vel si consecrata fuit ab hæretico Episcopo non in forma ecclesiæ, consecrari potest iterùm. Si verò pars sit destructa, aut tectum parietibus sanis, non debet etsi reficiatur, iterùm consecrari, sed cum Missa & aquæ benedictæ aspersione est reconcilianda. Item si mensa altaris fuerit mota, vel enormiter fracta, potest iterùm consecrari; altare tamen vitiatum, seu ara, licèt mutetur de loco ad locum, non debet iterùm consecrari. Item ecclesia consecrata, scribi debet dies consecrationis, & annuatim festivari. Hoc dicit.

(1) *Quemada.* Concordat cum *cap. ecclesiis*, *de consecr. dist.* 1. & est ratio, secundum Abb. *in cap. proposuisti*, *de consecr. eccles. vel altar.* quia consecratio ecclesiæ consistit in exteriori parte, fit enim delinitio seu unctio cum crucibus in ipsis parietibus ecclesiæ ab interiori, in ipsa superficie parte muri, unde violatur ipsa consecratio ex combustione parietum, licèt parietes non corruant. Si ergò parietes sunt notabiliter decrustati in toto, vel in majori parte, iteranda est consecratio, vide Gloss. *in dict. cap. ecclesis*, & infrà *in ista L.*

(2) *Derribada toda.* Vel in parte majori, *cap. de fabrica*, *de consecr. dist.* 1. Gloss. *in dict. cap. proposuisti.*

(3) *Dubda que non era consagrada.* Concordat cum *cap. solemnitates*, *de consecr. dist.* 1. & *cap. ecclesiæ vel altaria*, Gloss. *in dict. cap. proposuisti*; & dicitur dubitari, secundum Innoc. *in rubric. de consecr. eccles. vel altar.* si non apparet scriptura in libro ecclesiæ, vel columna, vel tabula marmorea, in quibus solet scribi tempus consecrationis, vel si non apparet testis saltem unus deponens de visu, vel secundum quosdam de auditu; nam cùm in hoc casu non tractetur de præjudicio alterius, sufficiunt tales probationes, quòd Abb. dicit benè notandum *in dict. cap. proposuisti*, & adde Gloss. *in dict. cap. solemnitates.*

(4) *Non guardando la forma.* Nam si in forma ecclesiæ esset facta, non esset iteranda, quia sacramenta hæreticorum in forma ecclesiæ tradita sunt bona, quia non sunt humana, sed divina, *cap. quid faciet*, 23. *quæst.* 4. per Innoc. *in cap.* 1. *de schismatic.* & per Abb. *in cap. ad probandum*, *colum.* 4. *de re judic.* debet tamen tunc ecclesia reconciliari, ex quo est consecrata per notoriè excommunicatum, ut dicit Joann. And. & Abb. *in cap. consuluisti*, *de consecr. eccles. vel altar.*

(5) *Alguna partida fincasse.* Sequitur opinionem Glossæ, quæ est communis in *cap. proposuisti*, *de consecr. eccles. vel altar.* contrarium tenet Abb. ibi, post alios relatos ab Innoc. *in rubric. illius tit.* Sylvestro *in summ. in* verbo *consecratio secunda* placet prima & communis opinio dicens, quòd habet pro se veritatem, quia omnis consecratio est indelebilis manente subjecto, ut patet per S. Thom. 2. 2. *quæst.* 39. *artic.* 3. & in aliis locis ibi à Sylvest. relatis; ibi poteris videre, si velis, latiùs.

vez consagrar. E otrosi non ha de ser consagrada de cabo, si la derriban poco a poco, e la fuessen ansi labrando; o si todo el techo (6) se derribasse, o quemasse, e fincassen las paredes sanas; mas deuenla reconciliar (7) con agua bendita, diziendo y Missa. E si el Altar fuesse consagrado, e se derribasse la mesa (8), o alguno de los pies sobre que esta, o la mudassen a otro logar, o quebrasse alguna parte della, que la desfeasse mucho, puedenla otra vez consagrar (9). Pero las Aras (10) que consagran los Obispos, bien las pueden lleuar, e mudar de vn logar a otro, e non las deuen por esso de cabo consagrar: e otrosi despues que la Eglesia fuere consagrada, deuen los Clerigos escreuir el dia en que la consagraron, e fazer cada año fiesta (11) de aquella consagracion.

LEY XX.

Por quales cosas deuen reconciliar la Eglesia.

Reconciliada deue ser la Eglesia, por dos maldades que fazen los omes en ella, que la ensuzian. La vna es, quando algun ome fiere a otro en ella, e cae y sangre (1). E la otra es, quando faze alguno adulterio, o fornicio (2) en ella, yaziendo con alguna muger: onde quando alguna destas cosas fuere y fecha, non deuen y cantar Missa (3), nin dezir Horas, fasta que la reconcilien; que quiere tanto dezir, como alimpiarla de aquel mal que fizieron, e que la tornen al primer estado, en que ante era, quier sea el fecho manifiesto, o encubierto (4): e si la Eglesia fuere consagrada, puedela el Obispo (5) reconciliar con agua bendita, que el mismo ouiesse fecho, o otro Obispo ouiesse fecho, en que ouiesse vino e sal, assi como lo deue auer en la que fazen para consagrar las Eglesias; e esto non lo puede fazer otro Clerigo de Missa. Pero si non fuesse consagrada, bien la puede reconciliar Clerigo de Missa (6) con agua bendita, porque non queden de dezir las Horas; e esto puede fazer con mandado del Obispo. Otrosi, quando algun descomulgado soterrassen en el Cementerio (7), desque lo sopieren, deuenlo sacar ende, e reconciliar el Cementerio con el agua bendita, con que reconcilian la Eglesia, quando es menester. E por estas mismas razones (8) han de reconciliar el Cementerio, por que reconcilian la Eglesia.

TI-

(6) *Todo el techo.* Adde *cap. ligneis, de consecr. eccles. vel altar.*

(7) *Reconciliar con agua bendita.* Sequitur Glossam *in cap. proposuisti, de consecr. eccles. vel altar.* & hoc est tutius & devotius; aliqui tamen dixerunt hoc nullo jure esse expressum, Glossa allegat *cap. de fabrica, de consecr. dist.* 1.

(8) *La messa.* Adde *cap.* 1. & *cap. ligneis, de consecr. eccles. vel altar.* & *cap. quod in dubiis*: & in *dict. cap.* 1. declarat Abb. quis sit ille lapis, de quo ibi, qui continet sigillum; vide ibi per eum.

(9) *Otra vez consagrar.* Non intelligas de tota ecclesia, sed tantùm de altari, seu mensa altaris, ut in *dict. cap.* 1.

(10) *Las Aras.* Nota ad declarationem glossæ in *dict. cap.* 1. *de consecr. eccles. vel altar.* ut distinguatur inter altare stabile, & altare viaticum, de quo per Abb. ibi post Anton. ubi vide Innoc. & vide *cap. concedimus, de consecr. dist.* 1.

(11) *Fiesta.* Vide *in cap.* 1. *de consecr. dist.* 3. & in hoc standum est consuetudini.

LEX FINALIS.

Reconciliatur ecclesia, cùm per violentam sanguinis effusionem, aut fornicationem in ea factam, polluitur; nec interim quòd reconcilietur, sunt ibi divina officia celebranda. Et si est consecrata, non potest nisi per Episcopum reconciliari, cum aqua ab eo vel ab alio Episcopo benedicta, vino & sale mixtis aspersa. Si tamen non sit consecrata, quilibet presbyter de mandato Episcopi, potest eam reconciliare cum aqua benedicta. Item cœmeterium est ex eisdem causis reconciliandum, & etiam si in eo excommunicatus fuit sepultus, ipso inde amoto. Hoc dicit.

(1) *Sangre.* Adde *cap. proposuisti*, & *cap. fin. de consecr. eccles. vel altar.* & *cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. ubi Glos. declarat, quòd etiam, si sine sanguinis effusione homo ibi occidatur, veluti cum tersorio ad collum, vel si judex suspendi faciat aliquem in ecclesia, reconcilianda est ecclesia: & debet esse injuriosa talis sanguinis effusio, nam propter paucas guttas sanguinis non esset ecclesia reconcilianda, ut tradit ibi Dominicus in fine; & adde *cap. revertimini*, 16. *quæst.* 1. & Bald. *in L. si prædium*, 1. *col. C. de ædilit. action.* Ang. de Aret. *in tractatu malefic. in* parte *sanguis exivit.* Abb. *in cap. proposuisti, de consecr. eccles. vel altar.*

(2) *Fornicio.* Sentit ergò hæc lex, quòd non fiat pollutio ecclesiæ ex coitu conjugati, quod & tenuit Glos. *in cap. ecclesiis, de consecr. dist.* 1. & posset procedere, quando conjuges multo tempore obsiderentur in ecclesia, ut tenet Sylvest. *in summ. in* verbo *consecratio*, el 2. *quæst.* 5. & *in* parte *debitum*, *quæst.* 3. Joan. Major *in* 4. *sententiar. dist.* 32. *quæst.* 1. *colum.* 3. aliàs etiam ex coitu conjungali polluta censetur ecclesia, ut notat Gloss. communiter approbata, ut *in dict. cap. unic. de consecr. eccles. vel altar. lib.* 6.

(3) *Cantar Missa, nin dezir Horas.* An autem contrafaciens, incidat in irregularitatem? Textus est, quòd non *in cap. is qui, de sentent. excomm. lib.* 6. esset tamen talis suspensus ab ingressu ecclesiæ, secundum Lapum Abb. per textum *in cap. Episcoporum, in fin. de privil. lib.* 6. & si suspensione durante in ecclesia celebraret divina, esset irregularis, *cap. is cui, de sentent. excomm. lib.* 6.

(4) *Encubierto.* Ita dicit Hostiens. esset tutius: sed Gloss. *in dict. cap. unic. de consecr. eccles. vel altar.* dicit, quòd quando factum est occultum, ecclesia non est reconcilianda, & prosequitur Abb. *in cap. proposuisti*, & *cap. fin. eod. tit.*

(5) *El Obispo.* Vide *in cap. penult. de consecr. eccles. vel altar.*

(6) *Clerigos de Missa.* Sequitur Gloss. *in cap. fin. eod. tit.* & opinio Glossæ est communis, secundum Abb. ibi.

(7) *En el Cementerio.* Vide *in cap. proposuisti, eod. tit.* ubi vide per Abb. quòd idem si sit sepultus in ecclesia, ecclesia est reconcilianda.

(8) *Por essas mismas razones.* Vide quod habetur in *cap. unic. de consecr. eccles. vel altar. lib.* 6.

TITULO XI.

De los preuilejos, e de las franquezas que han las Eglesias, e sus Cementerios.

LL. 3. y 4. tit. 3. lib. 1. Recop.

PReuillejos, e grandes franquezas (1) han las Eglesias, de los Emperadores, e de los Reyes (2), e de los otros Señores de las tierras; e esto fue muy con razon, porque las casas de Dios ouiessen mayor honrra, que las de los omes. E porende pues en el titulo ante deste mostramos, como deuen ser fechas, e en que manera deuen refazerlas, quando fuere menester, e otrosi como las consagran; conuiene dezir en este titulo de las franquezas, e de los preuilejos, que han tambien ellas, como sus Cementerios. E primeramente mostraremos, que quiere dezir, Preuillejo. E en quales cosas los han las Eglesias. E a quales omes puede amparar la Eglesia, quando fuyeren a ella, e quales non. E que pena deuen auer los que quebrantaren tal preuilejo como este. E sobre todo esto mostraremos, quales omes manda el derecho de las leyes antiguas sacar de la Eglesia.

LEY I.

Que cosa es preuilegio, o en que cosas lo ha la Eglesia.

Ley 1. tit. 2. lib. 1. Rec.

Ley 3. tit. 3. lib. 1. Rec.

PRiuilegio tanto quiere dezir, como ley apartada (1), que es fecha señaladamente por pro, o por honrra de algunos omes, o logares, e non de todos comunalmente: e porque la Eglesia es casa de Dios (2), es mas honrrada que otra, segund dize en el titulo ante deste; porende ha priuilegios mas que las otras casas de los omes, e mayormente en estas cosas: ca non deue ser apremiada de ningun pecho (3), nin otro embargo: nin deuen en ella, ni en sus Cementerios judgar los pleytos (4) seglares; e mayormente los que fueren de justicia (5), porque seria contra razon, e cruel cosa, de judgar los omes a muerte, o a lision, en el logar que es establescido para seruir a Dios, e para fazer obras de piedad, e misericordia. E otrosi non deuen fazer en ella mercado (6), nin deuen soterrar los muertos (7) dentro en ella, segund dize en el titulo de las Sepulturas: nin deuen los legos estar con los Clerigos en el Coro (8), quando dizen las Horas, e mayormente a la Missa. E esto es, porque las puedan dezir mas sin embargo, e con

TITULUS XI. DE IMMUNITATE ECCLESIÆ.

(1) *Grandes franquezas.* Et nimirum, quia ecclesia est idem, quod ipsa libertas, Bald. *in L. unica*, §. *in primo, in fin. C. de caduc. tollen.* & cùm sit ecclesia mater omnium legitima, ut dixit Bald. *in L. eam quam*, *colum.* 10. *C. de fideicommis.* & ultimum & supremum refugium oppressorum, ut dixit Bald. *in cap.* 1. *de alienat. feud. col.* 2. justum est, ut ejus domibus & templis favores magni, & immunitates præstentur.

(2) *E de los Reyes.* Et ecclesia facere debet orationes, & obsecrationes pro Regibus & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt, & pro omnibus hominibus, 1. ad Timoth. *cap.* 2.

L E X I.

Privilegium dicitur lex privata, & ecclesia multis privilegiatur, exactionibus & tributis non molestatur, lites sæculares in ea non audiuntur, & præsertim sanguinis causæ, mercata non fiunt, neque in ea mortui sepeliuntur. Item laici, cùm divina officia celebrantur, non debent stare cum clericis, neque stare secus altare, quando sacra mysteria celebrantur. Item fœminæ in ea debent à viris segregari, neque fœmina accedat ad gradus altaris, nisi quando offerat, vel communionem recipiat, seu orare voluerit. Item in domo ecclesiæ, seu sacristia, nullus hospitetur. Item ex legato, vel donatione, aut venditione quæritur dominium ecclesiæ, hospitali, aut loco religioso sine traditione. Hoc dicit.

(1) *Ley apartada.* Adde *L.* 2. *tit.* 18. *Part.* 3. & vide quæ ibi dixi.

(2) *Casa de Dios.* Vide in Psalm. 92. *Dominus regnavit*, *decorem*, & *in cap. decet*, *de immun. eccles. lib.* 6.

(3) *Ningun pecho.* Adde *L. placet*, *C. de sacrosanct. eccles.* & *cap. non minus*, & *cap. adversus*, *de immun. eccles.* & *cap. penult. de censib. lib.* 6. & *Clement. præsenti*, *eod. tit. cap.* 1. *de immunit. eccles. lib.* 6. & vide suprà *tit.* 6. *L.* 51. & 52. *cum tribus sequentibus*, & ibi dicta, & quæ tradit Montal. *Foro LL. lib.* 1. *tit.* 5. *L.* 1.

(4) *Pleytos seglares.* Concordat cum *cap.* 1. & *cap. cum ecclesia*, *de immunit. eccles.* & *cap. decet*, *eod. tit. lib.* 6. ubi annullantur sententiæ, & processus facti in ecclesiis per judices sæculares.

(5) *De justicia.* Id est in causis sanguinis, ut subjicit, & habetur *in dict. cap. cum ecclesia*, & *cap. decet.*

(6) *Mercado.* Vide *in dict. cap. decet*, *de immunit. eccles. lib.* 6. & *in L. nemo*, secundum unum intellectum, *C. de sacrosanct. eccles.* & quod dicatur mercatum, & de significatione hujus verbi, vide textum, & ibi Angel. *in authent. ut de cætero commutationes non fiant*, *collat.* 5.

(7) *Soterrar los muertos.* Concordat cum *cap. præcipiendum*, & *cap. nullus*, 13. *quæst.* 2. *L.* 2. *C. de sacrosanct. eccles.* ubi Alber. assignat rationem, quia ecclesia est res sacra, & ideò usibus privatorum deputari non debet, & ideò etiam in civitatibus vetabantur corpora sepeliri, *L. antepenult. C. de relig. & sumptibus funer. L.* 2. *in fin. tit.* 13. *infrà ead. Partit.* & ita dicit Odofred. quem refert Alber. servari in Alemania, ubi sepeliunt extra civitatem cum epitaphio, seu subscriptione nominis defuncti. Contrarium videmus communiter fieri, & permitti videtur à jure canonico, ut habetur per Gloss. *in dict. cap. nullus*, & *in cap. cum gravia, ead. causa & quæst.* ubi bona glossa ponit rationes, quare potiùs homines sepeliuntur in ecclesia, quàm extrà. Hostiens. *in summ. de immunit. eccles.* §. *in quantum*, intelligit *dict. cap. nullus*, cum dicit, *fideles laici*, de fideli in dignitate constituto, Comite, Rege, vel Imperatore, & sic dicit servari de facto; Glossa tamen *in dict. cap. nullus*, intelligit de quolibet fideli laico, nisi decesserit in mortali, vel in torneamentis; & de consuetudine communiter videmus alios etiam non in dignitate constitutos in ecclesiis sepeliri.

(8) *En el Coro.* Concordat *cap.* 2. *de vita & honestat. cleric*, & Gloss. *in dict. L.* 2. *C. de sacrosanct. eccles.*

con mayor deuocion. Nin deuen los legos, nin las mugeres estar a derredor del Altar (9), nin llegar a el, quando dixeren la Missa; mas pueden estar por los otros logares de la Eglesia, los varones a vna parte, e las mugeres a otra. Otrosi ninguna muger non se deue llegar al Altar, nin seruir al Clerigo (10), mientra dixere la Missa, en ninguna cosa, nin estar a las Horas de las gradas del Altar adelante. Pero quando ouieren de comulgar, o fazer oracion, o ofrescer, bien se pueden llegar cerca del Altar. Otrosi non puede ninguno posar (11) en las casas de las Eglesias, que se tienen con ellas, e son suyas quitamente, en que guardan sus cosas. E avn sin estas, han otras franquezas las Eglesias; que las heredades que les fuessen dadas, o vendidas, o mandadas en testamento derechamente, maguer non fuessen apoderadas dellas, ganan el señorio (12) e el derecho, que a ellas auia aquel que las dio, o vendio, o mando; de manera que las puede demandar por suyas, a quien quier que las tenga: e este mismo preuillejo han tambien los Monesterios, e los Ospitales, e los otros logares religiosos, que son fechos a seruicio de Dios.

Ley 8. tit. 2. lib. 1. Recop.

L E Y II.

Quales omes puede amparar la Eglesia, e en que manera.

Ley 3. tit. 2. lib. 1. Rec. Ley 13. idem.

FRanqueza ha la Eglesia e su Cementerio en otras cosas, de mas de las que diximos en la ley ante desta: ca todo ome que fuyere a ella, por mal que ouiesse fecho (1), o por debda (2) que deuiesse, o por otra cosa qualquier, deue ser y amparado, e non lo deuen ende sacar por fuerça (3), nin matarlo, e nin dalle pena en el cuerpo ninguna, nin cercarlo (4) al derredor de la Eglesia, nin del Cementerio, nin vedar que non le den a comer, nin a beuer. E este amparamiento se entiende que deue ser fecho en ella, e en sus portales, e en su Cementerio (5); fueras en las cosas señaladas, que dize en la tercera ley despues desta: e aquel que es-

(9) *Del Altar.* Vide *in dict. cap.* 1.

(10) *Nin seruir al Clerigo.* Adde *cap.* 1. *de cohabitat. clericor. & mulier.* & *cap. sacratas*, & *cap. non licet*, 23. *dist.*

(11) *Posar.* Concordat cum *cap.* 1. *de immunit. eccles. cap. quiescamus*, 42. *dist.* & *L.* 1. *C. de Episcop. & cleric.* & *L.* 51. *tit.* 6. *suprà ead. Partit.* & vide leges regni, quas ibi allegavi, neque valeret consuetudo contra hoc, ut notat Innoc. Joan. Andr. & Abb. *in dict. cap.* 1. per textum ibi.

(12) *El señorio.* Concordat cum *L. fin. C. de sacrosanct. eccles.* & an transeat quasi dominium, seu publiciana? Speculat. *tit. de locat.* §. *nunc aliqua*, *versic.* 58. tenet, quod non, & idem tenet Bald. *in L. quotiens*, *colum.* 1. *C. de rei vindic.* quod procedit, quando auctor vendens vel donans, non haberet publicianam, ut quia fortè fuisset malæ fidei; secùs, si talis auctor haberet publicianam, nam tunc illa transiret ipso jure in ecclesiam, secundum Bald. *in dict. L. fin.* & ibi sequitur Jason. *colum.* 2. & Joan. de Imol. *in cap.* 2. *de consuetud.* & idem tenet Socin. *consil.* 61. *colum. penult.* & *fin. parte* 1. & satis hoc probatur ex ista lege Partitarum cum subdit, *e el derecho*, *&c.* Et intellige istam legem soluto pretio, vel habita fide de eo, alias non transiret dominium etiam in ecclesiam, Gloss. *in dict. L. fin. in* verbo *in rem*, & tenet ibi Bart. Gloss. & Bald. *in L. si ancillam*, *C. de action. empti*: an autem sit idem in permutatione? Bald. quòd non, *in L.* 1. *ad fin. C. de rerum permutatione*, contrarium tenet idem Bald. *in dict. L. fin.* ubi vide Jason. *colum.* 3. Item non procederet hoc in voto, si enim voveat aliquam rem quis in ecclesiam, non transfertur statim dominium, *L.* 2. & ibi Bart. *ff. de pollicitat.*

L E X II.

Confugiens ad ecclesiam, seu ad ejus porticum vel cœmeterium, pro maleficio, vel debito aliave causa, non est inde per vim extrahendus, nec corporaliter plectendus, nec ambitus ecclesiæ, etiam cœmeterii circundandus est, nec fugienti victualia deneganda, sed à clericis alatur, & custodiatur. Præstita tamen cautione fidejussoria, vel juratoria de impunitate, vita & membris salvandis, ad emendam pecuniariam, poterit inde extrahi. Et si pro maleficio non habeat, unde solvat, serviet creditori ad tempus condignum. Pro debito autem sine maleficio non serviet, nec carcerabitur, sed præstabit cautionem de solvendo. Hoc dicit.

(1) *Por mal que ouiesse fecho.* Limita in casibus, de quibus infrà *eod. L.* 4. & adde *cap. reos*, 23. *quæst.* 5. & *L. præsenti*, *C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt*, & *cap. inter alia*, *de immunit. eccles.*

(2) *Por debda.* Si debitor confugiens, volens evitare litigium, recipitur ab ecclesia, neque ei (ex quo est intra fines ecclesiæ) est aliqua violentia inferenda; est tamen intra fines repræsentandus judici, ut possit defendere per se, vel per alium, sicuti elegerit, alias contra ipsum proceditur, & distrahuntur bona, si qua habet, *dict. L. præsenti*, §. 1. & 2. & vide *in authent. de mandat. Princ.* §. *sed neque.* Inspecto tamen jure municipali, seu lege Fori, quæ servatur in regno, secundum quod liber homo capitur pro debito, & traditur in servitium creditoris, debet debitor extrahi, si fugeret ad ecclesiam, ut tradit Oldrad. *consil.* 54. sequuntur Anton. & Abb. *in cap. inter alia*, *de immunit. eccles.* ubi Abb. *colum.* 7. & vide *L.* 15. *tit. fin. lib.* 3. *For. LL.* ut tamen attestatur Roderic. Suarez *in comment. dictæ L.* 2. *tit. de los Gouiernos*, *lib.* 3. *For. LL.* vers. *quintò quæritur*, istud dictum Abb. non servatur in practica: imò contrarium semper vidit obtentum, & servatum, & ibi allegat pro singulari istam legem Partitarum. Sed quæro si sacerdos non custodiat talem debitorem fugientem, qui debet extrahi, an teneatur ipse solvere debitum? Textus *in cap. diffinivit*, 17. *quæst.* 4. videtur velle, quòd sic, & procedet quando sacerdos videret, quòd esset ille tradendus, & noluit; quia tunc est quid sibi imputetur, ut declarat ibi Archid. & Oldrad. *in dict. consil.* 54. & vide infrà *eod. in L.* 3. *ad fin.* & procedet, quod in ista lege habetur, etiam si sit debitor tributorum Principis, non obstante eo, quod habetur *in* §. *publicorum*, *in authent. de mandat. Princ.* quia non procedit de jure Canonico, secundum Abb. *in dict. cap. inter alia.*

(3) *Por fuerza.* Vide in dictis juribus in prima glossa allegatis, & *cap. sicut antiquitùs*, 17. *quæst.* 4. & *in dict. cap. diffinivit.*

(4) *Cercarlo.* Adde *dict. L. præsenti*, & *dict. cap. diffinivit*, & videtur intelligendum, ita quòd fugienti victus aut requies denegaretur, ut in dictis juribus; nam ponere custodes, ut capiatur, si exeat ecclesiam, non videtur prohibitum.

(5) *En sus portales, e en su Cementerio.* Nota, quòd non dicit de illis triginta vel quadraginta passibus, de quibus *in cap. sicut antiquitus*, & *cap. frater*, 17. *quæst.* 4. fortè, quia non est in consuetudine observantia illorum passuum; & statuti fuerunt isti passus, ut ad requisitum naturæ usum debitis exeat locis, ut *in dict. cap. diffinivit*, & dicit Hostiens. *in summ. de immunit. eccles.* vers. *in quantum*, *colum.* 2. quòd hodiè de facto hæc immuni-

estouiere encerrado, los Clerigos le deuen dar a comer (6), e a beuer, e guardarlo, quanto pudieren, que non resciba muerte, nin daño en el cuerpo; e los que lo quisieren ende sacar, por auer derecho (7) del mal que fizo, si dieren segurança, e fiadores (8) a los Clerigos, que non le fagan mal ninguno en el cuerpo; o si non los pudieren dar, que juren esso mismo, seyendo a tales omes de que sospechassen que guardarian su jura; e estonce lo pueden sacar de la Eglesia, para fazer del fecho enmienda, segund las leyes mandan (9); o si non ouiere de que pechar el mal fecho, que sirua (10) tanto por ella, quanto tiempo mandare el Judgador, e touiere por bien, segund fuere la razon. Mas por el debdo (11) que deuiesse, non deue seruir, nin ser preso de ninguno, pero deue dar segurança, la mayor que pudiere, que quando ouiere alguna cosa, que pague lo que deue.

LEY III.

Que derecho es, quando sieruo de alguno fuye a la Eglesia.

Sieruo (1) de alguno fuyendo a la Eglesia sin mandado de su Señor, deue ser amparado en ella, segund dize la ley ante desta. Pero si el Señor diesse fiadores, e jurasse que non le fiziesse mal ninguno, deuenlo los Clerigos sacar de la Eglesia, maguer el non quisiesse salir, e dargelo (2); e si los Clerigos non lo quisiessen fazer, puedelo sacar el Señor sin caloña ninguna, e lleuarlo. Mas si los Clerigos lo amparassen despues de la segurança, ellos son tenudos de pechar el menoscabo del seruicio, que recibio el Señor, por- *Ley 3. tit. 2. lib. 1. Recop.*

tas passuum in locis compluribus est usurpata, & idem Hostiens. *in summ. de sepult. in* §. *quod jus funerandi* dicit, quòd hæc immunitas tantum extenditur, quantum cœmeterium est per Episcopum limitatum.

(6) *A comer.* Adde Gloss. *in cap. diffinivit*, 17. *quæst.* 4. Archidiaconus tamen ibi post Hugon. distinxit, quòd, aut habet proprium, & facient sibi expensas de rebus suis; & si non habent, debent laborare manibus & victum quærere; aut neutrum possunt, & tunc ecclesia eis, tanquàm pauperibus providebit: & hoc placet Abb. *in dict. cap. inter alia*, *colum. penult.* & si habet proprium, & illo uti non potest, & ecclesia illi subvenerit, tenetur ad restitutionem, ubi sua poterit rehabere, secundum Sylvest. *in summ. in* verbo *immunitas*, la 3. vers. *quintò quæritur*, argumento eorum, quæ dicit S. Thom. *quodlib.* 5. *argum.* 17.

(7) *Por auer derecho.* Quoad satisfactionem pecuniariam intellige, ut notat Gloss. *in cap. reum*, 17. *quæst.* 4. unde hoc sumptum est, nam ex quo reus fugit ad ecclesiam, perpetuam securitatem consequitur, ne damnetur pœna corporali, etiam si exeat post ecclesiam, Gloss. *in dict. cap. reum*, & ibi tenet Archidiac. & hæc est communis sententia Glossæ & Doctor *in dict. cap. inter alia*, ubi Doctores volunt, quòd civiliter possit cum illis agi; accusari verò etiam processu temporis non possunt, aliàs modica esset hæc immunitas ecclesiæ. Abb. tamen *in dict. cap. inter alia*, *colum.* 2. vers. *quæro*, *quia textus dicit*, tenet quòd civiliter & criminaliter possit cum istis agi, etiam dùm existunt in ecclesia, dummodò non consequantur pœnam corporis afflictivam, movetur per textum *in dict. cap. inter alia*, cùm dicit, *aliàs sunt legitimè puniendi*, & vide ibidem per Abb. qualiter mandabitur executioni ista pœna citra corporalem, & dicit etiam ibi Host. quòd contra ista delinquunt Principes, & Prælati: Principes, quia si fugiens ad ecclesiam ponit pedem extra ecclesiam, statim eum capi faciunt, & si non exit, tenent obsessum, denegando victualia, & quidquid mali facere possunt, faciunt contra illos, contra Canones & contra *dict. L. præsenti.* Prælati verò in hoc delinquunt, quia quantumcunque gravia fugiens commiserit, ipsum tamen servare in totum nituntur, ita quòd nullam pœnam pecuniariam patiatur, contra id quod habetur *in dict. cap. inter alia*, & contra justitiam; & ideo optabat Host. quòd in hoc & in aliis utrique suis terminis essent contenti. Sed adverte pro intellectu, nam Doctores non benè declarant; non enim intelligas indistinctè, quòd ex eo solo quòd quis confugit ad ecclesiam, licèt posteà exeat, liber sit à pœna corporali, sed quòd hoc tantùm procedat, quando immunitas à tali pœna fuit impetrata, & procurata ab ecclesia seu rectoribus ecclesiæ, data cautione juratoria vel fidejussoria à judice sæculari; tunc enim liberatus erit à pœna corporali, non solùm coram illo judice, qui cavit, verùm coram quocunque alio, & sic loquitur Gloss. *dict. cap. reum*, & ita loquuntur jura in hoc disponentia, scilicet *dict. cap. reum*, & *cap. id constituimus*, 17. *quæst.* 4. & *dict. cap. inter alia.* Si verò reus fugiens, exeat ecclesiam ante promissam istam securitatem, si capiatur extra ecclesiam, puniri poterit, & condemnari pœna etiam corporali, neque videtur in hoc aliquod jus contradicere; & tene menti istam declarationem, quæ videtur juridica, licèt non viderim aliquem Doctorem ita declarantem; imò, ita generaliter loquuntur, & velle videntur, quòd ex sola fuga in ecclesiam consequantur liberationem à pœna corporali. Adverte etiam, quia ex prædictis videtur intelligendum & limitandum, quod notat Jacob de Bello Viso per textum ibi *in authent. de mandat. Princ.* §. *sed neque*, *collat.* 3. quòd si judex præstat securitatem malefactori in ecclesia existenti, ut ab ecclesia exeat, quòd etsi posteà eum puniat, licitè agit; nam debet intelligi ita, quòd puniat alia pœna, quam corporis afflictiva.

(8) *Fiadores.* Ex dictis Innoc. sumptum est *in dict. cap. inter alia*, ubi Abb. *colum.* 2. dicit illud notandum, & declarat benè ista lex.

(9) *Mandan.* Ita quòd non puniatur pœna corporis afflictiva, ut suprà dictum est.

(10) *Sirua.* Concordat cum *cap. de raptoribus*, 36. *quæst.* 1. & cum glossa *in dict. cap. reum*, 17. *quæst.* 4.

(11) *Debdo* Concordat cum *L. ob æs*, *C. de action. & oblig.* sed jure hujus regni dic, ut *in allegata L. Fori*, & dixi *in gloss.* 2. *suprà*, *ista L.* & *in L.* 3. *tit.* 13. 5. *Partit.* ubi allegavi leges regni in hoc disponentes.

LEX III.

Servus ad ecclesiam confugiens domino caventi restituetur, quòd si clerici eum restituere nolint, dominus extrahet eum impunè: & si post cautionem clericis recusantibus fugiet, tenentur ipsi ad pretium servi, & si non fugiat, ad servitii extimationem: & cautionem prædictam (de qua hìc, & lege superiori) non servans, est perjurus, & excommunicabitur. Si verò debitor fugiat metu creditoris ab ecclesia, quia creditor eum minabatur, nec volebat componere, sed plus debito petebat, nihil petere poterit à clericis. Hoc dicit.

(1) *Sieruo.* Cordat cum *L. præsenti*, §. *sanè si servus*, *C. de his qui ad ecclesiam confug.* & cum *cap. metuentes*, 17. *quæst.* 4. & *cap. inter alia*, *vers. fin. de immunit. eccles.*

(2) *Dargelo.* Si servus fugit ad ecclesiam propter magnam attrocitatem domini, qui ad mortem ejus satagit, tunc non reditur dominio, sicùt hìc dicitur, sed habet locum §. *fin. Instit. de his*, *qui sunt sui*, *vel alien. jur.* & *L.* 3. *tit.* 5. *Part.* 5. Si verò fugiat propter modicam sævitiam, habet locum, quod hìc dicitur, & in *dict. cap. inter alia*, & idem si fugiat propter leve delictum, quod commisit contra dominum, quia fortè subripuit unam mensuram vini, vel quid simile; si tamen fugiat propter aliud delictum, & si timet ob hoc puniri à domino, & non ab alio, procedet etiam quod hìc habetur; si tamen timeat puniri ab alio, veluti judice, tunc idem est dicendum in servo, quod in libero homine: ita declarat Abb. *in dict. cap. inter alia*, *colum.* 7. post Cynum *in dict. L. præsenti.*

porque non gelo dieron; e si se fuyere, deuengelo pechar (3). Pero el debdor que se entrasse en la Eglesia, por miedo de la debda que deuiesse, si aquel a quien la deuiesse, non se quisiesse componer con el, demandandole mas de lo que le auia de dar (4), e amenazandole, e por este miedo se fuyesse de la Eglesia, non ha porque lo demandar a los Clerigos. E si por auentura alguno de aquellos que dieren segurança por su jura, viniessen contra ella, faziendole algun mal en el cuerpo, caeria en perjuro el que lo fiziesse, e demas manda Santa Eglesia (5), que lo descomulguen por ello.

LEY IIII.

Quales omes non se pueden en la Eglesia amparar.

AMparamiento, e segurança deuen auer los que fuyeren (1) a la Eglesia (2) segund dize en la ley ante desta; pero omes y a que non deuen ser amparados en ella, ante los pueden sacar della sin caloña alguna, assi como los ladrones manifiestos (3), que tienen los caminos e las carreras, e matan los omes, e los roban. Otrosi los que andan de noche, quemando o destruyendo de otra manera las mieses (4), e las viñas, e los arboles, e los cam-

Ley 3. tit. 2. lib. 1. Recop.

(3) *Pechar.* Adde *dict. cap. diffinivit*, 17. *quæst.* 4.

(4) *Mas lo que le auia de dar.* Concordat cum *cap. id constituimus*, 17. *quæst.* 4.

(5) *Santa Eglesia.* Vide *in cap. diffinivit.* 17. *quæst.* 4.

LEX IIII.

Publicus latro, & nocturnus agrorum depopulator, & qui sub spe immunitatis in ecclesia, vel ejus cœmeterio delinquit, occidendo vel percutiendo, & incendarius, vel fractor ecclesiæ non gaudent immunitate, alii autem sic: & si inde extrahuntur, sunt ecclesiæ restituendi, & extrahens sacrilegium committit, & est excommunicandus, donec ecclesiæ satisfaciat de offensa. Hoc dicit.

(1) *Los que fuyeren.* Etsi sit Judæus, vel Paganus, secundum Gloss. Hostiens. & Innoc. *in dict. cap. inter alia*, & probat *L.* 2. *suprà eod.* cùm dicit: *Todo ome*; Glossa tamen *in L.* 1. *C. de his, qui ad eccles. confug.* tenet, quòd Judæus non gaudeat, & illam glossam dicit veriorem Abbas *in dict. cap. inter alia*, & prima opinio placet Sylvestro *in summ. in* verbo *immunitas*, el 3. vers. *tertiò quæritur*, ubi idem dicit de excommunicato, vel hæretico, quantum ad maleficia alia ab hæresi; Glossa tamen *in auth. de mandat. Princ.* §. *sed neque, collat.* 3. contrarium voluit in hæretico, movetur per textum *in dicta L.* 1. quam glossam allegat Doctor de Villadiego *in suo tractatu, de hæretica pravitate, quæst.* 11. ubi ipse tenet, quòd hæreticus non gaudeat hac immunitate; sed potest intelligi, quoad delictum hæresis, ut & intelligit Sylvester: clerici & religiosi hac immunitate non gaudent, secundum Abb. *in dict. cap. inter alia*, quem vide *colum.* 3. vers. *secundò principaliter.* Item, & carceratus justè, si dimittatur sub juramento redeundi ad carceres, gaudebit hac immunitate, quoad hoc ut sibi caveatur de immunitate mortis vel mutilationis, secundum Albericum *in L.* 2. *C. de his, qui ad eccles. confug.* ubi allegat Bart. Brixien. *in quæst.* 37. incipit, *carceratus quidam*, & Archid. *in cap. cum homo*, 23. *quæst.* 5. & quæstionem Bart. Brixiensis ponit Montal. referens ejus verba *in L.* 2. *tit.* 12. *lib.* 2. *For. LL.* & vide per Joan. Andr. *in additione* ad Speculat. *tit. de jurejurand.* Bart. *in L. relegati, ff. de pœnis.*

(2) *A la Eglesia.* Etiamsi non sit consecrata, ut *in cap. de consecr. eccles. vel altar.* & *in cap. ecclesiæ, de immunit. eccles.* & licèt ecclesia sit interdicta, secundum Abbatem post alios *in dict. cap. ecclesiæ*; & similiter gaudent Hospitalia, & Oratoria, si sunt Episcopi auctoritate fundata, secundum Hostiens. & Abb. *in dict. cap. ecclesiæ*, Archid. *in cap. diffinivit*, 17. *quæst.* 4. Bald. *in L. si quis ad declinandam, colum.* 13. *C. de Episcopis & cleric.* Privata verò Oratoria, vel Hospitalia non gaudent, vide Gloss. *in cap. quidam*, 18. *quæst.* 2. & Bald. *ubi suprà*, & vide per Abb. *in cap. officii, de testam.* & per Rochum *in tractatu, de jure patron. chart.* 18. & 19. & Francis. Balb. *in tractatu, præscrip. chart.* 41. *colum.* 2. & an si Episcopus in Hospitali exercuit unum jus Episcopale, an ex hoc præsumatur Episcopi auctoritate fundatum? Vide per Abb. *in cap.* 1. *de religios. domib.* Item monasterium seu domus religiosa gaudet ista immunitate, Archid. *in dict. cap. diffinivit*, vide per Felin. *in cap. de quarta, colum.* 4. *de præscrip.* & per Archiepiscopum Florent. *in summa*, 3. *part. cap.* 12. Item & palatium Episcopi licèt sit extra triginta passus ecclesiæ, Glossa *in cap. constituimus*, 17. *quæst.* 4. tenet Abb. *in cap. eclessiæ*, & Hostiens. *in summ. de immunit. eccles.* §. *in quantum, colum.* 2. *ad fin.* Item, si dùm quis fugit ad ecclesiam, obviaverit sacerdoti corpus Christi deferenti, gaudet hac immunitate, secundum Hostiens. *in dict.* §. *inquantum, colum.* 3. dicens, quòd licèt hoc non sit in jure expressum, quilibet catholicus facere hoc debet, sicut probat fides mulieris fluxum sanguinis patientis, & dicentis: *Si tetigero tantum fimbriam vestimenti ejus, salva ero.* Et ait Jesus: *Confide filia, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier in illa hora.* Matth. *cap.* 9. *v.* 21. & 22. vide ibi per Hostiens. Si tamen corpus Christi detur judicato ad mortem, non gaudet hac immunitate, ut tradit Glossa assignans in hoc rationes *in cap. quæsitum*, 13. *quæst.* 2. assignat etiam Hostiens. *ubi suprà*, ubi dicit quòd in tali mors est differenda per illum diem, & fortè per tres vel quatuor dies, allegat in argum. *cap. omnis homo*, & *cap. tribus gradibus, de consecr. dist.* 2.

(3) *Ladrones manifiestos.* Concordat cum *cap. sicut antiquitùs*, 17. *quæst.* 4. & *cap. inter alia, de immunit. eccles.* & declarat ista lex, qui sint isti. Abb. etiam *in dicto cap. inter alia, ultim. notab.* dicit, quòd publicus latro dicitur, qui palàm & publicè furatur, ut sunt isti piratæ, vel qui publicè stant in stratis, vel isti habentes arcem vel castrum & disrobant homines transeuntes, & vide *in* §. *publici latrones, de pace tenenda, & ejus violat.* an autem, sufficiat ad extrahendum eum de ecclesia, probare esse famosum, & publicum latronem, quia publicè sic dicitur, quòd disrobabat in sylvis homines, de disrobatione tamen non constat? Andr. de Isern. *in dicto* §. *publici latrones*, vult quòd hoc sufficiat ad hoc, ut possit torqueri, *L. de minore*, §. *fin. ff. de quæst.* & quòd non audiatur appellans, *L. constitutiones, ff. de appellat.* ad aliud vult, quòd non sufficiat, quia in criminibus probationes debent esse luce clariores; & idem videtur quòd ad extrahendum de ecclesia debet liquidò probari.

(4) *Las miesses.* Hic dicitur nocturnus depopulator agrorum, de quo *in dicto cap. inter alia*, & est expositio quæ hìc ponitur illa, quam ponit Hostiens. *eod. tit. in summa*, §. *in quantum, column.* 2. Innocentius verò *in dicto cap. inter alia* exponit, eo quòd in nocte segetes destruit, dùm ibi se abscondit, vel latet, vel propter homicidia, vel rapinas, quas facit in strata, comburit & destruit agros eorum, qui eis non serviunt: vel secundum Abbatem intelligitur ille, qui clàm, vel noctu disrobat in stratis. Si ergò non in stratis publicis hoc facerent, immunitate gauderent: dicit tamen Innocent. ibi, quòd posset dici, quòd quicumque insidiosè offendit, hoc privilegio non gaudet; qui autem non insidiosè, sed ex impetu, aut casu fortuito, semper immunitate gaudet: & quòd ideò illa Decretalis inter alia de his duobus generibus hominum mentionem fecit, quia de his semper præsumitur, quòd insidiosè fecerint. Vult ergò Innocentius, & post eum Joann. Andr. quòd delinquens insidiosè, & ex proposito in quocumque genere delicti, immunitate non gaudeat, quod Abb. reprobat ibi *column.* 7. dicens, esse contra notata per eumdem Joan. Andr. *in cap.* 1. *de homicid.* & contra *cap. fin. de immunit. eccles.* inducendo illud per locum ab speciali: & ratio quare jura magis exasperant in his latronibus, quàm in aliis; quia illi sunt deteriores, & inte-

campos, e los que matan, o firieren en la Eglesia (5), o en el Cementerio, enfiuziandose (6) de ampararse en ella, o a los que la queman, o la quebrantan (7). A todos los otros defiende (8) Santa Eglesia, que ninguno les faga mal, segund que de suso es dicho. E qualquier que contra esto fiziesse, faria sacrilejo, e deuenlo descomulgar (9), fasta que venga a enmienda dello, porque non guardo a Santa Eglesia la honrra que deuia. E si forço ome, o muger, o otra cosa, sacandolo de la Eglesia, deuelo y tornar sin daño, e sin menoscabo ninguno.

LEY V.

Quales omes manda el derecho de las leyes antiguas sacar de la Eglesia.

Ley 3. tit. 2. lib. 1. Recop.

YErros muy grandes fazen los omes a las vegadas, sin los que dize en la ley ante desta, porque han de foyr a las Eglesias, temiendo de pena. E por esto mando el Derecho de las leyes antiguas (1), que los saquen dellas sin caloña ninguna; assi como los traydores conoscidos, e los que matan a otro a tuerto, e los adulteradores, e los que fuerçan virgines, e los que tienen de dar cuenta a los Emperadores, e a los Reyes, de sus tributos (2) o de sus pechos. Ca non seria cosa razonable, que tales malfechores como estos amparasse la Eglesia, que es casa de Dios, donde se deue la justicia guardar mas complidamente, que en otro logar; e porque seria contra lo que dixo (3) nuestro Señor IESV Christo por ella: Que la su casa era llamada casa de Oracion, e non deue ser fecha cueua de ladrones.

TITULO XII.

De los Monesterios, e de sus Eglesias, e de las otras Casas de Religion.

ARredrandose los omes de las cosas deste mundo (1), touieron los Santos Padres, que era carrera, por que mas desembargadamente se podrian allegar a ganar el amor de Dios, e por esso ouo y algunos dellos, que escojeron sus moradas en los montes (2) yermos, e otros cerca de

rest illos puniri plurimùm, quàm alios malefactores, cum pluribus plura exitia cogitent, quàm alii: & ista dicta Abb. notanda, ac diligenter advertenda censeo, quibus & videtur assentire lex ista Partitarum.

(5) *En la Eglesia.* Concordat cum *cap. fin. de immunit. eccles.* & licèt hìc tantùm dicat de occidente vel percutiente in ecclesia, idem dicas in aliis enormibus criminibus in ecclesia commissis, secundum Abbatem ibi; & adde Glossam de commitente furtum vel sacrilegium in ecclesia *in cap. frater*, 17. *quæst.* 4. & idem dicit Hostiens. *in dict.* §. *in quantum*, si commisit delictum prope ecclesiam, intendens per ecclesiam liberari, aliàs non commissurus, ut si interfecit hominem in cœmenterio prope ecclesiam, & intravit ecclesiam in continenti; nam talem non defendit ecclesia.

(6) *Enfiuziandose.* Hoc in dubio præsumitur, secundum Hostiens. *in dicto cap. fin.* si tamen contrarium appareret, ut quia ex verbis noviter ortis homicidium secutum est, tunc gauderet immunitate, secundum eum; & videtur hoc rectè dictum, licèt Abb. ibi velit contrarium, imò quòd & tunc detrahatur; & dictum Hostiens. dicit verius Sylvester *in summa*, *in* verbo *immunitas*, la 3. vers. *secundò quæritur.*

(7) *A los que la queman, o la quebrantan.* Concordat cum *cap. frater*, & *cap. ad Episcopos*, 17. *quæst.* 4. & probatur hìc, dispositionem *dict. cap. fin. eod. tit.* habere locum in enormibus criminibus in ecclesia commissis, de quo dixi suprà.

(8) *Defiende.* Ergò defendet occidentem proditoriè seu per insidias extra casus suprà enumeratos: quod & fuit de mente Hostiens. *in dict.* §. *in quantum*, & tenet in terminis Abb. *in dict. cap. inter alia*, *columin.* 6. motus per textum *in cap. fin. eod. tit.* per locum ab speciali, & Joan. And. & Abb. *in cap.* 1. *de homicid.* exponens illum textum aliter, ut non intendat de evulsione ab ecclesia, neque de morte naturali, quæ certè sunt expositiones extraneæ. Hodiè verò de consuetudine servatur in Regno dispositio illius *cap.* 1. ad litteram intelligendo, prout aliqui Doctores voluerunt, quòd intelligatur; de quo videas ibi per Joannem de Anna. & Felin. per Montal. *in L. fin. tit.* 5. *lib.* 1. *For. LL.*

(9) *Deuenlo descomulgar.* Adde *cap. miror*, & *cap. si quis contumax*, & *cap. quisquis*, 17. *quæst.* 4. ex quibus patet, quòd debet violator excommunicari, & condemnari pecuniariter; & imponi sibi publica pœnitentia, neque restitui communioni, nisi restituat extractum; de jure civili puniebatur, ut *in L. præsenti*, *C. de his*, *qui ad ecclesiam confugiunt*, & adde quæ notat Abb. *in dict. cap. inter alia*, *colum. antepenult.* vers. *nunc quæro*, post Bart. *in dicta L. præsenti.*

LEX V.

Secundum leges antiquas non gaudebant immunitate ecclesiæ proditores manifesti, homicidæ, adulteri, raptores virginum, & Principis ratiociniis ob exactiones tributorum obligati. Hoc dicit.

(1) *Leyes antiguas.* Vide *in authent. de mandatis Princip.* §. *quod si delinquentes*, vers. *neque*, *collat.* 3. illa tamen lex abrogata est de jure Canonico, secundum Gloss. & Abb. & communem opinionem Doctorum *in dicto cap. inter alia*, ubi Abb. 4. 5. &. 6. *columna.*

(2) *De sus tributos.* Vide *in dict. authent.* & vide quod dixi suprà *eod. in L.* 2. *in gloss. in* verbo *Por debda.*

(3) *Dixo.* Matthæi 21. *v.* 13.

TITULUS XII. DE RELIGIOS. DOMIB.

(1) *De las cosas deste mundo.* Dixit Simon Petrus ad Jesum: *Ecce nos reliquibus omnia, & secuti sumus te*, Matthæi *cap.* 19. *v.* 27. Super quibus verbis dicit S. Bernardus *in declamationibus*: Omnia sanè dixerim, non tantùm possessiones, sed etiam cupiditates, & eas maximè, plus enim concupiscentia mundi, quàm substantia nocet; & hæc fugiendarum causa divitiarum præcipua est, quòd aut vix, aut nunquam sine amore valeant possideri. Limosa siquidem & glutinosa nimis, non modo exterior, verum etiam interior substantia nostra videtur, & facilè cor humanum omnibus quæ frequentat, adhæret.

(2) *En los montes.* Invenimus eum in campis sylvæ, *Psalm.* 131. *v.* 6: & pinguescent speciosa deserti, *Psalm.* 64. *v.* 13: & quando Adam solus erat, non est prævaricatus, quia mens ejus adhærebat Deo, *cap. quando Adam, de pœnit. dist.* 2. Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine *Psalm.* 54. *v.* 8. Spiritus Sanctus non libenter habitat, ubi turbæ, & frequentia, & dissensiones, & rixæ, sed propriè sedem habet solitudinem, Chrisost. super *Matth.* Et non primus Scipio scivit tunc solus non esse, cùm solus esset, neque minus otiosus, quàm cùm otiosus esset, Abros. *lib.* 5. *officio. cap.* 1. & quod dicit *epistola* 41. & ideò dicit Glos. *in cap. luminoso*, 18. *quæst.* 2. quòd monasteria potiùs sunt ædificanda in solitudine, quàm in urbibus; & vide *in cap. si cupis*, ubi etiam Gloss. 16. *quæst.* 1.

de poblado, pero apartadamente; tales logares como estos, de qualquier natura que sean, son llamados Monesterios, o Casas de Religion, porque estan los omes en buena deuocion, e en cuydado siempre de seruir a Dios, mas que de otra cosa. E pues que en el titulo ante deste fablamos de los Priuilegios, e de las franquezas que han las Eglesias, conuiene a dezir en este, de los otros logares que son de Religion. E mostrar, a quales logares llaman religiosos, e por cuyo mandado los deuen fazer. E a quien deuen obedescer, e en que cosas. E despues que fueren fechos, si los pueden toller los omes de aquel seruicio, e seruirse dellos, como de otras cosas que fuessen suyas propias. E los que moraren en algunos logares destos sobredichos, segund qual Orden deuen beuir. E que derecho deuen auer los Religiosos en las Eglesias que tienen.

LEY I.

Quales logares son llamados Religiosos, e por cuyo mandado deuen ser fechos.

CAsas de Religion (1) son dichas las Hermitas, e los Monesterios de las Ordenes, e de las Eglesias, e los Ospitales, e las aluerguerias, e todos los otros logares, que señaladamente fazen los omes a seruicio de Dios, en qualquier nome que ayan; e avn los Oratorios que fazen en sus casas con otorgamiento de sus Obispos. Pero departimiento ay entre todos estos logares sobredichos: ca los vnos son llamados religiosos e sagrados; assi como los que son fechos con otorgamiento del Obispo, quier sean Eglesias, quier Monesterios, o otros logares, que sean fechos señaladamente para seruicio de Dios: e los otros son llamados tan solamente religiosos; assi como los Ospitales (2), e las aluerguerias que fazen los omes, para rescebir los pobres, e las otras casas, que son fechas, para fazer en ellas cosas e obras de piedad.

LEY II.

A quien deuen obedescer los logares religiosos, e en que cosas.

OBedescer deuen los Monesterios, e los otros logares religiosos, a los Obispos en cuyos Obispados fueren, e señaladamente en estas cosas (1): como en poner Clerigos (2) en las Eglesias, e en las Capillas que son fuera del Monesterio, e en tollergelas, quando fizieren porque; e en castigar (3) los malfechores; e en ordenar (4), e en consagrar las Iglesias (5) e los altares; e en dar la Crisma, e penitencias, e otros Sacramentos (6); e en judgarlos (7) en las cosas que les ouieren de ser demandadas en juyzio. E todas estas cosas sobredichas son llamadas, de la ley de la jurisdicion, que quiere tanto dezir, como señalados derechos que han de dar, e de fazer a los Obispos en sus Obispados. Mas en otras cosas, que pertenescen al de-

LEX I.

Religiosa loca dicuntur Monasteria, Heremitæ, Ecclesiæ, Hospitalia, & alia loca ad servitium Dei facta. Item & Oratoria licentia Episcopi facta, & loca alia ad opera pietatis constructa, quorum aliqua, ut ecclesiæ, monasteria, vel alia loca ad cultum Dei, de auctoritate Episcopi sunt etiam sacra. Hoc dicit.

(1) *De Religion.* Religiosus locus, & sacer, habent se tamquàm genus, & species; transit enim à nomine speciali, & dicitur sacer, quando dedicatur ab Episcopo, & remanet in generali, quòd dicitur religiosus locus; ergò sacer religiosus est, sed non convertitur, Hostiens. *in summa, de religios. domib.* & hìc.

(2) *Ospitales.* Quando auctoritate Episcopi sunt fundata, intellige, & vide *in cap. ad hæc de religios. domib.* aliàs non reputantur loca religiosa, ut de corpore ecclesiæ intelligantur: & quando Hospitale non fuit constructum auctoritate Episcopi, dominus potest pœnitere quandocumque vult, Bald. *in L. orphanotrophos, C. de Episcop. & cleric.* neque relicta tali Hospitali acquiruntur sibi, sed Episcopus distribuet inter pauperes, Bald. notabiliter *in authent. hoc jus porrectum, col.* 2. *C. de sacrosanct. Eccles.* & vide per eum *in dict. L. orphanotrophos*, vers. *quæro utrum lex*, neque censetur tunc esse venerabilis, & pius locus, ut tradit Alexand. 1. *vol. consil.* 120. *super eo quod quæritur, vol.* 2. vers. *posset etiam responderi.*

LEX II.

Monasteria subsunt Episcopis quoad legem jurisdictionis, quæ consistit in clericorum institutione & destitutione, correctione, reformatione, ordinum collatione, ecclesiarum & altarium consecratione, sacramentorum, quæ ab Episcopo sunt recipienda, perceptione, jurisdictione omnium causarum ad ecclesiasticum forum spectantium: in his verò, quæ spectant ad legem diœcesanam, sicut ad Synodum vocatio, seu ad sepulturas vel exequias mortuorum, ad processiones, quæ Episcopo præsente fiunt, cathedratici solutio, quarta funeralium, tertia, vel quarta decimarum, hospitium, exempta sunt monasteria, præter procurationem ratione visitationis, & obedientiam, & subjectionem in ecclesiis seu capellis parochialibus ad monasterium spectantibus, privilegio exemptionis cessante. Si tamen in constructione Monasterii aliquid fuit statutum, quod daretur Episcopo, vel ex antiqua consuetudine aliquod servitium debetur, servandum est pactum, & talis consuetudo. Hoc dicit.

(1) *En estas cosas.* Ortum habet ista lex à notatis per Gloss. 10. *quæst.* 1. *in summa*, & *in cap. Eleutherius*, 18. *quæst.* 2. & per Gloss. *in cap. dilectus, de offic. ordinar.* Monasteria ergò de jure communi sunt exempta à lege diœcesana, non a lege jurisdictionis, *cap. inter cætera*, 10. *quæst.* 3. *cap. quam sit*, 18. *quæst.* 2. *dict. cap. dilectus*, ubi Gloss. & vide de istis per Innocent. *in cap.* 1. *de statu monach.* & primò proponit hìc de his, quæ sunt de lege jurisdictionis: secundò, de his quæ sunt de lege diœcesana.

(2) *Poner Clerigos.* Institutio, & destitutio in omnibus ecclesiis diœcesis pertinet ad Episcopum de jure communi, *cap. conquerente, de offic. ordin.* & hìc, & *cap. omnes basilicæ*, 16. *quæst.* 7. vide per Abb. *in dict. capit. conquerente*, vers. 4. *tenentur.*

(3) *Castigar.* Adde *cap.* 1. & *cap. irrefragabili, de offic. ordin.* & *cap. licet.*

(4) *Ordenar.* Adde 9. *q.* 2. *per totum*, & *cap. nullus, de paroch.*

(5) *Consagrar las Eglesias.* De *consecr. ecles. vel altar. per totum*, & vide *in cap. veniens, de præscript.*

(6) *Sacramentos.* Adde *dict. cap. conquerente.*

(7) *Judgarlos.* Adde *dict. cap. conquerente.*

derecho de la ley diocesana, que quiere dezir, derecho que ha de auer el Obispo de los Clerigos de su Obispado, que son estos: Que deuen venir quando los llamaren a Synodo (8), e soterrar los muertos (9), e fazer procession (10) seyendo el Perlado en el logar; e en darle Catedratico (11) cada año, que es dos sueldos (12) de la moneda mas comunal, que andouiere en la tierra; e la tercera, o la quarta parte de las mandas que los omes fazen a los Clerigos a sus finamientos (13), segund que es costumbre (14) de cada logar, e otrosi en darle la tercera, o la quarta parte de los diezmos (15), o procuracion: e posada (16), que quiere tanto dezir, como darle la despensa: de todas estas cosas son quitos e libres los Monesterios, fueras ende en la procuracion (17), que les deuen dar, quando los visitare. Pero si algunos Monesterios ouiessen Eglesias Parrochiales (18), tenudos son (19) de obedescer a su Obispo, tambien en los derechos de la ley diocesana, como en los de la jurisdicion; fueras ende si el Monesterio con todas sus Eglesias fuesse esento por preuillejo que les ouiesse dado el Papa. E maguer los Monesterios sean quitos de los Obispos de la ley diocesana segund de suso es dicho, si quando los fizieron de nueuo, fue puesta condicion, (20), que les diessen alguna cosa señaladamente, tenudos son de lo complir. Esso mismo deuen fazer, si fuere, o fuesse costumbre (21) vsada de luengo tiempo, de les fazer algun seruicio señalado

LEY III.

De las cosas que son dadas al seruicio de Dios, que non las deuen despues tornar a seruicio de los omes.

MVdadas non deuen ser las Eglesias, nin los Monesterios, nin los otros lo-

(8) *A Synodo.* Habes hìc, quòd Synodus est de lege diœcesana, & idem dicit Glos. *in cap. dilectus, de offic. ordin.* & Innoc. *in cap.* 1. *de statu regul.* & Gloss. *in cap. dilectus, de offic. ordin.* & habes etiam hìc, quòd Abbas monasterii non tenetur ire ad Synodum, *cap. nimis iniqua, de excess. Prælat.* & intellige quando non subest causa rationabilis vocandi eum ad Synodum, vel quando sunt exempti, & non habent populum Episcopo subjectum, ut latiùs declarat Abb. post Hostiens. quem vide *in cap. quod super his, de major, & obed.*

(9) *Soterrar los muertos.* Vocatio ad exequias, seu sepulturas est de lege diœcesana; nam in aliquibus locis est de consuetudine, quòd mortuo Prælato, vel sacerdote, vocantur omnes clerici civitatis ad exequias, ad quas non compelluntur venire religiosi, secundum Innoc. *in cap.* 1. *de statu regul.* & voluit Glos. *in dict. cap. dilectus, de offic. ordin.*

(10) *Procession.* Adde *cap. nimis prava, de exces. Prælat.* ubi Doctores limitant, nisi ex magna causa fieret processio, veluti in novo introitu Episcopi, vel Legati, imminente peste, vel alio flagello, vel in generalibus Litaniis, quæ vocantur Rogationes, & tradit Abb. *in dicto cap. dilectus, de offic. ordin. col. penult.* vers. *undecimò*, contra Innoc.

(11) *Catedratico.* Sequitur Gloss. *in dict. cap. dilectus*, & Innoc. *in dict. cap.* 1. *de statu regul.* & vide *in cap. inter cætera*, 10. *quæst.* 3. & *cap. quam sit*, 18. *quæst.* 2.

(12) *Dos sueldos.* Vide *in dict. cap. conquerente, de offic. ordin.* ubi Abb. dicit, istos solidos debere esse aureos, lex ista dicit monetæ usualis, facit *L. nummis, ff. de legat.* 3. Hostiens. dicit, quòd inspiciatur consuetudo tàm in quantitate, quàm in qualitate pecuniæ, allegat *cap. neque numerus*, 10. *quæst.* 3. & *cap. Ecclesiis, de censib.* & *cap. olim*; vide per eum *in summa, de censib.* §. *ex quibus causis*, & *de offic. ordin.* §. *quid pertinet, col. fin.*

(13) *A sus finamientos.* Quarta ergò funeralium, seu mortuariorum est de lege diœcesana, & ita tenet Innoc. *in dicto cap.* 1. *de statu monach.* allegat *cap. quæsisti*, & *cap. decimas*, 16. *quæst.* 1. Joan. de Imol. & Abb. per *dict. cap. dilectus*, tenet contrarium: imò, quòd sit de lege jurisdictionis, & quòd teneantur monasteria; quod videtur verius per textum *in cap. officii*, & *cap. requisisti, de testament.* & *cap. de his, de sepult.* & tenet etiam Hostiens. *in summa, de statu monach.* §. *& in quibus.*

(14) *Costumbre.* Vide infrà *tit. proxim. in L.* 5.

(15) *De los diezmos.* Intellige secundum Joan. de Imol. *in dict. cap. dilectus*, in casibus in quibus monachi non tenentur ad decimas, veluti de fructibus, quos propriis manibus excolunt, vel de his qui essent privilegiati, juxta ea, quæ habentur *in cap. ex parte*, & *cap. nuper, de decim.* nam aliàs tenentur ad decimas; & idem dicit Abb. *in dicto cap. dilectus, col.* 3. item si monasterium habet populum non exemptum à quo percipit decimas, tenetur dare quartam Episcopo, sicut alia ecclesia sæcularis, secundum Innoc. *in cap. quod super his, de major. & obed.* Gloss. de Abb. *in dicto cap. dilectus.*

(16) *Possada.* Hospitium, & alia obsequia sunt de lege diœcesana, Glos. *in dicto cap. dilectus*, Innoc. *in dicto cap.* 1. *de statu monach.* & facit *cap. quam sit*, 18. *quæst.* 2. ex quo nota secundum Abb. *in dicto cap. dilectus*, quòd monasteria non possunt compelli per Episcopum ad hospitandum aliquem Prælatum, vel dominum, vel quòd præstent aliqua obsequia.

(17) *Procuracion.* Adde *cap. cum ex officii, de præscrip.* Glos. 10. *quæst.* 1. *in summa, cap. sopitæ*, & *cap. cum nuper, de censib.* Ab omnibus enim subjectis, nisi ostendant se exemptos, debetur procuratio ratione visitationis, adeò quòd neque per Episcopum remitti potest, *cap. cum venerabilis, de censib.* & nota, quòd ponit hìc procurationem ratione visitationis, inter ea quæ sunt de lege diœcesana; Hostiens. *in summa, de offic. ordin.* §. *quod pertinet*, vers. *sunt autem quædam*, dicit, quòd est de lege jurisdictionis: an autem teneantur ad charitativum subsidium, vide per Abb. *in cap. cum Apostolus, de censib.* & *in cap.* 1. *de statu regul.*

(18) *Ouiessen Eglesias Parrochiales.* Adde *cap. sanè*, 16. *quæst.* 2. & *cap. cum & plantare*, §. *in ecclesiis, de privileg.* Gloss. 10. *quæst.* 1. *in summa*, & Gloss. *in cap. dilectus, de offic. ordin.*

(19) *Tenudos son.* Intellige in his, quæ concernunt populum, seu ecclesias parochiales, nam in illis subjicitur monasterium Episcopo quoad legem diœcesanam; sed in non concernentibus populum, monasterium manet exemptum à lege diœcesana, secundum Innoc. & Abb. *in cap.* 1. *de statu regul.*

(20) *Condicion.* Vide *in cap. Eleutherius*, 18. *quæst.* 2.

(21) *Costumbre.* Vide *in cap. fin.* 18. *quæst.* 2.

LEX III.

Ecclesiæ, & monasteria non sunt ad humanos usus transferenda, & si monasterium aliquod ex malitia religiosorum malè viventium deterioraretur, Episcopus vel alius superior cui incumbat, expulsis illis, alios ejusdem ordinis ponat ibi, vel alterius ordinis, si ejusdem non invenerit, & in defectum istorum clericos sæculares. Item si monasterio exempto fiat per Abbatem obedientia Episcopo, non nocet majori Ordinis, vel Papæ, etiamsi fiat de consensu Conventus, neque nocet Conventui, quando sine ejus consensu facta fuit. Hoc dicit.

logares religiosos, que son nombrados en la segunda ley deste titulo, para seruirse los omes dellos, assi como farian de los otros, que han poder de los vender, nin para vsar dellos en otra manera (1). Onde si algun Monesterio se dañasse, o se empeorase, por maldad de los Religiosos, o de otros omes qualesquier que y fuessen, deuelos el Obispo, o el otro Mayoral, que lo ouiere de fazer, echar de alli aquellos que tales fueren, e meter otros de aquella Orden (2), que sean buenos. E si por auentura non los pudiesse auer, deue y poner omes buenos de otra Orden de Religion: e avn si tales como estos non fuessen, nin fallassen, estonce puede poner en aquellos Monesterios Clerigos seglares (3): e los que pusiere alli por tal razon como esta, deuense aprouechar destos logares, e fazer seruicio a Dios en ellos. E si algun Monesterio fuesse sacado de poder del Obispo, por priuillejo que ouiesse del Papa, si el Abad, o el Mayoral de aquel logar, fiziesse obediencia al Obispo (4) sin consentimiento de su Conuento; en tal manera non empesce a su Monesterio, nin quebranta por esso su privillejo: e avn si lo fiziesse con consentimiento de su Conuento, non empesceria al Papa (5) en aquellas cosas que ouiesse detenido para si. Otra manera ay en que non empesce al Monesterio la obediencia que fiziesse el Abad, o el Mayoral del al Obispo; e esto seria, como si algun Obispo vsasse por quarenta años, o mas, de fazerle obediencia, e despues desto el Mayoral de aquel logar fiziesse obediencia a otro Obispo sin consentimiento de su Conuento.

L E Y IIII.

Como si los Monesterios e las Eglesias fueren ayuntadas en uno, qual Regla deuen tener.

VNidad, e ayuntamiento pueden fazer de dos Monesterios, e de dos Eglesias. E esto puede ser fecho en tres maneras (1). La primera es, quando algun Monesterio se mete so poderio de otro, o alguna Eglesia so poderio de otra. (2) Ca estonce aquella que es sometida a la otra, deue beuir so la Regla de aquella a que se somete, e vsar de los priuillejos della; e segund esto dixeron los Santos Padres, que la vna Eglesia cuelga de la otra. La segunda manera es, como quando ayuntan dos Monesterios, o dos Eglesias en vno; de manera que non es sometida la vna a la otra, mas son como eguales (3); assi que los que son Monjes, o Calonjes de la vna, son de la otra, e todas las cosas que tienen son comunales, tambien a los vnos como a los otros: e los que desta manera son ayuntados, son como vna Eglesia, e vn Conuento, e deuen beuir segund la Regla, e las costumbres mejores de cada vna dellas: e si fueren de dos Obispos, cada vna dellas deue obe-

(1) *En otra manera.* Posset tamen Papa invitis monachis locum religiosum deputare clericis sæcularibus, cùm de jure possit suprà jus dispensare, *cap. proposuit, de concess. præben. cap. per principalem*, 9. *quæst.* 3. verumtamen non decet eum, secundum Hostiens. *in summa, de relig. domib.* vers. *vel è converso*; posset tamen Episcopus favore religionis ecclesiam sæcularem transformare in regularem, *cap. bonæ rei*, 12. *quæst.* 2. *cap. apostolicæ, de donation.* vide per Gloss. *in cap. ad audientiam, de eccles. ædific.*

(2) *De aquella Orden.* Concordat cum *cap. relatum, ne clerici vel monachi.*

(3) *Clerigos seglares.* Concordat cum *cap. inter quatuor, de relig. domib.*

(4) *Obediencia.* Concordat *cap. cum dilectus, de relig. domib.* ubi post Gloss. Doct. dicunt, quòd sola obedientia Prælati exempti Episcopo præstita, non sufficit ad transferendum possessionem subjectionis in Episcopum, sed requiritur totus Conventus; & dicit Abb. quòd neque sufficeret totus Conventus quoad præjudicium Papæ, qui possidet subjectionem in Monasterium, vide per eum.

(5) *Al Papa.* Adde *cap. cum tempore, de arbit.* cum glossa ibi.

L E X IIII.

Si una ecclesia, vel monasterium alteri unitur, ut ei sit subjecta, vivit secundum majoris regulam, & utitur ejus privilegiis. Si autem unitur, ut sint æquales, tunc secundum consuetudinem ambarum vivunt, & omnia sunt eis communia; obediet tamen quælibet suo Episcopo, si sunt diversarum diœcesum. Si tamen uniuntur, ut habeant unum Prælatum, tunc nihil eis est commune: & tales uniones non fiunt, nisi per Papam, vel per Episcopum cum consilio Capituli. Hoc dicit.

(1) *En tres maneras.* Ortum habet ista lex à notatis per Gloss. *in cap. et temporis qualitas*, 16. *quæst.* 1. & *cap.* 1. *ne sede vacant.* ubi Gloss. *in* verbo *uniendo*, Hostiens. *in summa*, §. *quot modis fiat unio*, ponit istos tres modos, de quibus hìc, & alios duos. Primus scilicet, quando fit unio, ut spiritualia tantùm communicentur, sicut multæ ecclesiæ Cathedrales, & multa monasteria sunt unita, quo casu mortuo uno de fratribus, fit in alia ecclesia pro ipsius anima, sicut in propria, puta fit septimum, vigesimum, trigesimum suum, reficitur unus pauper, & similia; & hæc unio sine Papa, & sine diœcesano Episcopo fieri potest. Secundus, quando altera ecclesia in Cathedralem erigitur, & unitur alteri Cathedrali, & unus fit duarum Episcopus, quam unionem solus Papa facere potest, *cap. quod translationem, de offic. legat. cap. sicut unire, de excess. Prælat.*

(2) *So poderio de otra.* Subjicitur namque isto modo una ecclesia alteri in spiritualibus & temporalibus, ita quòd una sit mater, altera filia, ut *in cap. cum dilectus, quod metus caus.* & tunc filia sortitur privilegia, & consuetudines matris, vide *in cap. recolentes, ad fin. de statu monach.* & per hanc unionem non fiet præjudicium diœcesano, in cujus diœcesi erat illa, quæ alteri subjicitur, etiamsi confirmatio fiat per Papam, nisi aliud exprimatur in ea, per id quod habetur *in cap. cum dilecta, ad fin. de confirm. utili vel inutili.* & *in cap.* 2. *de relig. domib.* vel nisi fieret de consensu ipsius Episcopi, ut *in cap. inter dilectos, de donation.* & tenet Joan. Andr. & Joan. de Imol. *in dicto cap.* 1. *ne sede vacant.*

(3) *Mas son como eguales.* Et isto modo unum est collegium utriusque ecclesiæ quoad spiritualia & temporalia: itaque, qui est canonicus in una, est canonicus in altera; & quando sic uniuntur, communicant sibi potiora privilegia, ut tradit Gloss. *in dicto cap. et temporis*, & *in dicto cap.* 1.

obedescer a su Obispo, e fazerle aquellos derechos, que le fazian ante que fuessen ayuntadas, porque non venga daño, nin menoscabo a los Perlados dellas (4). La tercera manera es, quando dos Eglesias, o dos Monesterios se ayuntan en vno, para auer vn Perlado (5). Pero en todas las otras cosas, cada vna dellas deue estar por si, e beuir de sus rentas, e apartadamente (6) segund su Regla. E por qualquier destas maneras sobredichas, que se ayunten dos Eglesias, o dos Monesterios en vno, deuenlo fazer en cada logar con consentimiento de su Obispo (7), e non de otra guisa, fueras ende, si lo fiziessen por mandado del Papa: otrosi, quando el Obispo lo ouiere de fazer, debe demandar consejo a su Cabildo (8).

LEY V.

Que derecho ganan los Religiosos en las Eglesias que tienen.

MVestra Santa Iglesia, que derecho ganan los Monjes, e los otros Religiosos, en las Eglesias que han, e departiolo assi (1): ca si fazen ellos la Eglesia en su suelo, e con sus despensas, deuen auer todas las cosas temporales (2), e el Obispo las espirituales: e ellos deuen presentar los Clerigos (3) que siruan la Eglesia, e el Obispo darla a aquellos, o a aquel que ellos presentaren: e los Clerigos son tenudos de dar razon al Obispo de las cosas espirituales, e al Abad de las temporales: e si el Obispo les diere la Eglesia, estonce deue auer aquel derecho en ella, que les otorgare (4) en sus donaciones señaladamente; e si gela diere con todos los derechos (5) que el deue auer en ella, non sacando ninguna cosa, deuen auer tambien las cosas temporales (6), co-

(4) *A los Perlados dellas.* Adde *cap.* 2. *de relig. domib.*

(5) *En uno para auer vn Perlado.* Tunc quælibet ecclesia in suo statu & honore remanet, & erit unus Prælatus duarum ecclesiarum, & ab omnibus communiter eligetur in loco, de quo in unione conventum est; & si de hoc non fuit conventum, dic, ut per Abbatem *in dicto cap.* 1.

(6) *Apartadamente.* Vide quæ dixi *in L.* 27. *tit.* 7. *suprà, ead. Partita, in glossa magna.*

(7) *De su Obispo.* Ut *in cap. sicut unire, de exces. Prælat.* & vide quæ dixi *in L.* 13. *tit.* 5. *suprà, ead. Partita.* Et licèt unum monasterium uniatur monasterio regulæ arctioris, non potest fieri unio sine consensu Episcopi, secundum Hostiens. *in summa, de relig. domib.* §. *cui subest*, vers. *sed nunquid*: an autem de consensu Episcopi possit fieri unio de monasteriis diversæ Religionis? Paulus *in Clement.* 1. *de elect.* dicit, quòd non; posset tamen secundum eum fieri per Papam, & sequitur Joan. de Imol. *in dicto cap.* 1. *ne sede vacante, colum.* 3.

(8) *A su Cabildo.* Adde *cap. pastoralis, de donation.* cum concord. ibi allegatis *in gloss.* & Abb. *in dicto cap. sicut unire.*

LEX V.

Si Religiosi suis expensis in proprio solo ædificent ecclesiam, habent in ea temporalia, & jus præsentandi clericos; Episcopus verò habebit institutionem, & spiritualia. Si tamen Episcopus eis concedat ecclesiam, habent in ea quod concessum est. Et si Episcopus nihil in donatione reservat, nihilominus habet cathedraticum, & procurationem & correctionem. Istæ tamen donationes fieri debent cum consensu Capituli. Et si patronus dat ecclesiam monasterio, quærit monasterium jus patronatus. Hoc dicit.

(1) *Departiolo ansi.* Ortum habet à notatis per Glos. *in cap. de monachis, de præbendis*, & per Gloss. 16. *quæst.* 2. *in summa*, & per Hostiens. *in summa, de capel. monachorum*, §. *quid juris.*

(2) *Todas las cosas temporales.* Idem dicit Hostiens. *ubi suprà*, & Glos. *in dicto cap. de monachis*, & facit *cap. sanè*, 16. *quæst.* 2. Abbas tamen *in dicto cap. de monachis, columm. fin.* dicit, quòd hoc nullo jure probatur. Innocent. & Joan. Andr. ibi dicunt, quòd si monachi fundantes ecclesiam, non retinent in fundatione dominium rerum, quas donant ecclesiæ, tunc monachi habent jus patronatus, & jus præsentandi Rectorem, & jus exquirendi rationem de temporalibus, & jus custodiæ vacante ecclesia; non autem habebunt potestatem appropriandi temporalia, ex quo sunt in talem capellam, vel ecclesiam translata. Si autem tempore fundationis retinent proprietatem bonorum, saltem quoad directum dominium, tunc dicit Innoc. quòd habebit Abbas ibi potestatem ponendi, & deponendi presbyterum ad libitum, quando ecclesia non existeret parochialis, ut habetur *de statu monach. cap. cum ad monasterium*, §. *tales*, & *in cap.* 1. *de privileg. lib.* 6. debebit tamen sacerdos ibi positus de spiritualibus Episcopo respondere, licèt ipsa ecclesia non habeat populum, vel collegium. Si verò monachi ædificant ecclesiam parochialem, & subdunt, quòd illa subsit eis, tanquàm unus Prioratus manualis seu grangia, tunc dicunt Innoc. & Joan. Andr. quòd hoc fieri non potest, ex eo quòd capellæ monachorum sunt subjectæ Episcopo de jure communi, etiam quoad legem diœcesanam, & non est licitum ædificanti jura episcopalia, vel legis canonicæ minuere per pactum, *cap.* 2. & *cap. noverint*, 10. *quæst.* 1. *cap. accepimus, de pactis*, & hoc secundum Joan. Andr. etsi fieret cum consensu Episcopi, causa justa non subsistenti; & dicta Innocent. & Joan. Andr. sequitur ibi Joan de Imol. *columm.* 14. & 15. & adde eumdem Innocent. *in cap. in Lateranensi, de præbend.* & juxta ista dicta poteris restringere, & limitare istam legem.

(3) *Los Clerigos.* Adde *cap.* 2. *de supplenda neglig. Prælat.* & Glos. *in dicto cap. de monachis.*

(4) *Que les otorgare.* Sequitur dicta Glos. *in dict. cap. de monachis*, & Gloss. 16. *quæst.* 2. *in summa*, & adde *cap. constitutus, de relig. domib.* & *L. in traditionibus, ff. de pactis.*

(5) *Con todos los derechos.* Concordat cum *cap. visis*, 16. *quæst.* 2. Et nota, quòd licèt ecclesia sit subjecta Religiosis quoad temporalia, non tamen possunt ad libitum alterare antiquum statum ecclesiæ, sed tenentur conservare Rectores, seu Vicarios illarum ecclesiarum in antiquo statu; unde non possunt diminuere solitam pensionem, quæ datur illis Rectoribus, neque possunt augere pensionem, ubi certam pensionem à principio soliti erant recipere, *cap. avaritiæ*, & ibi Abb. 1. *notabil. de præbend.* debent ergò Religiosi, quibus per Episcopum conceditur ecclesia pleno jure, conservare ecclesiam quantum ad clericos in statu suo, ita quòd possent congruè sustentari secundum statum antiquum, ut tradit Anton. & Joan. de Imol. *in dict. cap. de monachis*, & vide per Abb. *in cap.* 2. *de relig. domib.*

(6) *Tambien las cosas temporales.* Poterunt ergò monachi percipere reditus ecclesiæ, & convertere in utilita-

tem

como las espirituales (7); fueras ende que finque a el (8) el cathedratico, e procuracion, quando visitare, e que les pueda castigar en las cosas que erraren: e aquellos a quien las dieren, pueden poner Clerigos en ella, e tollerlos (9), quando fizieren por que: e si les diere la Eglesia, en la manera que dize en la sesta ley del titulo que fabla de las Cosas della, como se non deuen enajenar; estonce gana derecho en ella, segund que en essa misma ley dize. E quando el Obispo quisiere fazer alguna destas donaciones sobredichas, para ser firme e estable, deuelo fazer con consentimiento de su Cabildo (10): e si el Patron (11) diesse la Eglesia a alguna Orden, ganan aquellos a quien la da, solamente el derecho del patronadgo della, e non mas.

TITULO XIII.

De las Sepulturas.

ERraron algunos omes (1) muy malamente, creyendo que quando muere el cuerpo del ome, que muere e otrosi el alma con el, e que todo se perdia en vno; e este fue entendimiento de desesperados: ca tenian, que non auia mejoria de otra animalia que Dios fiziesse en este mundo, nin auia de auer ningun gualardon del bien que fiziesse en este mundo, nin otrosi pena por el mal: e tales como estos non deuen ser contados por omes, mas por peores que bestias, ca pues que por el entendimiento se aparta el ome de todas las otras animalias, aquel que lo pierde, peor es que bestia. E por esto dixo (2) el Rey Dauid en el Psalterio: Que el ome quando es en honrra, e non lo entiende, que se eguala con las bestias, e fazese semejante dellas. E esta honrra es el entendimiento que Dios da al ome, en que lo honrro sobre todas las criaturas. Otros y ouo que creyan en otra manera, que non mueren las almas, mas que se mudauan en otros cuerpos (3); e estos ouieron muy nescio entendimiento, creyendo que el alma que sale del ome quando muere, que podiesse entrar en otra cosa (4): e avn demas desto cuydauan menguar el poder de Dios, creyendo que non podia fazer tantas almas (5), como cuerpos en que las metiesse; e porende los entendimientos destos atales, fueron peores que de las bestias. Otros ouo que creyeron

tem propriam, conservata ecclesia in statu pristino, ut dixi *in glos. proxima*, & habetur *in cap. pastoralis*, *de donation.* Abb. *in dicto cap. de monachis*, *col. penult.* ubi respondet ad Glossam, quæ videtur dicere contrarium *in Clement.* 1. *de exces. Prælat.* & idem tenent Anton. & Cardin. *in dicto cap. de monachis*; item, & quando eis ecclesia conceditur quoad temporalia, licèt non sit subjecta quoad spiritualia, consequuntur jus patronatus, ut possint ibi præsentare Rectorem, secundum Abb. *in dict. cap. de monachis*, licèt antea non habuissent ibi jus patronatus, cujus contrarium voluit idem Abb. *in cap.* 1. *de capellis monach.* sed primum verius, ut comprobat Rochus *in suo tractat. juris patronat.* verbo *competens alicui*, *columm.* 16. vers. 25. *quæritur.*

(7) *Espirituales.* Eo ipso quòd ecclesia est concessa pleno jure, intelligitur monachis concessa potestas conferendi ipsam ecclesiam, & instituendi Rectorem, etiam quoad auctorabilem institutionem supra curam; ita tamen, quòd hoc faciant vice Episcopi vel Papæ concedentis ecclesiam pleno jure, tanquàm gerentes vices Episcopi, secundum Joan. Andr. & Petrum de Anch. & Joan. de Imol. & Abb. *in dicto cap. de monachis*, licèt Anton. aliud ibi voluit; an autem facultas cognoscendi de causis criminalibus Clericorum transeat per dictam concessionem? Anton. *in dicto cap. de monachis* concludit, quòd non, per textum *in cap. visis*, 16. *quæst.* 2. ubi dicit, quòd piacula Sacerdotum per Episcopos audientur. Putat tamen, quòd Abbas poterit audire leves correctiones, & jurgia levia, argumento eorum, quæ habentur *in cap. ad hæc*, *de offic. Archidiac.* licèt causas graves criminales non possit audire; & sic dicit intelligendum, quod notavit Glossa *in dict. cap. visis*; dicit etiam, quòd si Abbas velit inquirere de ratione temporalium, quomodo Rector gubernaverit ecclesiam, de plano exigendo rationem, quòd adhuc poterit. Item ea, quæ sunt Episcopalis ordinis, etiam data tali concessione pleno jure remanent apud Episcopum, ut ordinare, consecrare, & similia, ut & dixit Glos. 16. *quæst.* 2. *in summa.*

(8) *Finque a el.* Concordat cum *cap. venerabilis*, *de censibus*, & *cap. pastoralis*, *de donation.* Glos. *in dicto cap. visis*, 16. *quæst.* 2. ubi ponuntur ista, de quibus hìc, quæ reservantur Episcopo. Item adde & charitativum subsidium, ut *in cap. cum Apostolus*, *de censib.* Joan. Andr. & Abb. *in cap. cum venerabilis*, *eod. tit.* ubi & de jure reverentiæ. Item & ea quæ sunt juris Episcopalis, ut dixi suprà. An autem & censeatur reservatum jus canonicæ portionis competentis Episcopo, de qua *in cap. conquerente*, *de offic. ordinar.* Joan. Andr. *in cap. pastoralis*, *de donation.* vult, quòd & hæc censeatur Episcopo reservata, quia ista & cathedraticum æquiparantur, quod & sequi videtur Anton. *in dicto cap. de monachis*, ubi & Joan. de Imol. *col.* 7. vult (sub dubio fortè) quòd non intelligatur istud jus retineri, quia non reperitur jure cautum in textu & glossa, & ideo videtur, quòd transire debeat cum aliis juribus spiritualibus, ex quo pleno jure facta est concessio; & vide *L.* 6. *infrà*, *tit.* 14. Quid autem si Episcopus donet ecclesiam monasterio exempto, an tunc ista etiam transeunt in monasterium? Vide Anton. *in dicto cap. de monachis*, ubi Joan. de Imol. *column.* 9. & Innocent. *in cap. pastoralis*, *de donation.*

(9) *Tollerlos.* Vide quæ dixi suprà, & *cap. visis*, 16. *quæst.* 2. & *in* §. *fin. ead. caus. & quæst. cap. in Lateranensi*, §. 1. *de præbend.* Glos. *in Clement.* 1. *de excess. Prælator. super* verbo *ad mensam.*

(10) *De su Cabildo.* Adde *cap. pastoralis*, *de donation. cap. fin.* 12. *quæst.* 3. & *cap. sine exceptione*, 12. *quæst.* 2.

(11) *El Patron.* Adde Glos. *in summa*, 16. *quæst.* 2. & *in dicto cap. de monachis.*

TITULUS XIII. DE SEPULTURIS.

(1) *Algunos omes.* Stoici, & Epicurei fuerunt isti, ut tradit Isidor. 8. *libr. Etymologiarum*, *cap.* 6. & quòd anima sit incorruptibilis, & quòd habeat substantialem vitam inconsumptibilem, probat S. Thomas 1. *part. quæst.* 75. *art.* 6.

(2) *Dixo.* Psalm. 48. *v.* 13.

(3) *Se mudauan en otros cuerpos.* Vide quod habetur 24. *quæst.* 3. *cap. penult.* vers. *Origeniani.*

(4) *Podiesse entrar en otra cosa.* Vide de hoc per Abulensem, Matthæi *cap.* 8. *quæst.* 31.

(5) *Tantas almas.* Fides nostra est, quòd quotidie Deus novas creat animas, & infundit novis corporibus, & infundendo creat, & creando infundit, Glos. *in cap. quod verò* 32. *quæst.* 2.

ron de otra manera, que resuscitaria el cuerpo con el alma el dia del Juyzio, e que comerian (6) e beuerian despues que resuscitasse: e como quier que este yerro non fuesse tan grande, como los otros sobredichos, porque creyen la resurrecion; pero con todo esso erraron mucho, porque lo entendieron corporalmente, e non spiritualmente, segund se deue entender. Otros ouo que creyen la resurrecion espiritualmente, que non comerian, ni beuerian despues que resuscitassen; mas erraron en ello, que creyen, que los bienes que los omes fazian, o mandauan fazer por los muertos, que non aprovechauan, fueras ende los bienes que fazian, o mandauan fazer en su vida (7). Mas la Fe Catholica de nuestro Señor Iesu Christo tollo todos estos errores, e quiso que los omes biuiessen en este mundo, faziendo bien, e auiendo cierta esperança, que despues que muriessen, resuscitarian en cuerpos e en almas; e aurian gualardon del bien que fiziessen, conosciendo a Dios, e biuiendo espiritualmente en Parayso; e los que mal fiziessen, que yrian a la pena perdurable: e porque los omes se supiessen guardar de non yr a estas penas, dioles ciertas maneras de como biuiessen, mostrandoles los Articulos de la Fe, e dandoles los Sacramentos de Santa Eglesia, porque pudiessen auer perdon de sus pecados, e saluacion despues de su muerte: e quiso que non tan solamente les touiessen pro para las almas, los bienes que fiziessen en su vida, mas avn los que otros fiziessen por ellos despues de su muerte. Onde pues que los Christianos ouieron, e han vida ordenada, de como biuan; e crencia verdadera, de como han de resuscitar, e ser saluos, los que fizieren bien; porende fue ordenado por los Padres Santos, que ouiessen sepulturas los cuerpos cerca de sus Eglesias, e non en los logares yermos e apartados dellas, yaziendo soterrados por los campos, como bestias. E pues que en los titulos ante deste fablamos de las Eglesias, e de sus preuillejos, e otrosi de los logares religiosos, conuiene que se diga en este, de los Cementerios, e de las sepulturas que son allegadas a las Eglesias. E mostrar primeramente, que cosa es sepultura, e donde tomo este nome, e que derecho deue ser guardado en la dar. E por que razon touieron los Santos Padres por bien, que las sepulturas fuessen cerca de las Eglesias. E a quien pertenesce de soterrar los muertos. E quales deuen ser soterrados en las Eglesias, e quales non. E que pena deuen auer aquellos que quebrantan las sepulturas, e despojan los finados.

L E Y I.

Que cosa es Sepultura, e donde tomo este nome, e que derecho deue ser guardado en dar la sepultura.

Sepultura es logar (1) señalado en el Cementerio, para soterrar el cuerpo del ome muerto. E sepultura tomo este nome de Sepelio, que quiere tanto dezir, como meter so tierra. E en dar las sepultu-

(6) *Comerian.* Vide *in cap. penult.* 24. *quæst.* 3. vers. *Cherinthiani*, & est hoc contra id, quod habetur Matthæi 22. *v.* 30. Marc. 12. *v.* 25. & Luc. 20. *v.* 35. neque nubent, neque nubentur; & contra id, quod habetur de beatificatione, & damnatione in momento facienda, Matth. 25.

(7) *En su vida.* Hoc est contra id quod habetur 2. Machabœor. *cap.* 12. *v.* 46. & *in cap. animæ defunctorum*, 13. *quæst.* 2. & an prosit defunctis plus specialis oratio, quàm generalis pro omnibus defunctis? tradit Glos. *in cap. fraternitatem, de sepult.* ubi Joan. Andr. dicit, quòd si valorem orationis, & aliorum suffragiorum consideramus ex virtute charitatis, quæ unit membra Ecclesiæ; tantus est, si fiat pro multis, sicut si pro uno, quia charitas non minuitur, si affectus distribuitur in multos, imò augetur. Non enim charitas est invida, neque quærit quæ sua sunt, *de pœnit. dist.* 2. *cap. charitas*, facit *de pœnit. dist.* 2. *cap.* 1. vers. *credendum.* In quantum verò oratio, vel suffragium sunt satisfactoria pro defuncto, major est satisfactio pro uno facta, quàm si fiat pro multis; ex divina enim justitia dividitur illud in multos, pro quibus fit, & sic divisum est, minus remanet, & hæc videtur sententia S. Thomæ *in* 4. *sentent. dist.* 40. *artic.* 2. ubi & ponit notabile verbum, credendum esse, quòd si illi pro quibus fiunt, non indigent, quòd prosunt aliis; & adde Abb. *in dict. cap. fraternitatem*, & vide quæ dixi suprà *tit.* 4. *in L.* 46. & per Lucam de Penn. *L. annonas, C. de annon. civil. lib.* 11. ubi refert verba S. Thomæ *in quodlibeto* 12. quæ substantialiter sunt, quòd opera unius non valent alteri quantum ad premium essentiale, quia id unusquisque ex propriis actibus vendicat; sed solùm ad aliquod accidentale gaudium, vel quantum ad remissionem pœnæ temporalis, & sic suffragia vivorum possunt prodesse defunctis. Hujusmodi autem communicatio operum, contingit dupliciter: uno modo ex unione charitatis, per quam omnes Christi fideles efficiuntur unum corpus; & sic actus unius quodammodo redundat in juvamentum alterius, sicut videmus in membris naturalis corporis; & sic juvatur ex actu alterius, in quantum quilibet existens in charitate gaudet de bono opere quod facit; & quanto majoris est charitatis, tanto ampliùs gaudet, sive sit in purgatorio, sive etiam in paradiso, sive in mundo; & sic procedit opinio illorum, quòd ista suffragia omnibus prosint, qui sunt in purgatorio. Alio modo, actus unius fit communis alteri per intentionem facientis, quia facit pro illo, vel vice illius, quod præcipuè valet in debitis solvendis; & sic suffragia Ecclesiæ valent defunctis in quantum unus solvit Deo satisfactionem, quam mortuus solvere tenebatur; & sic valor suffragii sequitur intentionem facientis; & ita procedit opinio illorum.

L E X I.

Sepultura est locus in cœmeterio pro cadaveribus sepeliendis: & officium clericorum in sepultura defuncti non debet vendi, neque aliquod pretium per eos exigi; potest tamen accipi, quod gratis detur. Item neque locus sepulturæ vendi potest, etsi nullus ibi fuit sepultus: & si de facto vendatur, incurritur labes simoniæ; vas tamen lapideum, vel ligneum pro aliquo sepeliendo vendi potest. Item locus ad sepeliendum, antequam sit consecratus per Pontificem, vendi potest: & in eo non potest sepeliri, nisi ille cujus est. Hoc dicit.

(1) *Logar.* Ortum habet ista lex à notatis per Glos. & Innoc. *in cap. abolendæ, de sepult.* & per Gloss. 13. *quæst.* 2. *in cap. clerici.*

turas deuen guardar quatro cosas. La primera es, el Oficio (2) que dizen los Clerigos sobre los muertos: e esto non se deue vender en ninguna manera, nin deuen demandar los Clerigos precio por ello; pero si alguna cosa les quisieren los omes dar de su grado, bien lo pueden tomar. La segunda es, aquellos logares donde pueden soterrar, que se entiende por los Cementerios: e estos otrosi non se puede vender el logar (3), para soterrar a ninguno en ellos, como quier que en ellos non fuesse avn ningun ome soterrado. La tercera es el sepulchro, de qualquier cosa que sea fecha: e este puede vender aquel cuyo fuere (4), si non ouiessen nunca soterrado ningun ome en el. La quarta es, aquella tierra que es comprada, o dada para fazer Cementerio: e esta manda Santa Eglesia, que maguer sea otorgada para esto, que non sea ninguno soterrado en ella, fueras ende aquel, o aquellos cuya fuere. E de lo que dize en esta ley de las sepulturas, que se non pueden vender, es por esta razon: porque qualquier que las vendiesse, caeria en pecado de simonia, ca las cosas temporales, quando se ayuntan con las spirituales, tornanse en ellas, porque las cosas spirituales son mas nobles que las temporales; e porende non las puede ninguno vender sin pecado de simonia.

LEY II.

Por que razon deuen ser las sepulturas cerca de las Eglesias.

CErca de las Eglesias (1) touieron por bien los Santos Padres que fuessen las sepulturas de los Christianos: e esto por quatro razones. La primera, porque assi como la creencia de los Christianos es mas allegada a Dios, que la de las otras gentes; que assi las sepulturas dellos fuessen mas acercadas a las Eglesias. La segunda es (2), porque aquellos que vienen a las Eglesias, quando veen las fuessas de sus parientes, o de sus amigos, acuerdanse de rogar a Dios por ellos. La tercera, porque los encomiendan aquellos Santos, a cuya honrra e cuyo nome son fundadas las Eglesias, que rueguen a Dios señaladamente por aquellos, que estan sepultados en sus Cementerios. La quarta es, porque los diablos no han poder de se allegar tanto a los cuerpos de los omes muertos, que son soterrados en los Cementerios, como a los otros que estan defuera. E por esta razon son llamados los Cementerios, amparamiento de los muertos. Pero antiguamente los Emperadores, e los Reyes de los Christianos, fizieron establescimientos e leyes, e mandaron que fues-

(2) *El Oficio.* Hoc vendi non potest, quia clerici ad hoc tenentur ex officio, *cap. præcipiendum*, 13. *quæst.* 2. & 1. *quæst.* 1. *cap. dictum*: & *cap. non satis*, *de simonia.* Si tamen sit consuetudo, ut ob hoc aliquid detur, possunt compelli laici ad observandum laudabilem consuetudinem, *cap. ad Apostolicam*, *de simon.* quid autem de clericis extraneis, qui ad hoc non tenentur, vide per Abb. *in dict. cap. abolendæ*, ubi dicit, quòd possunt tales clerici, qui non sunt obligati ratione beneficii, vendere non officium, sed laborem suum, accipiendo non ut pretium, sed ut sustentamentum.

(3) *Vender el logar.* Locus antequàm sit consecratus per Pontificem ad sepeliendum, vendi potest, sicut venduntur possessiones ad ecclesias ædificandas, argumento *cap. aurum*, 12. *quæst.* 2. item & vendi potest vas lapideum, vel ligneum pro aliquo sepeliendo factum, nisi sit factum sacrum per Pontificem, vel ad hoc specialiter deputatum, *cap. ad hoc*, *de relig. domib.* vel si jam aliquis in eis sepultus fuit, ut subdit hæc lex. Procedit ergò quod hìc dicitur, in loco sacro, vel deputato per Episcopum ad sepeliendum, *cap. quæsta*, & *cap. postquam*, 13. *quæst.* 2. & licèt aliquis in loco alio sit sepultus sine Pontifice, non est locus sacer secundum Canones, ut notat Gloss. *in cap. in ecclesiastico*, 13. *quæst.* 2. & secundum hoc talis locus poterit vendi; licèt secùs sit secundum Leges, ut *in L.* 2. *ff. de relig. & sumpt. funer.* secundum quas efficitur locus religiosus. Vides ergò, quàm illicitæ, & simoniacæ sint conventiones, quæ aliquando tractantur cum Religiosis, vel Clericis, ut detur alicui nobili pro sepultura sua & suorum Capella major, vel alia cum pacto, quòd pro hoc aliquis reditus, vel quid aliud detur ecclesiæ; quidquid enim temporale datur, vel promittitur, ut fiat, simonia est, 1. *quæst.* 1. *cap. quam pio*, & *cap. fin. de pactis*, & *cap. sicut*, & *cap. audivimus*, *de simon.*

(4) *Cuyo fuere.* Sepulchra enim quilibet facere potest, & in re propria, & in proprio sive communi sepulchro quis jus funerandi habet, *L.* 1. *ff. de mort. infer. Institut. de rerum divis. in §. religiosum*, & facit quod habetur Genes. 23. & *in cap. postquam*, 13. *quæst.* 2. & infrà 6. *Partit. tit.* 5. *in L.* 12. & dicitur proprium respectu usus, & non proprietatis; neque extraneus potest ibi sepeliri invitis illis, quorum est, *L.* 2. §. *usumfructum*, *ff. de relig. & sumpt. funer.* & Abb. quem vide ubi hoc limitat *in dict. cap. abolendæ*, post Vincent. nisi ex causa necessitatis; & vide per Ludov. Rom. *in quodam cons.* & in traditione rei suæ potuit istud pactum apponi, *L. in traditionibus*, *ff. de pactis*: & adverte, quòd si illi, qui habent sepulturas proprias, in quibus habent jus funerandi pro se, & aliis de suo genere vel aliàs, faciunt pactum aut taxam, pro quanto extraneus debeat ibi sepeliri, simonia est, ut tradit Sylvest. *in summa*, *in* verbo *sepultura*, vers. *secundò*, *quæritur*, allegat *cap. audivimus*, & *cap. sicut*, *de simon.*

LEX II.

Ex quatuor causis sepeliuntur christiani prope ecclesiam. Prima, quia sicut sunt Deo fide propinquiores, sic eorum sepulchra sint ecclesiæ propinqua. Secunda, ut venientes ad ecclesiam, & videntes sepulchra, pro cognatis, & amicis orent. Tertia, ut rogent Deum, & Sanctos pro eis. Quarta, quia diaboli non sic propinquant cœmeteriis, sicut aliis locis, & ideò dicitur cœmeterium, quasi mortuorum defensio; temporibus licèt antiquis per antiquas Principum leges sancitum fuit, quòd sepulchra extra urbem essent propter fœtorem. Hoc dicit.

(1) *Cerca de las Eglesias.* Cœmeterium, vel sepulturæ ordinariè debent esse circa ecclesiam, ut *in cap. sicut antiquitus*, 17. *quæst.* 4. sed etiam potest esse remotus, sicut & in Francia, propter fœtorem, secundum Innocent. *in cap. abolendæ*, *eod. tit.* & in loco privato non potest fidelis eligere sepulturam, *cap. fraternitatem*, & ibi notat Abb. *de sepult.*

(2) *La segunda es.* Hæc ratio, & sequens sumptæ sunt à *cap. cum gravia*, & *glossa ibi*, 13. *quæst.* 2.

fuessen fechas Eglesias, e los Cementerios, fuera de las Cibdades (3) e de las Villas, en que soterrassen los muertos, porque el fedor dellos non corrompiesse el ayre, nin matasse los biuos.

L E Y III.

A quien pertenesce el derecho de soterrar los muertos.

DOs maneras muestra Santa Eglesia, en razon de a quien pertenesce el derecho de soterrar a los muertos: e la vna dellas pertenesce a las Eglesias (1), que han Cementerios con otorgamiento de los Obispos, e a los Clerigos que las siruen: e tal derecho como este, non pertenesce a los legos, nin aun a otros Clerigos (2), fueras ende si lo fiziessen con plazer de aquellos: e si acaesciesse que y non ouiesse ninguno de los Clerigos que siruen a la Eglesia, en que soterrassen el muerto, o que otorgasse a otro su poder que lo fiziesse, en tal manera bien lo puede fazer otro Clerigo soterrar: e si non pudiessen aver ningun Clerigo, bien lo pueden soterrar los legos (3); mas con todo esto, non se deuen reuestir (4), nin dezir las Oras, como los Clerigos. Pero si la Eglesia fuer vedada, o el logar entredicho (5), non lo deuen fazer: e si los legos contra esto fizieren en desprecio dello, puedenlos descomulgar los Perlados, fasta que fagan emienda: e si tal querella como esta viniesse ante el Rey, o delante otro Señor de la tierra, puedeles poner pena por ello. La otra manera es, la que pertenesce a cada vn ome, en cuya casa muere el muerto, desta guisa: ca los parientes deuen soterrar a su pariente, e fazerle honrra en su sepultura, e los amigos a su amigo, e los Christianos vnos a otros. Ca cada vno deue ser soterrado en su fuessa propria, si la ouiere, o en la que le dieren sus parientes, o sus amigos, o en las que ganaren de los Clerigos, que las pueden dar, o en las que fizieren de nueuo: e non deuen soterrar a ninguno en fuessa agena (6); pero si acaesciesse que lo fiziessen, non lo deuen della sacar, fueras ende si lo fiziessen por mandado del Obispo; e si lo sacassen dende de otra manera, puedegelo demandar como en manera de deshonrra, aquel que le fizo y soterrar, o su heredero del muerto, e es tenudo de fazer emienda dello, segund aluedrio del Juez del logar. Pero aquel cuya fuere la fuessa, o el luzillo, puedele demandar, que saquen el muerto del, o que le de el precio (7) de quanto valiere, si fuere tal, en que non aya soterrado (8) a ninguno.

L E Y IIII.

Onde tomo nome Cementerio, e quien los deue señalar, e quanto grandes.

CEmenterio tomo nombre de Cimenterio, que quiere tanto dezir (1), como

(3) *Fuera de las Cibdades.* Vide *in L. antepenult. C. de relig. & sumpt. funer.* & facit id quod habetur, & ibi traditur per Joan. de Plat. *in L. cum supra virentes, C. de re milit. lib.* 12. & olim in campis homines sepeliebantur, ut patet *in L.* 3. §. *divus, ff. de sepulchro violato*, Gloss. *in cap. fin. de torneam.*

L E X III.

Clericis ecclesiæ ubi quis est sepeliendus pertinet jus sepeliendi, vel aliis clericis de eorum assensu, vel ipsis deficientibus; & si clerici deficiant, potest à laicis defunctus sepeliri, sine officio tamen ecclesiastico, si ecclesia non fuerit vel locus interdictus, & si laici aliàs fecerint, possunt excommunicari, & per Regem sunt arbitrariè puniendi: & quilibet est in propria, vel designata per clericos sepultura sepeliendus: & si in aliena sepelitur, potest dominus petere quòd exhumetur auctoritate Pontificis: & non licet domino propria auctoritate exhumare illum, aliàs tenetur actione injuriarum; si tamen numquàm quis fuit sepultus in loco illo, potest dominus sepulchri petere, aut tolli illatum, aut loci pretium. Hoc dicit.

(1) *A las Eglesias.* Habent enim ecclesiæ ex assignatione Pontificis cœmeterium, juxta id quod habetur *in cap. sicut antiquitùs*, 17. *quæst.* 4. quod assignatur, quando locus ecclesiæ consecratur, *cap. nemo, de consecr. dist.* 1. adde *cap. Ecclesias*, 13. *quæst.* 1. & potest unum cœmeterium assignari diversis ecclesiis, in quo habeant jus sepeliendi suos parochianos, secundum Innocent. *in cap. abolendæ, eod. tit.* & illæ tantùm ecclesiæ, quæ habent populum, habent cœmeterium, secundum Innocent. *in cap.* 1. *eod. tit.* An autem possit Episcopus dare privilegium sepulturæ ecclesiis, quæ non habent populum, vide per Abb. *in cap. certificari, de sepult.* ubi post Joan. Andr. concludit, quòd sic, dummodo cùm concedit cœmeterium de novo infra parochiam alterius ecclesiæ, debet hoc facere ex justa causa, etiam de consensu Capituli.

(2) *Otros Clerigos.* Non enim licet eis invito Rectore alienam parochiam ingredi, 7. *quæst.* 1. *cap. Episcopi*, & 9. *quæst.* 2. *cap. nullus*, & 6. *quæst.* 3. *cap. scriptum*, & in proposito tradit Alber. de fratribus intrantibus cum cruce parochiam, ubi defunctus jacet, qui in ecclesia fratrum elegit sepulturam, *in rubrica C. de relig. & sumpt. funer.* referens consilium Oldral. de quo & vide per Abb. *in cap. cum laborum, de sepult.*

(3) *Los legos.* Nam aliàs esset inhumanum cadaver jacere insepultum.

(4) *Reuestir.* Laici non debent uti vestibus lineis, quibus clerici utuntur, ut hìc, neque dicere Officia ut clerici, & dicit Cardin. *in Clement.* 1. *de celebr. miss.* quòd laicus non potest dicere orationem, dicendo, *Dominus, vobiscum.*

(5) *Entredicho.* Vide *in cap. quod in te, de pœnit. & remiss.* & suprà *tit.* 9. *L.* 15.

(6) *En fuessa agena.* Licèt quis inferre non possit mortuum in locum alienum, ut hìc, & *in L.* 2. *ff. de relig. & sumpt. funer.* non tamen licet domino loci corpus effodere, vel diruere sine decreto Pontificis, vel jussu Papæ, ut *in L. ossa, ff. eod.* ut hìc subjicit, & vide quod habetur *in cap. cum liberum*, & *in cap. ex parte, de sepult.* & 2. *quæst.* 2. *cap. omnes*, & vide quod dixi suprà *in L.* 1. *hujus tit.*

(7) *El precio.* Adde *L. is quis intulit, ff. de relig. & sumpt. funer.*

(8) *Non aya soterrado.* Nam tunc non posset vendi, ut habetur suprà *eod. L.* 1.

L E X IIII.

Debet Episcopus ecclesiæ cœmeterium assignare ad sepulturam defunctorum, ita, quòd ecclesiæ Cathedrali, vel Conventuali assignet circumquaque 40. passus, aliis ecclesiis 30. nisi sit impedimentum ob domorum circunstantiam; & quilibet passus habere debet quinque pedes, & in pede quindecim digitos.

(1) *Tanto dezir.* Cœmeterium dicitur quasi *cinis terium*, quia

mo logar donde sotierran los muertos, e se tornan los cuerpos dellos en ceniza. E los Obispos deuen señalar (2) los Cementerios, en las Eglesias que tovieren por bien que ayan sepulturas, de manera que las Eglesias Catedrales, o Conuentuales ayan cada vna dellas quarenta passadas (3) a cada parte para Cementerio, e las Parrochias treynta. Pero esto se deue entender en esta manera: si fueren fundadas en tales logares, que non gelo embarguen Castillos, o casas (4), que esten muy cerca dellas: e este Cementerio deue amojonar el Obispo, quando consagrare la Eglesia, segund la quantia sobredicha, si non ouiere embargo que gelo tuelga. E porque algunos dubdan, en como se deuen medir los passos, para amojonar el Cementerio, departelo Santa Eglesia en esta manera: que en la passada aya cinco pies (5) de omo mesurado, e en el pie quinze dedos de trauiesso.

L E Y V.

En quales Eglesias se deue cada vno soterrar.

SOterrar deuen cada vn ome en el Cementerio de aquella Eglesia, onde era parrochiano (1), e oya las Horas quando era biuo, e rescibia los Sacramentos (2). Pero si alguno quisiesse escoger sepultura en otro Cimenterio, assi come en la Eglesia Catedral (3), o en aquella Eglesia do estaua enterrado su linaje (4), o en otro Cimenterio qualquier, puedelo fazer (5); fue-

quia ibi cinis mortuorum teritur, vel dicitur cœmeterium à *cinos*, quod est dulce, *tenor*, quod est statio, quasi dulcis statio, secundum Archid. *in cap.* 1. 13. *quæst.* 1.

(2) *Señalar.* Vide quæ dixi suprà *eod. in L.* 3. *in gloss.* 1. & vide *in cap. ecclesias*, 13. *quæst.* 1. & potest quis in ecclesia de consensu Episcopi habere propriam sepulturam, *cap. penult.* & ibi Abb. *de sepult.* & an invito patrono sepulturæ possit ibi alius sepeliri, vide per Roch. *in tractatu, de jure patronat. chart.* 19. *colum.* 2. & Abb. *in dict. cap. penult.* ubi dicit post Vinc. quòd propter necessitatem posset ibi extraneus sepeliri.

(3) *Quarenta passadas.* Concordat cum *cap. sicut antiquitùs*, 17. *quæst.* 4.

(4) *Castillos, o casas.* Vide *in cap. quisquis*, 17. *quæst.* 4. & tantum extenditur hoc jus funerandi, quantum cœmeterium est per Episcopum limitatum, sive ecclesiæ sint in civitate, sive extra, secundum Hostiens. *eod. tit. in summ.* §. *quid jus funerandi.*

(5) *Cinco pies.* Ex glossa *in dict. cap. sicut antiquitus*, sumptum est, & vide per Bart. *in authen. de novi oper. nuntiat. colum.* 5.

L E X V.

Debet quilibet in parochia sua, ubi divina audit & sacramenta recepit, sepeliri; potest tamen alibi eligere sepulturam, nisi ad talem electionem fraudulenter inductus sit ab aliquo, vel si odio contemptuve clericorum suæ parochiæ hoc fecisset, vel nihil suæ ecclesiæ reliquisset, nam tunc restituitur corpus cum habitis ratione sepulturæ suæ ecclesiæ. Si tamen nulla ex his causis talem electionem fecisset, & aliquid suæ ecclesiæ legavit, nihilominùs habebit dimidiam, tertiam, aut quartam (secundum loci consuetudinem) eorum quæ ecclesiæ, ubi sepelitur, & aliis ecclesiis, aut monasteriis reliquit; & si consuetudo non sit certa, habebit quartam, etsi dicatur, quòd erat consuetudo, quòd nihil ex hac causa daretur. Item, non potest quis sepeliri in capellis, ubi Episcopis non concessit sepulturam, sine Episcopi mandato, & si contrafiat, petitur corpus cum omnibus sepulturæ causa habitis. Hoc dicit.

(1) *Parrochianos* Adde *cap. ex parte Canonicorum*, & *cap. in nostra, de sepult.* & *Clement. dudum*, §. *verum*, *eod. tit. cap. is quis, eod. tit. lib.* 6. & procedit, nisi defunctus haberet sepulchrum majorum, tunc enim potiùs est sepeliendus in sepulchro suorum majorum, ut habetur *in dict. cap. is qui*, & *in cap.* 1. *de sepult.* Gloss. *in cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. in verbo *apud quas*; dicuntur autem majores, secundum quod declarat Petr. de Peru. *in tractatu, de canonica portione cap.* pater & avus, 13. *quæst.* 2. *cap. ebrom.* & *in dict. cap.* 1. *de sepult.* & licèt strictè, & propriè majores dicantur superiores tantùm ultra tritavum, ut *in L. Jurisconsultus*, §. *parentes*, *ff. de gradib. L. quicumque*, §. *parentes*, *ff. de in jus vocand.* illud procedit simpliciter alias loquendo, non in isto casu, ut tradit Oldral. *consil.* 25. cujus dicta refert Abb. *in dict. cap.* 1. *columm. fin.* sicut domicilium est inter vivos, sic & jus sepulturæ inter mortuos, & respectu domicilii consequitur quis originem patris & avi, non superiorum, ut notatur *in L. assumptio*, *ff. ad municip.* & *in cap. fin. de paroch.* si tamen pater fuit sepultus in uno sepulchro, avus verò & proavus in alio, sepelietur filius cum avo, & aliis majoribus, secundum Gloss. *in cap. is qui, de sepult. lib.* 6. licèt aliud voluit Abb. *in dict. cap.* 1. sed primum magis consonat juribus de hoc loquentibus: & si in nullo sepulchro sunt plures majores, sed hic est pater, illic avus, & sic de aliis, videtur tunc, quòd sit sepeliendus in ecclesia parochiali, cùm nullum est sepulchrum majorum; refert tamen Joan. And. *in novella*, de consuetudine esse, quòd tunc sepeliatur cum patre, & Abb. *in dict. cap.* 1. vult, quòd etiam sit de jure; sed primum videtur verius, secundum Petr. de Peru. *ubi suprà*, & placet Sylvest. *in summ. in* verbo *sepultura*, vers. *octavò quæritur*, ubi respondet ad fundamentum Abb. De Patriarcharum sepulchro, de viatoribus, & peregrinis & scholaribus, ubi sepeliantur, vide per Abb. *in cap.* 1. *eod. tit.* & infrà *eod. L.* 7.

(2) *Los Sacramentos.* Quid si in una ecclesia audiebat divina, in alia percipiebat ecclesiastica sacramenta, vel est parrochianus duarum ecclesiarum? Tunc si utraque ecclesia habet ejus funerandi, locus erit preventioni, *de rescript. cap. duobus, lib.* 6. & si non est præventio, Diœcesanus concordabit partes, secundum Petrum *ubi suprà*, & vide quod habetur *in cap. cum quis*, §. 1. & ibi Glos. *eod. tit. lib.* 6.

(3) *En la Eglesia Cathedral.* Vide *in cap. ubicunque*, 13. *quæst.* 2.

(4) *Su linaje.* Et licèt defunctus non eligat sepulturam majorum, sed ejus consanguinei eum ibi sepeliant, adhuc debetur quarta ecclesiæ parochiali, quasi tacitè talis locus per eum videatur electus, *L.* 2. *ff. de jure codicil.* secundum Innoc. *in cap. in nostra, de sepult.* Bald. *in L. si quis ad declinandum, columm. penult. C. de Episcop. & cleric.* vers. *quartò quæritur.*

(5) *Puedelo fazer.* Quilibet enim sive masculus sive fœmina potest sibi eligere sepulturam, *cap.* 1. & *cap. fraternitatem*, & *cap. in nostra, cap. de uxore, de sepult.* etsi eligat locum minus religiosum, ut habetur hodiè *in cap.* 2. §. *fin. eod. tit. lib.* 6. & potest eligere etiam filiusfamilias, si tamen pubes sit, ut *in cap. licet, eod. tit. lib.* 6. Item, & servus, quia in spiritualibus cessat dominica potestas, *cap.* 1. *de conjug. servor.* de religioso dic, ut *in cap. fin. eod. tit. lib.* 6. & per Abb. *in cap. de uxore, eod. tit.* ubi quid de Abbate. Item & hodiè cùm de jure Regni damnatus ad mortem potest facere testamentum, poterit eligere sepulturam: & vide quæ de jure communi dicit Specul. & Joan. And. ibi *in additione, in tit. de instrum. edition.* §. *compendiosæ, colum.* 3. & *in vers.* 13. & nota, quòd relictum ecclesiæ pro sepultura tacitè videtur adimi, si alibi eligat sepulturam, secundum Abb. *in cap. in nostra, de sepult. ultim. notab.* Item nota, quòd si religiosi concesserunt mihi, ut in aliquo loco suæ ecclesiæ possem facere sepulturam pro me & meis, & ibi incepi sepelire, si posteà conveniam cum eis, quòd non possim sepelire nisi usque ad certum numerum, & quòd non possim ibi construere monumentum cum lapidibus nisi usque ad certam mensuram, quòd ista conventio non valet, & possum sepelire, quot volam, &

fueras ende si lo fiziesse por falago (6) de algunos, que le fiziessen engañosamente, que se soterrasse en su Eglesia, o si lo fiziesse por malquerencia de los Clerigos donde fuesse parrochiano, o por desprecio dellos, o si non dexasse (7) alguna cosa a su Eglesia: ca si alguno fiziesse contra esto, e se mandasse soterrar en otro Cementerio, faziendolo por alguna destas quatro cosas sobredichas, pueden los Clerigos de aquella Eglesia, donde era perrochiano, demandar el cuerpo, con todos los derechos que fueren dados con el por razon de la sepultura. E si por auentura escogiesse sepultura en otro Cimenterio, non lo faziendo por ninguna destas quatro maneras sobredichas, si dexare alguna cosa a su Eglesia donde era parrochiano, deue auer demas (8) desto la tercia, o la quarta parte, o la mitad, segun la costumbre (9) que fuere vsada en aquel Obispado, o en aquella tierra do el biuiere, de lo que el mando a aquella Eglesia, do escogiesse sepultura, e de lo que ouiere mandado a otras Eglesias (10), o a Monesterios, o a Ordenes, qualesquier que fuessen. E si non ouiesse en aquella tierra costumbre cierta, de quanto deuia tomar, deue auer la quarta (11) parte; e ninguno non se puede escusar que la non de, maguer diga que non auia costumbre (12) de dar cosa por esta razon. Otras Egle-

& ornamenta lapidum facere, prout decet, ita tenet Paul. de Cast. per textum ibi *in L. caveri*, *ff. comun. prædior.*

(6) *Falago.* Adde *cap. in nostra*, *ad fin. eod. tit.* & habes hìc, quòd non tenet electio sepulturæ, ubi quis illectus, vel ex contemptu ecclesiæ suæ alibi elegit sepulturam, & adde glossam notabilem *in cap. ubicumque temporum*, 13. *quæst.* 2. quòd nisi appareat certa causa mutationis, semper præsumitur illectio, vel contemptus, nisi servet in eligendo ordinem traditum in *dict. cap. ubicumque*; dictum tamen illius glossæ hodiè non procedit stante dispositione *cap. cum quis*, §. *fin. de sepult. lib.* 6. prout & vult Archid. *in dict. cap. ubicumque*, *super fine illius glossæ*: est tamen pulchrum dubium, utrum istud de illectione, vel contemptu procedat hodiè stante dispositione illius capituli, & videtur Abb. *in cap. fraternitatis*, *in fin. eod. tit.* velle, quòd sic, ubi dicit hæc verba: Item potest procedere iste textus quando dolo fuit inductus, vel ex contemptu elegit sepulturam in loco minùs religioso, *cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. vel quando non solvitur portio ecclesiæ parochiali, Imol. & Hostiens. *eod. tit. in summ.* §. *& apud quam ecclesiam*, vult, quòd etsi eligat ad sepulturam locum magis religiosum, si tamen fuerit illectus, vel ex contemptu & temeritate transierit, non tenet electio, & dicta Hostiens. sequitur lex ista Partitarum: & quod dicitur de illectione procederet fortè, quando dolosè fuit persuasus, ita quòd ex dolo fuit motus ad eligendum sepulturam, aliàs non electurus dolo cessante; nam si tantùm esset simplex persuasio blando sermone, non esset criminosum, *L. fin. C. si quis aliquem testari prohib.* & pro hoc facit, quod dicunt Joan. Andr. & Joan. de Lig. & Dominicus *in cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. ubi dicunt, quòd simpliciter exhortans ad eligendum non interveniente promissione, voto, seu juramento, non incurrit pœnam illius capituli, & hoc per illum textum; adde quod notat Abb. *in dict. cap. in nostra*, *super glossa in* verbo *nisi dolo.*

(7) *O si non dexasse.* Idem voluit Hostiens. *in dict.* §. *& apud quam ecclesiam*, vers. *vel non reddatur canonica portio*, motus per textum *in cap.* 1. *eod. tit.* nam sub certa forma conceditur ibi electio sepulturæ, si scilicet canonica portio ecclesiæ parrochiali relinquatur, & sub anathemate prohibetur, ne aliter eligatur; ergo si hæc forma non servatur, electio non valebit, dicit ipse: hoc etiam probatur *in cap.* 2. *eod. tit.* ibi: *medietatem ecclesiæ*, *ad quam pertinere dignoscitur*, *relinquat.* Sed certè judicio meo, hoc est durum dicere, quòd hæc omissio vitiet electionem; jura enim tantùm volunt, quòd de relictis ecclesiæ sepulturæ detur canonica portio ecclesiæ parochiali, non quòd teneatur expresso suo judicio relinquere, & ita loquitur etiam textus *in dict. cap.* 1. & non prohibetur ibi sub anathemate, si aliter eligatur, sed si canonica portio non solvatur. Item *dictum cap.* 2. licèt jubeat relinqui, non ex omissione annullat electionem sepulturæ, sed vult, quòd debeatur etiamsi non relinquat, & hoc idem videtur colligi ex ista lege Partitarum, cùm inferiùs subdit, *si dexasse alguna cosa a la Eglesia*, *&c.* Unde innuit, quòd non sit necessarium relinquere istam quartam canonicam, sed quòd etsi non relinquat, debet haberi ab ecclesia sepulturæ, & probat optimè textus *in cap. de his*, *eod. tit.* ibi: *nihil tibi*, *vel ecclesiis*, *à quibus receperunt salutis pabula relinquentes*, ubi clarè hoc vult, & notat Abb. *in* 2. *notabil.* Item, si advertis, lex ista Partitarum non exigit, quòd tota portio canonica relinquatur, sed quòd aliquid legetur; imò & hoc, quòd sit necesse ut electio valeat, quòd aliquid legetur, non memini de jure canonico vidisse cautum, sed potiùs contrarium colligitur ex *dict. cap. de his*; tene tamen menti istam legem Partitarum.

(8) *Demas.* Habes hìc, quòd legatum factum ecclesiæ parochiali ab eo, qui alibi elegit sepulturam, non computatur in quartam parochialem, quæ & fuit opinio Hostiens. *in cap. officii*, *de testam.* Cardin. *in Clement. dudum*, §. *verum*, *quæst.* 27. *de sepult.* ubi Ancar. *quæst.* 11. item Decius *in authent. præterea*, *C. unde vir & uxor*, *colum.* 8. Contrariam opinionem, imò, quod computetur in quartam, tenet Anton. Joan. de Imol. Abb. *in dict. cap. officii*, Frederic. *consil.* 3. Joan. de Lig. & Imol. *in dict. Clement. dudum*, Salycet. & Alexand. *in dict. authent. præterea*, idem Alexand. *in L. si cum dotem*, §. *si pater*, *ff. solut. matrim.* Corneus *in dict. authent. præterea*, & sic hæc opinio est magis communis. Tene menti istam legem Partitarum contra communem: & fortè ista opinio quam sequitur ista lex, est de jure verior, quando testator non reliquit totam quartam, nam si totam reliquisset, nihil aliud posset peti ab ecclesia parochiali, ut *in cap.* 1. & 2. *de sepult.* Hostiens. *in dict. cap. officii.*

(9) *Segun la costumbre.* Adde *cap. certificari*, *de sepult.*

(10) *A otras Eglesias.* Sequitur opinionem Hostiens. *in cap.* 1. *eod. tit.* ubi Glossa tenet contrarium, imò, quòd tantùm debeatur de relictis ecclesiæ sepulturæ, Glossa etiam *in cap. cum super*, & *cap. certificari*, *eod. tit.* Innoc. *in cap.* 2. *eod. tit.* Abb. *in dict. cap.* 1. & certè ista de jure Canonico videtur verior & æquior opinio, quam & tenet Bald. *in L. si quis ad declinandam*, *colum. penult. C. de Episcop. & cleric.*

(11) *La quarta.* Ita dixit Gloss. *in dict. cap. certificari*, *eod. tit.* & adde *Clement. dudum*, §. *verum*, *eod. tit.* & vide per Hostiens. *eod. tit. in summ.* §. *& quota sit*, & ecclesia cui est relictum, debet istam quartam ecclesiæ parochiali, & aliam quartam Episcopo, cui illa ecclesia subjacet, Hostiens. *in summ. tit. de sepult.* §. *utrum*, Abb. & communiter Doct. *in cap. fin. de testam.* deduci tamen debet priùs quarta debita ecclesiæ parochiali, secundum Abb. *in cap. certificari*, *de sepult.*

(12) *Costumbre.* Sequitur dicta Hostiens. *in dict.* §. *& quota sit*, dicens, quòd talis consuetudo omnino irrationabilis esset, & leonina: si tamen secundum eum esset consuetudo, quòd aliquid solveretur, licèt sit minus quarta, valeret, si esset legitimè præscripta. Abb. *in cap. certificari*, *de sepult.* tenet, quòd pro parte, & in totum potest præscribi contra solutionem hujus quartæ; sed cùm sit præscriptio contra jus, requiritur titulus & tempus quadraginta annorum, vel tempus de cujus initio non sit memoria, quando non adsit titulus: videas ibi per eum, & per Hostiens. & Joan. Andr. ibi, qui idem voluerunt; & procedit hoc, quando consuetudo inducitur contra eum, cui debetur de jure communi, quia tunc non est propiè consuetudo, sed præscriptio, ideò debet habere comites præscriptionis; sed si induceretur contra alium, tunc potest induci, ut consuetudo, etiam sine titulo, quia ad esse con-

Eglesias ay, que non han derecho de rescebir los muertos, para darles sepulturas, Assi como la Capilla que fazen los omes en sus casas, tambien los de las Ordenes, como los otros en sus Castillos, o en sus logares estrechos, que les non otorgaron los Obispos Cementerios: ca en tales logares como estos, non deuen soterrar a ninguno, si non lo fiziessen por mandado de los Obispos (13); e si alguno contra esto fuesse, e se mandasse soterrar en tales logares (14), puede el Obispo, o otro Perlado a quien perteneciesse, demandar el cuerpo (15) de aquel muerto, que sea sacado de aquella sepultura, e sea soterrado en el Cimenterio de aquella Eglesia, onde era parrochiano, e de quien rescibia los Sacramentos de Santa Eglesia en su vida, e que den con el todas las otras cosas, que recibieron por razon de la sepultura.

LEY VI.

Que derecho pueden los Clerigos demandar de los sus parrochianos, que mueren sin testamento.

FInando alguno sin lengua, de manera que non fiziesse testamento, la Eglesia onde fuesse parrochiano, non ha razon de demandar ninguna cosa de su auer, fueras ende si lo ouiessen por costumbre en aquella tierra, de demandar alguna cosa. Pero si los parientes del muerto escogiessen sepultura para el en otra Eglesia (1), e diessen alguna cosa con el, si no lo fiziessen por alguna de las quatro razones sobredichas en la ley ante desta, bien puede la Eglesia donde era parrochiano, demandar su parte (2). Mas si lo fiziessen por alguna de las maneras sobredichas (3), puede demandar el cuerpo del muerto, con todas las cosas que fueren dadas con el, tambien como si el mismo ouiesse escogido la sepultura en su vida, en otro Cimenterio, faziendolo por alguna de aquellas quatro maneras. E otrosi la Eglesia Parrochial non deue demandar parte de las cosas, que su parrochiano mandasse en su testamento a personas ciertas (4), ni otrosi de las

consuetudinis, non requiritur titulus. Sunt etiam alii casus, in quibus hæc quarta non debetur, veluti si per privilegium aliqui à præstatione eximuntur, vel quando legatur ad usus privilegiatos, ut *in cap. fin. de testam.* & infrà *L. proxima*; vel quando ecclesiæ donatur inter vivos, *cap. de his, de sepult.* Item si ecclesia parochialis erat interdicta ex culpa sua, & non parochiani, vide per Dominic. *in cap.* 1. *de sepult. lib.* 6. Item, quando licèt alibi elegerit sepulturam, non tamen ibi sepelitur, vel ex facto contingente circa defunctum, vel quia hæredes nolunt illum deferre ad ecclesiam electam, secundum Frederic. *consil.* 10. contrarium vult Dominic. *in cap.* 1. *de sepult. lib.* 6. quia cùm ecclesia electa non privetur legatis factis ratione sepulturæ, ideò fortè neque sua quarta ecclesia parochialis. Item, quando tempore testamenti, & legati non elegit sepulturam, sed posteà tempore mortis illam elegit, vide *in cap. relatum, de sepult. in glossa*, & intellige, nisi hoc fieret in fraudem. Item si parochianus propter vacationem tempore longo non potuit in sua parochiali ecclesia audiri divina, neque sacramenta percipere, quia tunc non debetur quarta, si alibi elegit sepulturam, secundum Petrum de Perus. qui refert Baldum *in tract. de canonica portione*, ubi videas de istis, & de aliis in materia. Item, quando fit repositio funeris in aliquo loco ad tempus, secundum eundem Petrum *ubi suprà*, quem vide latiùs de istis, & Sylvest. *in summ. in* verbo *canonica portio*, vers. *nonò quæritur*, vide etiam aliqua notabilia in ista materia, per Bald. *in L. si quis ad declinandam, columm. penult. C. de Episcop. & cleric.*

(13) *De los Obispos.* Istud verbum nota tu multùm pro dictis Abb. *in cap. certificari, colum.* 2. *de sepult.* ubi quærit, quis possit dare privilegium sepulturæ in ecclesiis, quæ non habent populum, & concludit post Joan. Andr. quòd possit Episcopus; si tamen velit concedere cœmeterium de novo intra parochiam alterius, debet hoc facere ex justa causa, de consensu Capituli.

(14) *En tales logares.* Fidelis non potest elegere sepulturam in loco privato, & si elegerit, talis voluntas est spernenda, ut hìc, & *in cap. fraternitatem, eod. tit.* ubi Abb. 3. *notab.*

(15) *El cuerpo.* Adde *cap. fraternitatis*, & *cap. ex parte*, & *cap. in nostra, eod. tit.* & *cap. ecclesias*, 13. *quæst.* 1.

L E X VI.

Si defunctus non eligit sepulturam, si ejus consanguinei eum alibi, quàm in ecclesia sua sepeliant (cessantibus causis de quibus suprà *L. proxima*) habet ecclesia sua partem sibi debitam, de his, quæ per consanguineos data fuerint ecclesiæ sepulturæ. Si tamen ex aliqua ex dictis causis consanguinei id fecissent, ecclesia sua petet corpus, cum omnibus datis causa sepulturæ: item ista quarta parochialis non debetur de relictis certis personis, neque de armis, vel equis relictis in terræ sanctæ subsidium, vel pro fabrica vel ornamentis ecclesiæ, campanis vel luminaribus, vel aliis ad perpetuum cultum divinum legatis; neque de relictis pro anniversario septimo, vigesimo, vel trigesimo; neque de relictis hospitalibus vel pauperibus, seu in pontium refectionem, vel fabricationem, nisi in fraudem Episcopi, & ecclesiæ suæ relinquatur. Item, si quis in sanitate se cum rebus suis, vel aliqua parte dedicavit monasterio, religionem ingrediendo, nihil habebit sua ecclesia; si verò infirmus ingrediatur, & de tali infirmitate decesserit, habebit ecclesia sua partem. Hoc dicit.

(1) *En otra Eglesia.* Intellige, in qua tamen de jure deberet sepeliri, ut si ibi esset sepulchrum suorum majorum, nam aliàs non possent consanguinei aliam eligere, quàm parochialem, in qua percepit defunctus sacramenta; probatur hoc *in cap. licet, primo responso, de sepult. lib.* 6. ubi habetur, quòd neque pater pro filio impubere, cessante consuetudine, potest eligere aliam.

(2) *Su parte.* Vide quæ dixi suprà *L. proxima, in glossa* 4.

(3) *Sobredichas.* Quando scilicet dolo fuit electio sepulturæ facta, vel ex contemptu vel temeritate, vel si fuit electio facta de loco, in quo non erat jus funerandi: nam illud, si non reliquit aliquid ecclesiæ parochiali, non potest hìc imputari, cùm dicit ista lex in principio, quòd decessit defunctus perdita loquela ab intestato, & facit ad ea, quæ dixi *in dict. L. proxima, in* verbo, *o si no dexasse.*

(4) *A personas ciertas.* Extra illas, quas dixi suprà *L. proxima*; imò, ut ibi dixi, tantùm deducitur de relictis occasione sepulturæ: vide *in cap. ex parte*, el 3. *de verbor. signific.*

las armas, nin de los cauallos, que dexasse alguno para seruicio de la casa Santa de Ierusalem (5), nin de las cosas que dexassen para las lauores (6) de las Eglesias, o para ornamentos dellas (7), assi como para libros, e calices, e vestimentas, e cruzes, e campanas, e luminarias, e para otras cosas semejantes destas, que sean mandadas a seruicio de la Eglesia para siempre (8). Nin de aquello que mandassen a otra Eglesia para anniversario, o treyntanario (9), o septenario; nin de las cosas que dexassen por merced a los hospitales (10), o puentes, o a pobres. E esto se deue entender desta manera, si aquel que faze estas mandas, non lo faze engañosamente (11), en daño de su Obispo, e de los Clerigos de su Eglesia onde era parrochiano. Otrosi quando alguno en su sanidad (12) entrasse en Orden de Religion, e metiesse consigo alguna cosa de su auer, la Eglesia onde era parrochiano, non puede demandar nada de aquello que metiere consigo. Mas si entrasse seyendo enfermo, e muriesse de aquella enfermedad, deue auer la Eglesia, donde era parrochiano, su parte, segund dize en la ley ante desta.

LEY VII.

Quales Eglesias non menoscaban de sus derechos, quando sus parrochianos se sotierran en los Monesterios, o donde eran familiares.

NAtura, e razon mueue a los omes para amar las cosas que fazen, e para guardarlas quanto pueden, que se mejoren, e non se menoscaben; assi como el padre que ama a su fijo, e puna de guardarlo, porque biua en buen estado, e el que planta algun arbol, que lo riega, porque aya fruto del, de que se sirua. Esso mismo acaesce en todas las cosas, que fazen, o crian los omes, ca les son assi como en manera de fijos; e porende las criaturas que han en si entendimiento de razon, deuen amar, e honrrar, e seruir a los que las fizieron, o las criaron, o de quien rescibieron bien fecho. Onde por esta razon el que faze la Eglesia, deue amarla, e honrrarla, como cosa que el fizo a seruicio de Dios: e otrosi la Eglesia deue amar a el, e honrrarle, e reconoscerle ansi como a Padre. E pues que en el titulo ante deste fablamos, como deuen ser guardadas las cosas de la Eglesia, e que non deuen ser enajenadas, nin mal metidas, si non por razones ciertas; conuiene que digamos en este, del derecho que han de las Eglesias, aquellos que las fazen de nueuo, que son dichos Patrones. E primeramente mostraremos, que quiere dezir Patron: e que cosa es Patronadgo, e por quales cosas se gana: e que derecho ha el Patron en la Eglesia. E si alguno pusiere Clerigo en la Eglesia, non lo presentando el Patron, si la deue auer, o non. E en quantas maneras puede passar el derecho del Patronadgo de vn ome a otro. E que deuen fazer quando son muchos Patrones en vna Eglesia, e non se

verò respectu alterius interesse, pro quo vellet agere contra alienantem; opinionem tamen, quod neque agat ad pretium emptor malæ fidei, tenet Abb. *in cap. si quis presbyterorum, de rebus eccles. non alienand. in fin.* tene ergò menti istam legem Partitarum in hac varietate opinionum.

(8) *Por donadio.* Concordat cum *authent. qui res, C. de sacros. eccles.*

(9) *Esso mismo seria.* Vide *in dict. authent. qui res,* & dic ut ibi.

LEX XII.

Est in ecclesiæ electione agere pro re illicitè alienata, & interesse contra alienantem, vel contra possessorem, & si ab uno recuperat, liberatur alter, & si partem tamen recuperat ab uno, aget contra alterum pro residuo: item Prælatus, qui illicitè alienavit, revocare potest alienationem, & agere contra possessorem nomine ecclesiæ suæ; cogetur tamen ipse restituere pretium, & meliorationis extimationem. Hoc dicit.

(1) *Tenedor.* Ut *in dict. cap. si quis presbyterorum, eod. tit.* & 16. *quæst.* 7. *cap. filiis vel nepotibus, L. jubemus*, la 2. §. *fin. C. de sacros. eccles.*

(2) *O al que las enajeno.* Adde *cap. Apostolicos*, 12. *quæst.* 2. & *L. fin. C. si tutor, vel curat.* Hostiens. *in summ. de reb. eccles. non alienand.* §. *an res alienata,* vers. *ecclesia autem*, Gloss. *in dict. cap. si quis presbyterorum, eod. tit.*

(3) *Al otro.* Prosequitur dicta Gloss. *in dict. cap. si quis presbyterorum*, & Hostiens. *ubi suprà.*

(4) *Lo que fincasse.* Prosequitur dicta Hostiens. *ubi suprà*, ubi, & vult procedere, etsi componat cum uno.

(5) *El mismo.* Concordat *cap. si quis presbyterorum,* & ibi Glos. *eod. tit.* etiam si jurasset, ut ibi per Gloss.

(6) *El precio.* Vide suprà *eod. L. proxima, in glossa antepenult.* & si esset emptor bonæ fidei, & alienator non esset solvendo, posset agere contra ecclesiam, quatenus ex illo pretio facta est locupletior. Abb. *in dict. cap. si quis presbyterorum, in fin.*

(7) *Mejoria.* Intellige, quando esset emptor bonæ fidei; nam si esset malæ fidei, tantùm posset ab alienante consequi pretium, non aliud interesse, ut dixi suprà *L. proxima*, & vide quod habetur *in L.* 41. & 43. *tit.* 28. 3. *Partit.*

se acuerdan en presentar Clerigo. E fasta quanto tiempo lo pueden presentar, despues que la Eglesia vacare.

L E Y I.

Que quiere dezir Patron, e Patronadgo, e porque se gana, e que derecho ha el Patron en la Eglesia.

PAtronus en latin, tanto quiere dezir en romance, como padre de carga (1). Ca assi como el padre del ome, es encargado de fazienda del fijo, en criarlo, e en guardarlo, e en buscalle todo el bien que pudiere; assi el que fiziere la Eglesia, es tenudo de sofrir la carga della, abondandola de todas las cosas, que fueren menester quando la faze, e amparandola despues que fuere fecha. E Patronadgo es derecho, o poder (2), que ganan en la Eglesia, por bienes que fazen, los que son Patrones della, e este derecho gana ome por tres cosas (3). La vna, por el suelo (4) que da a la Eglesia, en que la fazen. La segun-

TITULUS XV. DE JURE PATRONATUS.

L E X I.

Patronus dicitur quasi pater oneris, quia ecclesiæ onera sustinet: & acquiritur jus patronatus fundatione, constructione & dotatione: & consequitur patronus jus honorificum, utile, & onerosum. Præsentat patronus clericum, vacante ecclesia, nisi sit ecclesia cathedralis, vel conventualis, in qua talis ecclesiæ Capitulum eliget Prælatum, & patrono præsentabit electum, ut sibi placeat; non verò eliget eum ipse patronus ecclesiæ conventualis, nisi à Papa sibi ex privilegio sit concessum; quod privilegium Papa posset concedere etiam non patrono. Et si consuetudo sit, quòd patronus adsit electioni, vel quòd invitetur ad eam, servanda est consuetudo, etsi à Papa non sit concessum. Item præcedit patronus in processione & sessione. Hoc dicit.

(1) *Padre de carga.* Id est pater oneris, & est optima etymologia. Innoc. & alii *in rubric. eod. tit.* dicunt, quòd ideò patronus sic vocatur, quia sicut pater filium, ita patronus rem, id est, ecclesiam de non esse deducit ad esse.

(2) *Derecho, o poder.* Diffinitionem Gofred. *eod. tit. in summ.* sequitur hìc, detracto verbo deffinitionis Gofred. cùm dicebat, *ante consecrationem*: diffinit enim Gofred. jus patronatus, *est auctoritas, vel potestas proveniens ex beneficiis ante consecrationem ecclesiæ collatis*; & rectè lex ista detraxit illud verbum, quia etiam post consecrationem istud jus potest acquiri, ut declarat Abb. *in cap.* 3. *eodem tit.* Joan. And. & sequentes Doctor. communiter *in rubric. hujus tit.* posuerunt latiorem diffinitionem, scilicet, quòd jus patronatus est *jus honorificum, & onerosum, & utile alicui in ecclesia competens, pro eo, quòd de diœcesani consensu illam fundavit, dotavit, vel construxit ipse, vel is à quo justam causam habet*; & singula verba hujus diffinitionis declarat Abb. *in dict. rubric.* & Rochus *in suo tract. de jure patronat. per totum*, qui addidit diffinitioni, *solus, vel alio concurrente.*

(3) *Tres cosas.* Ortum habet hæc lex à notatis per Gloss. *in cap. piæ mentis*, 16. *quæst.* 7. An autem quælibet istarum causarum sufficiat ad acquirendum jus patronatus ecclesiæ? Videtur dicendum, quòd non; quia fundatio, constructio, & dotatio debent copulativè intervenire, vel per unam personam, vel per plures ad hoc, ut jus patronatus in esse deducatur, & acquiratur, secundum Abb. quia ita declarat *consil.* 106. incipit, *prius juxta ordinem*, *columm.* 1. *in fin. volum.* 2. per Gloss. *in cap. quicumque*, el 2. 16. *quæst.* 7. ubi, quòd si quis modicam dotem conferat ecclesiæ, non est patronus: ergò minus erit, si nullam dotem conferat, sed solùm fundet, vel construat, & idem Abb. *in cap. audientiam*, el 1. 3. *notabil. de eccles. ædificand.* contrarium tenet Cardin. *consil.* 122. & contrarium sentit Abb. *consil.* 59. incipit, *quidam D. Jacob. colum.* 1. possunt hæc concordari, secundum Rochum *in tract. de jur. patronat. chart.* 1. *col.* 2. quòd scilicet unum ex istis sufficiat, altero scilicet supplente, ita quòd si unus fundat, alter construat, & alius dotet, omnes erunt patroni. Adde Abb. *in cap. cum ecclesia*, *colum. penult. de elect.* & *cap. piæ mentis*, & *cap. placuit*, & ibi Archid. 16. *quæst.* 7. Bald. *novella*, *in tractat. de dote*, *in princ. colum.* 1. & si ecclesia esset jam constructa, ex dotatione acquireret quis jus patronatus, ut tradit idem Rochus *in dict. tractat. super* verbo *& dotavit*, *colum.* 1. an autem ex consuetudine, vel præscriptione acquiri possit jus patronatus? Videas per Abb. *in cap. querelam*, *de elect. colum.* 3. & Alexand. *consil.* 75. 4. *volum.* per Francis. Balb. *in tract. præscriptionum*, *chart.* 46. *colum.* 5. vers. *nonò quæro*, & *chart.* 47. & Paul. à Citadinis *in suo tract. juris patronat. in quinta causa acquirendi jus patronatus*, vers. *primò quæro*, *in* 3. *parte tractatus*, vide omninò: & an assensu unius patroni, alius qui non erat, efficiatur patronus? Dic, quòd non; quia non potest unus patronus augere numerum patronorum taliter consentiendo, quia tractatur de præjudicio ecclesiæ, quod pluribus patronis subjiciatur, ut tradit Dominicus *in cap.* 1. *de reb. eccles. non alienand. lib.* 6. *in* §. *laici*, *in princ.* & tradit etiam Decius *consil.* 149. incipit, *in causa juris patronatus*, *colum.* 3. an verò ex reparatione, vel reædificatione ecclesiæ acquiratur jus patronatus? Glos. *in cap.* 3. *eod. tit.* distinguit, aut ecclesia fuit funditùs destructa, & tunc reficiens efficitur patronus; aut non fuit funditùs destructa, & tunc non; & glossa illa communiter approbatur ibi, & videas per Rochum *in tract. de jure patronatus*, *in* verbo *construxit*, *quæst.* 8. potest etiam hoc jus competere ex speciali privilegio Papæ, de quo vide Paulum à Citadinis *in dict.* 3. *parte sui tractatus*, vers. *pro sexta causa.*

(4) *Por el suelo.* Adde *cap. Abbatem*, 18. *quæst.* 2. *cap. nobis*, *de jure patronat.* & probat ista lex, quòd licèt quis non fundet ecclesiam, sed assignet domum, vel solarium pro ea, acquirit jus patronatus, vide Archid. *in cap. nemo*, *de consecr. dist.* 1. & Paulus à Citadin. *in suo tract. juris patronatus*, *chart.* 7. vers. 30. *quæro*, Roch. *in* parte *ecclesiam fundavit*, vers. *nonò quæro*, & requiritur, quòd assignatio fundi fiat de consensu Episcopi ad acquisitionem juris patronatus, secundum Joan. Andr. *in cap. nobis*, *eod. tit. colum.* 2. vide in materia Roch. *in dicta* parte *ecclesiam fundavit*, ubi ponit duodecim quæstiones super isto verbo, & in quantum in quæstione duodecima concludit, quòd super fundo subjecto fideicommisso non potest construi ecclesia, allegans Bart. *in L. si locus*, *in fin. ff. de relig. & sumpt. fun.* Adde, quæ notat Bald. *in rubric. ff. de rerum division. col.* 1. ubi tradit, requiri consensum domini in fundo feudali, & in prædiis tributariis requiri consensum ejus, cui est tributarius fundus: posset tamen fieri secundum eum in fundo etiam alii specialiter obligato, si ex aliis bonis possit creditori satisfieri: & ibidem, quòd si pater mandavit in testamento hospitale fieri in domibus suis, & filius velit illas domos eligere pro sua legitima, non auditur filius; quia pater potest eligere unam rem, de qua testari potest, si filius in cæteris bonis relictis potest habere legitimam. Adde etiam in ista materia bonam glossam *in cap. secundum canonicam*, 23. *quæst.* 8. ubi, quid si ecclesia fundetur in prædio tributario, an ecclesia debeat solvere tributum? Et concludit, distinguendo inter fundatorem bonæ, vel malæ fidei: nam si bonæ fidei, de illis locis quæ sunt extra atrium, Imperator habebit tributum; non autem de loco ubi est ecclesia, sed per hoc fiet patronus. Si vero malæ fidei, ad æstimationem est compellendus; vide ibi Archid. qui sive sit bonæ, sive malæ fidei, vult semper teneri ad æstimationem, cùm non conveniat ad ecclesiam lucrum quærere de alieno. Quid autem, si ecclesia parochialis in fundo suo aliam construat, cui competat potestas providendi illam ecclesiam, vide glossam notabilem *in cap. eam te*, *de ætate*, *& qualitate*, & Abb. *in cap.* 3. *de eccles. ædificand.*

gunda, porque la fazen (5). La tercera, por heredamiento que le da, a que dizen Dote (6), onde biuan los Clerigos que la siruieren, e de que puedan complir las otras cosas, segund dize en el titulo (7) que fabla de como deuen fazer las Eglesias. Otrosi pertenescen al Patron tres cosas (8) de su derecho, por razon del Patronadgo. La vna, es honrra: la otra, es pro, que deue auer ende: la tercera, cuydado, e trabajo que deue auer. E quando la Eglesia vacare, deue presentar (9) Clerigo para ella. E esto se entiende, si non fuere Eglesia Catredal, o Conuentual (10), ca en estas atales el Cabildo, o el Conuento ha de elegir su Perlado, e despues desto hanle de presentar la elecion fecha al Patron, que le plega, e la otorgue (11). Pero si el Patron quando quisiere fazer Eglesia que sea Collegiada, que quiere tanto dezir, como Conuentual, dixere que quiere este derecho auer en ella, que pueda el solo elegir el Perlado, o con los

(5) *Porque la fazen.* Adde *cap. monasterium*, 16. *quæst.* 7. & Gloss. *ead. causa & quæst. cap. piæ mentis*, & intellige, ut dixi suprà, interveniente etiam dotatione ab eo, vel ab alio: an autem construens in ecclesia Capellam, teneatur eam dotare? Joan. de Anani. *consil.* 23. & ibi *in additione* Ludovicus Boloninus dicunt, quòd non, ex multis fundamentis quæ ibi videbis; contrarium tenet Abb. *in dict. cap. ad audientiam*, el 1. 3. *notab. de eccles. ædificand.* & *consil.* 89. 2. *vol.* & istam partem amplectitur Roch. *in tractat. juris patronat. in* verbo *construxit*, *in* 4. *quæst.* ubi limitat, nisi quis ad ornatum ecclesiæ ipsam capellam, vel altare quispiam construxisset, secundum Abb. *consil.* 106. 2. *volum.* Quid autem, si quis cœpit ædificare ecclesiam, & pœnituit? Et relicto ædificio, alius perfecit, quis istorum erit patronus? Istam quæstionem movet Paul. à Citadin. *in suo tract. juris patronat. chart.* 5. *colum.* 1. vers. 14. *quæro*, & concludit, quòd acquiratur secundo, & non primo; ibi poteris videre per eum: in contrarium tamen facit, quia licèt Gloss. *in cap. quicunque*, 16. *quæst.* 7. dicat, quòd si quis modicum contulit pro dote ecclesiæ, non efficitur patronus; tamen dictum illius glossæ procedit, quando alii etiam non dotarent, nam si alii dotarent, & ex datis per omnes dos esset sufficiens, omnes erunt patroni, ut est glossa *in summ.* 63. *dist.* notant Doctor. & signanter Abb. *in rub. de jure patronat.* ubi idem dicit consimili ratione dicendum in pluribus construentibus. Unde fortè esset dicendum, quòd dictum Pauli debeat limitari, quando alii non perfecerunt cum eo ecclesiæ constructionem, sed ut Paulus dicit, pœnituit eum, & reliquit ædificium, habens pro derelicto; secùs, si non ita reliquisset, sed fortè, quia amplius tunc non potuit facere, & successerunt qui fecerunt; nam tunc videtur, quòd omnes essent patroni. Alias quæstiones in ista materia vide per Roch. & Paul. *in dictis tractatib.* Et an in monasterio religiosorum possit acquiri jus patronatus ipsis invitis, videas per Roch. *in dict. suo tract. in* verbo *in ecclesia*, *quæst.* 53. & an in monasterio, in quo sit capella juris patronatus, possit præsentari clericus sæcularis, videas per Abb. *consil.* 59. incipit, *quidam Jacob*, & Rochum *in* verbo *honorificum*, *quæst.* 4. Et quid si ecclesia sit fundata de pecunia simoniaca, an ecclesia sit demolienda, & quid de patronatu talis ecclesiæ, videas glossam notabilem *in cap. non est putanda*, 1. *quæst.* 1. & ad dictam glossam videas Roch. *in tractat. de jure patronat. chart.* 13. *colum.* 4. & Paulus à Citadin. *in* 3. *parte sui tractatus*, *quæst.* 23. 24. 25. 26. & 27. ubi latè distinguit inter bona malè quæsita, quorum dominium transfertur, neque competit repetitio; & inter illa quorum dominium non transfertur, & competit repetitio; videas ibi per eum. Et an disponens, & relinquens aliquam ecclesiam de suis bonis fieri, possit apponere conditionem, quòd talis ibi sit Rector, vide Bart. quòd sic, *in L. si quis ob hoc*, *ff. de pollicitat.* & videas, quæ notat Glossa *in cap.* 2. 10. *quæst.* 1.

(6) *Dote.* Adde *cap. filiis*, 16. *quæst.* 7. & *cap. quicunque*, & quod habetur 63. *dist. in summa*, & procedit, etiamsi ecclesia dotetur post ejus consecrationem, secundum Innocent. *in rubric. istius tituli*: licèt Gloss. voluit contrarium *in cap. piæ mentis*, 16. *quæst.* 7. opinio Innocentii communiter approbatur cum moderamine, de quo per Joan. Andr. *in cap.* 1. *eod. tit.* scilicet, dummodo id fiat de consensu Episcopi, & dummodo ab eo, qui construi, vel consecrari fecit ecclesiam, dos haberi non possit, tradit Rochus super *tractat. juris patronat. in* verbo *& dotavit*, *colum.* 1. vers. *secundò quæro*, ubi & videas *quæst.* 3. quid si dos ecclesiæ esset depauperata, non tamen in totum perempta; & adde Bart. *in authent. ut nullus fabric. orator. domos*, *collat.* 5. ubi etiam Bart. remissivè tradit, an possit dotans apponere conditionem in dotatione, quòd ad Episcopum non spectet ordinatio ecclesiæ; & concluditur, quòd non, ut tradit Paul. à Citadin. *in dict. suo tractat.* 3. *part. in causa secunda acquirendi jus patronatus* vers. *nonò quæro*, cui adde Rochum *in dict. suo tractat. in* verbo *pro eo, quod de diœcesani consensu*, vers. *duodecimò quæro*, ubi latè de ista materia, & videas textum cum glossa *in cap. si quidam*, 10. *quæst.* 1. & Decium *consil.* 131. & plures quæstiones in ista materia videbis *in dictis tractatibus*, quas hìc transcribere haud operæ pretium, neve necessarium fore arbitrati sumus. Et ad id, quod Rochus tradit *quæst.* 6. quòd ex donatione vel relicto facto ecclesiæ, quis non acquirat jus patronatus, & quòd volentes dotare sint cauti, ut dicant quòd pro dote talia bona largiuntur, ex dictis Abb. *in cap. quoniam, super gloss.* 1. *eod. tit.* & ejusdem Abb. *consil.* 59. *quidam dominus Jacob.* 2. *volum.* nisi talis donatio fiat à construente ecclesiam, vel aliis conjecturis videatur, quòd sit pro dote ecclesiæ; adde Bald. *novell. in tractat. de dote, in princ. col.* 5. ubi & vult, quòd si ecclesia esset pauper & indotata, legans stabilia tali ecclesiæ, præsumitur quòd facit causa dotis constituendæ, quia ita suadet subjecta materia, per id quod habetur *in L. quod autem*, *ff. de jure dotium*, & ex ista lege Partitarum videtur probari, quòd ad acquirendum jus patronatus sufficit constructio, fundatio, vel dotatio ecclesiæ, si fiat de consensu Episcopi, absque eo quòd construens, fundans, vel dotans sibi reservet jus patronatus expressè; quod & videtur de mente Glossæ *in dict. cap. piæ mentis*, 16. *quæst.* 7. & vult Hostiens. *in summ. eod. tit.* §. *ex quibus*, licèt Paul. à Citadin. *in dict. suo tractat. in dict.* 3. *part. in* 2. *causa*, vers. *quintò quæro*, nititur fundare contrarium; videas ibi per eum.

(7) *En el titulo.* Vide *in L.* 2. *tit.* 10. *suprà ead. Partit.*

(8) *Tres cosas.* Adde Gloss. *in dict. cap. piæ mentis.*

(9) *Presentar.* Vide *in cap. decernimus*, 16. *quæst.* 7. & *de jur. patronat. per totum*; præsertim *in cap. illud*, & *cap. ex insinuatione*: & circa istam præsentationem tractantur multæ quæstiones notabiles per Roch. *in suo tractat. de jur. patronat. in* verbo *honorificum*, & dixit Gloss. *in cap. hortamur*, 71. *dist.* quòd si in diœcesi est idoneus, non præsentabit extraneum; sed textus ibi vult, quòd si suscipiatur ab Episcopo cum litteris commendatitiis extraneus poterit præsentari & institui, vide infrà *eod. L.* 13. & an præsentet clericum Diaconum & Subdiaconum ecclesiæ, vide Gloss. *in cap. principali*, 63. *dist.* Roch. *ubi suprà*, *chart.* 5. *colum.* 4. & potest præsentare absentem, si est notus, vide Abb. *in cap. ea noscitur*, *de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli.*

(10) *Catedral, o Conuentual.* Concordat cum *cap. nobis fuit*, *eod. tit.* & vide quæ dixi *in L.* 18. *tit.* 5. *suprà ead. Partita*; ad præbendas verò Canonicorum, & aliorum citra Prælatum, habet patronus præsentationem, etiam in ecclesia Collegiata, ut tradit notabiliter Abb. post alios *in dict. cap. nobis*, & *in cap. penult. eod. tit.* & adde Gloss. *in cap. principali*, 63. *dist.*

(11) *La otorgue.* Et licèt dissentiat, non irritatur electio, ut *in cap. cum terra*, & *in cap. cum inter universas*, & *cap. quod sicut*, *de elect.* Hostiens. *in summ. de jure patronat.* §. *quid competat*; & vide quæ dixi *in dict. L.* 18.

los otros Clerigos, que y fuessen, e lo ouieren de elegir; si el Papa gelo otorgare (12), bien lo puede auer, e de otra guisa non. E esso mismo seria, si el Papa diesse ende priuilegio, que pudiesse esto fazer, maguer non fuesse Patron. Mas si costumbre fuesse que el Patron estouiesse delante, quando la elecion fiziessen los Clerigos, o que le rogassen que viniesse y, bien puede ser y (13), maguer non lo mandasse el Apostolico. Aun honrra ha en otra cosa, que quando viniere a la Eglesia, que le deuen poner encima de la Procession (14), quando la fizieren, assi como Mayoral, e aya en la Eglesia logar mas honrrado que los otros, para seer (15).

LEY II.

En que cosas se puede el Patron aprouechar, en la Eglesia onde es Patron.

APremiado seyendo algun Patron de pobreza, assi que non ouiesse de que biuir (1), deuenle dar los Clerigos de las rentas de la Eglesia onde es Patron, de que biua (2), si fuessen y tantas, que puedan cumplir a todos mesuradamente. Ca como quier que la Eglesia deua ayudar a todos los pobres, mas tenuda es de lo fazer a este (3), e mas abondadamente que a otros. E este es vn prouecho que deue ende auer. E sin este ha aun otro, que puede auer cada año algunas rentas señaladas de aquella Eglesia, maguer non sea pobre, si quando encomençare la Eglesia a fazer, pusiere con el Obispo (4), quanta renta deue ende leuar.

LEY III.

Que los Patrones deuen auer cuydado, e sofrir trabajo, para amparar e guardar las Eglesias, e sus cosas.

CUydado deue auer el Patron en guardar su Eglesia, e sofrir trabajo por ella, quando menester fuere. Ca si alguno quisiere fazer en ella, o en sus cosas daño, o menoscabo, el la deue amparar (1). Otrosi, sabiendo (2) que los Clerigos de la Eglesia fazen daño en las heredades della, o en los libros, o en las vestimentas, o en las otras cosas, deueles amonestar, que lo non fagan: e si non lo quisieren dexar de fazer por el, deuelo fazer saber al Obispo, o a su Vica-

(12) *Si el Papa gelo otorgare.* Adde *cap. hinc etiam*, 16. *quæst.* 1. & Gloss. *in dict. cap. nobis fuit*, *eod. tit.*

(13) *Bien puede ser y.* Valet ergo consuetudo, quòd patronus laicus interponat partes suas in electionis tractatu, non quòd ipse eligat, neque vox sua præstet suffragium electioni, ut hìc; & idem vult Innoc. Joan. Andr. & Abb. *in dict. cap. nobis*, & si patronus esset clericus, valeret consuetudo, ut ipse etiam vocem habeat, secundum Hostiens. *ubi suprà*; *cap. Eleuterius*, 18. *quæst.* 2. *cap. cum ecclesia Sutrina*, *de caus. poss. & propr.*

(14) *De la procession.* Concordat *dict. cap. nobis fuit*, *in fine*, & *cap. piæ mentis*, *cum cap. sequenti*, 16. *quæst.* 7. an autem debeatur patrono honor, ut non possit vocari in jus sine venia; Joann. Fab. *in* §. *in eum*, *in princ. Instit. de action.* dicit, quòd non reperitur jure cautum, quòd talis honor ei debeatur, & sequuntur Alexand. & Jason. *in L. generaliter*, *ff. de in jus vocando.*

(15) *Para seer.* Ex Gofred. *in summ. eod tit.* sumptum est, ubi dicit, hunc honorem sessionis multùm curare Italos, & benè, quia honor est maximum bonorum exteriorum, & virtuti soli debetur; debet ergò patronus tenere primum locum in processione, vel in ecclesia, vel inter alios laicos, secundum quod declaratur hìc, & tenet Hostiens. & Joan. Andr. *in dict. cap. nobis.*

LEX II.

Si patronus laboret inopia, & reditus ecclesiæ sufficiant omnibus moderatè, tàm clericis, quàm patrono, providetur ei egenti, & largiùs quàm aliis pauperibus. Item consequitur patronus, licèt dives sit, id quod in fundatione convenit, ut haberet. Hoc dicit.

(1) *De que biuir.* Sequitur dictum Glossæ *in cap. quicunque*, 16. *quæst.* 7. & intelligit Paul. à Citadin. *in suo tractat. juris patronat.* quòd non requiratur summa inopia, sed satis esse, quòd tendit ad magnam paupertatem; facit *cap.* 1. §. *sanè*, *de stat. regul. lib.* 6. & ibi Glossa, ubi dicit venire ad inopiam, quando non potest commodè sustentari, ut nobilis, qui non potest vivere sine centum florenis, licèt cum viginti possit vivere cum penuria.

(2) *De que biua.* Concordat cum *cap. quicunque*, 16. *quæst.* 7. & *cap. nobis fuit*, *eod. tit.* ubi vide Joan. And. & aliquas quæstiones in materia ponit Roch. *in dict. suo tractat. super* verbo *& utile*, ibi poteris videre; ponit etiam Paul. à Citadin. *in suo tractat. in* 6. *part. artic.* 4. ubi vide.

(3) *A este.* Adde Gloss. *in cap. quicunque*, 16. *quæst.* 7. & quod dicit glossa penultima *in cap. cum dilectus*, *de jur. patronat.*

(4) *Pusiere con el Obispo.* Concordat *cap. præterea*, el 2. *eod. tit.* & adde *cap. quanto*, & ibi Abb. 1. *notabili*, *de censib.* & quod notat Gloss. *in cap. generali*, *in* verbo *fundatione*, *de elect. lib.* 6. & vide, quod ad limitationem dicit Abb. *in cap.* 1. *de censib.*

LEX III.

Si clerici res ecclesiæ minùs benè administrent, patronus debet hoc Episcopo dicere, & eo postponente corrigere, conqueratur majori: & si patronus res ecclesiæ malè tractet, debet si laicus est excommunicari, si clericus usque ad satisfactionem ab officio, & beneficio suspendi: & si perseveret, deponi. Hoc dicit.

(1) *Amparar.* Concordat cum *cap. filii*, 16. *quæst.* 7. *cap. præterea*, *de jur. patronat.* vide Gloss. *in cap. constitutum*, 16 *quæst.* 1. & istud est onus, vide per Roch. *in dict. suo tract. in* parte *onerosum*; vide ibi per eum ponentem aliqua notabilia dicta, & per Paul. à Citadin. *in suo tractat.* 6. *part. artic.* 5. & ibi, quòd istam defensionem debet subire patronus expensis ecclesiæ, & non tenetur propriis expensis, allegat *cap. cum ex officii*, *in fine*, *de præscrip.* & ibidem, quòd non tenebitur ad refectionem ecclesiæ, nisi pro eo, quòd reciperet ab ecclesia: & nota, quòd consensus patroni non requiritur de necessitate in alienatione rerum ecclesiæ, secundum Innoc. & Abb. *in cap. unic. ut eccles. beneficia*, potes tamen contradicere, ubi sine justa causa fieret alienatio, *dict. cap. filiis*, 16. *quæst.* 7. unde utile est habere consensum patronorum ad litigia evitanda: & vide per Decium ubi hoc limitat *consil.* 174. incipit, *& pro tenui facultate mea*, *ad fin.*

(2) *Otrosi, sabiendo.* Sumpta est hæc lex *à cap. filiis*, *vel nepotibus*, 16. *quæst.* 7.

cario, que los castigue, que non menoscaben las cosas de la Eglesia. Mas si el Obispo quisiesse fazer, o fiziesse algun menoscabo en ella, el Patron lo deue dezir al Arçobispo, que non se lo consienta: e si el Arçobispo quisiere fazer alguna destas cosas, deuelo dezir al Papa, que lo faga castigar, que lo non faga; pues que otro mayor Perlado non ha, que lo pueda fazer emendar. E maguer el Patron pueda esto fazer, non deuen el, nin sus herederos tomar, nin enajenar ninguna cosa de la Eglesia, nin fazer engaño ninguno en ella; e si lo fiziesse, deuenle fazer afrenta, fasta que lo torne; e si non lo quisiere tornar, deuenlo descomulgar por ello: e esto se entiende seyendo el Patron lego, mas si fuesse Clerigo, deuenlo vedar de oficio, e de Beneficio, fasta que lo enmiende: e avn si por esto non le quisiere enmendar, deue ser depuesto (3) por ello.

LEY IIII.

Que los Patrones non deuen tomar ninguna cosa de la Eglesia.

CAthedral Eglesia, o Conuentual faziendo alguno, gana el derecho del Patronadgo (1) en ella, e deue ende en ella auer honrra, e pro, e cuydado de la guardar, tambien como de las otras Eglesias menores que son Parrochiales, segund dize en la quarta ley ante desta: e ninguno non deue tomar della otra cosa, fueras aquello que es otorgado por derecho de Santa Eglesia: onde si algunos legos, por razon que son Patrones, quisieren tomar los diezmos (2), e las ofrendas del pan, e del vino, o de las otras cosas que ofrescen a las Eglesias; defendio Santa Eglesia, que non lo fiziessen; e non fizo esto sin razon. Ca si en la vieja Ley (3) ninguno del pueblo non era osado de tomar, nin de comer los panes que ofresciessen en el Templo, fueras los Sacerdotes; quanto menos deuen atreuerse los Christianos, de los tomar, nin de comerlos, nin de darlos, nin de venderlos a otro. Ca estas ofrendas, non las deue otro tomar, si non los Clerigos, que siruen las Eglesias, e dan los Sacramentos a los pueblos, e ruegan a Dios por ellos; e porende manda Santa Eglesia (4), que si algun Christiano fiziesse tal cosa, e non lo quisiesse enmendar, que fuesse descomulgado, e apartado de la Christiandad, fasta que lo enmendasse.

LEY V.

Que Obispos non deuen poner Clerigos, que sean Patrones, a menos de gelos presentar a ellos.

VAcando alguna Eglesia, por qualquier razon que sea, en que ouiessen algunos derechos de Patronadgo, non deue el Obispo, nin otro Perlado poner Clerigo en ella, a menos de gelo presentar (1) los Patrones: e si lo fizieren, non deue auer la Eglesia (2) aquel Clerigo; ante el mismo que lo puso, lo deue toller por su verguença, e poner en ella el que presentaren los Patrones, seyendo tal que lo merezca: e quando assi non lo quisieren fazer, deuenlo querellar los Patrones al otro Perlado, que fuere su Mayoral: e este su Mayoral deue toller el que puso el Obispo, o el otro Perlado, e poner el que presentaren los Patrones. Pero si el Obispo non quisiere rescebir el Clerigo, que presentassen los Patrones para la Eglesia, mostrando que non era digno (3), nin la meresce auer, de-

(3) *Depuesto.* Adde Gloss. & ibi Archid. *in dict. cap. filiis, in gloss. fin.*

LEX IIII.

Non debet patronus usurpare decimas, & oblationes ecclesiæ, quas etiam in veteri lege non licebat accipere, nisi sacerdotibus: si ergò contrafecerit, excommunicabitur. Hoc dicit.

(1) *Del Patronadgo.* Adde *cap. nobis fuit, de jur. patronat.*

(2) *Los diezmos.* Adde *cap.* 1. 16. *quæst.* 7. & *cap. fin.* 16. *quæst.* 1. & *cap. præterea*, el 2. *isto tit.*

(3) *Vieja ley.* Vide 1. Regum *cap.* 21. *v.* 4. & *in cap. hanc consuetudinem*, 10. *quæst.* 1.

(4) *Santa Eglesia.* Vide *cap. quia sacerdotes*; & *cap. sanctorum*, & *cap. hanc consuetudinem*, 10. *quæst.* 1. & in juribus, de quibus suprà.

LEX V.

Vacante ecclesia, tenetur Episcopus clericum à patrono præsentatum instituere, & non providebit ipse absque præsentatione patroni: & si præsentatus non sit idoneus, instituatur alius, quem ipse patronus præsentaberit. Et si Episcopus præsentatum idoneum nolit instituere, superior Prælatus hoc faciet, & probatio non idoneitatis incumbit Episcopo: item patrono licèt competat præsentatio, non tamen institutio, & si de facto instituat, nihil agit; potest tamen nihilominùs præsentare. Hoc dicit.

(1) *Presentar.* Concordat cum *cap. decernimus*, 16. *quæst.* 7. & *de jur. patronat. per totum.*

(2) *Non deue auer la Eglesia.* Et regulariter institutio facta sine præsentatione patroni est ipso jure nulla, per textum *in dict. cap. decernimus*; tenet Abb. *in cap. illud*, & *in cap. ex insinuatione, isto eod. tit.* & *in cap. cum Bertoldus, de re judic.* ubi latè Felin. & intellige, quòd sit nulla institutio instante patrono, vel eo agente de contemptu, secundum Abb. & Felin. *ubi suprà*; & istam regulam limitat sex modis Felin. *in dict. cap. cum Bertoldus*: & Roch. addit alios tres *in dict. suo tractat. in* verbo *honorificum, colum.* 1. vide per eos.

(3) *Digno.* Si enim non præsentetur idoneus, non debet institui per Episcopum, ut *in dict. cap. decernimus*, & *in cap. cum vos, de offic. ordin.* & an cum Episcopus repellit præsentatum, debeat causam assignare, Lucas de Pen. *in L.* 1. *C. de his, qui non implet. stipen. lib.* 10. dicit, quòd sic: vide Gloss. *in cap. pastoralis, de jure patron.* & idem deciditur in ista lege: & benè nota, quòd

deuelo prouar (4); e si lo prouare, non deue y ser rescebido aquel que los Patrones presentaron, mas deuese presentar otro (5), que lo merezca, e estonce deuelo rescebir el Obispo; e si el Obispo, non lo pudiere, o non lo quisiere prouar, tenudo es de rescebir aquel que presentáron primeramente. Mas si por auentura el Obispo non quisiere ninguna destas cosas fazer, puedese querellar (6) del a su Mayoral; e deuele mandar que prueue lo que dixo, o que resciba el Clerigo, que le presentaron los Patrones. Otrosi los Patrones non pueden dar la Eglesia, nin poner Clerigo en ella por su poder (7), mas deuenle presentar tan solamente: onde si pusieren Clerigo en alguna Eglesia, e despues presentaren otro para ella, el que fuere presentado la deue auer, e non aquel a quien la dieron primeramente. Ca por la donacion de los Patrones, non gana derecho ninguno en ella: esto es, porque la cosa que alguno da, e non a derecho de la dar, tanto vale como si la non diesse (8).

LEY VI.

Como pueden los Patrones mudar sus voluntades, en que presentaren los Clerigos al Obispo.

PAtrones pueden auer las Eglesias, tambien los Clerigos, como legos. Pero departimiento ay entre la presentacion que fazen los vnos, e los otros: ca si el Patron fuesse lego, e presentasse Clerigo para alguna Eglesia, si ante que el Obispo lo rescibiesse, quisiesse el mis-

quòd si Episcopus timeat, quòd patroni non præsentent utiliorem ecclesiæ propter preces aliorum, vel dilectionem carnalem, potest eos constringere juramento, ut præsentent magis idoneum & utilem, Abb. *in cap. constitutis, de appel.* 1. *notab.* Quid autem si patronus præsentat duos successivè, quorum alter est idonejor: an Episcopus possit instituere alium, qui est idoneus, & relinquere idonejorem? Quæstio est disputabilis, in qua Hostiens. Joan. Andr. Anton. & Cardin. *in cap. cum autem, de jur. patron.* tenent, quòd sic; quia non est considerandus excessus idoneitatis, & sufficit, quòd uterque sit idoneus; & dicit Specul. *tit. de jur. patron. circa fin.* sufficere, quòd præsentatus non sit malus; & adde Gloss. *in cap.* 3. *in* verbo *majoribus, de jur. patron.* & tenent etiam alii relati à Roch. *in dicto suo tract. in* verbo *honorificum, quæst.* 15. qui & refert tenentes contrariam opinionem, videlicet Abb. *in dict. cap. cum autem*, & per textum *in dict. cap.* 3. & *cap. si fortè*, 63. *dist.* & Cardin. & Joan. de Imol. *in Clement. plures, de jure patronat.* & in hac residet Roch. complura computans, videas ibi per eum; & hoc satis placet, & facit pro hoc, quod notat Abb. post Gloss. *in cap. constitutus*, el 2. *de appell.* quòd in foro conscientiæ eligentes peccant, quando non eligunt idonejorem, dato, quòd idoneum eligant. Quis autem dicatur dignus & idoneus, vide per Abb. *in cap. pastoralis, eod. tit.* ubi dicit, quòd qui est bonæ famæ, & qui scit legere, & cantare competenter, & adde, quæ dixi suprà *ead Partit. tit.* 5. *L.* 37. textus notabilis, & quæ ibi habentur *in cap. cum in cunctis, per totum, de elect.* Abb. *in cap. grave, colum. penult. de præbend.* per Felin. *in cap.* 2. *de rescrip.* & *in cap. querelam de jurejur.* an autem possit religiosus præsentari, interveniente licentia Prælati? Communiter tenetur, quòd sic, quando esset ad curam animarum, secundum Abb. *in cap. quod Dei timorem, de stat. monach.* Cardin. Alex. *in cap. priscis*, 55. *dist.* Roch. *in dict. suo tract. in* verbo *honorificum, quæst.* 4. Item præsentari potest consanguineus vel filius patroni, Gloss. *in cap. quia clerici, eod. tit.* ubi Abb. dicit communiter ita teneri, quando esset idoneus, tradit Roch. *in dict.* 4. *quæst.* Item præsentari potest, qui habet aliud beneficium etiam curatum, vel dignitatem; vacaret tamen tunc primum juxta *cap. de multa, de præbend.* secundum Cardin. *in Clement.* 1. *de offic. ordin. quæst.* 15. & Roch. *ubi suprà.* An autem de necessitate præsentatus debeat esse sacerdos, videas per Roch. *in dict.* 4. *quæst.* distinguentem, an in fundatione dictum sit, quòd præsentetur unus præsbyter, vel non; videas ibi per eum, & adde Decium *consil.* 129. valet etiam dispositio, quòd semper præsentetur unus de domo sua, vel genere, secundum Dominicum *in cap. cum in ecclesia, ultim. notab. de præbend. lib.* 6. per illum textum.

(4) *Deuelo prouar.* Sequitur dictum Glos. *in cap. monasterium*, 16. *quæst.* 7. & Gloss. *in cap. pastoralis, de jure patronat.*

(5) *Otro.* Vult lex ista, quòd dato quòd patronus præsentet indignum, non privetur pro ea vice potestate præsentandi alium, contra quod videtur textus *in authent. de sanctissimis Episcopis*, §. *si quis oratorii domum, collat.* 9. qui textus fecit in hoc magnam difficultatem inter Doctor. juris Canonici, & Civilis; nam Glossa *in cap. cum vos, de offic. ordin.* loquens in patrono laico, tenet, quòd non privetur, etsi scienter præsentaverint indignum, secùs tamen sit in patrono ecclesiastico, & ad *dict.* §. *si quis oratorii domum* respondet, quòd non procedat de jure Canonico, quia in hoc standum est canoni, non legi: & opinionem illius glossæ tenet Archid. *in cap.* 1. *de præbend. lib.* 6. Joan. Andr. *in dict. cap. cum vos*, concludit, quòd si patronus laicus scienter præsentat indignum, & persistit in illa præsentatione per quatuor menses à jure sibi præfixos ad præsentandum, ex tunc poterit Episcopus providere de alio, cùm paria sunt nullum præsentare, vel minus idoneum, & sicut Episcopus potest providere elapso quadrimestri nemine præsentato, ut *in cap. unic. de jur. patron. lib.* 6. ita si fuit præsentatus indignus: si tamen tempus præfixum patrono non est elapsum, poterit alium præsentare, licèt præsentaverit indignum, & ad *dict.* §. *si quis oratorii domum*, respondet Joan. Andr. quòd non probat, quòd Episcopus potest alium instituere præsentato indigno; sed solùm dicit, quòd indigno præsentato Episcopus procuret, ut instituatur idoneus; quod potest intelligi solicitando, scilicet patronum: & cum opinione Joan. Andr. transit Anton. *in dict. cap. cum vos.* Contrarium opinioni Innoc. quòd patronus etiam laicus scienter præsentans indignum privetur pro ea vice, tenet ibi Abb. referens decisionem Rotæ; & opinionem Abb. tenet Paul. à Citadin. *in dict. suo tractat, jur. patron.* 6. *parte, artic.* 2. vers. 10. *quæro*; Roch. *in dict.* verbo *honorificum, quæst.* 4. qui allegat alios tenentes istam partem, dicit istam vidéri communiorem opinionem: & si vis tenere hoc, poteris respondere ad legem istam Partitarum, quòd intelligatur, quando ignorantèr elegit indignum; veluti quia de eo non habuit plenam notitiam, vel fuit deceptus suasione dicentium sibi illum esse idoneum; quod tamen est divinare. Item, quia in dubio præsentans, præsumitur, quòd sciverit conditionem præsentati, secundum Innoc. *in cap. cum terra, de elect.* facit *L. si patronus, in fin. ff. de confirm. tutor.* & quia, ut dicit Joan. Andr. *in cap. bonæ*, el 2. *colum.* 2. *de postul. Prælat.* qui consentit in personam, de qua non habet plenam notitiam, non salvat conscientiam, per illum textum, ubi etiam Abb. *in* 12. *notab.* Tu cogita, quia fortè lex ista, cujus conditores viderunt istam varietatem textus *in dict.* §. *si quis oratorii domum*, & Glossæ *in cap. cum vos*, voluit approbare opinionem illius glossæ, quæ fortè ita est communior, sicut & alia.

(6) *Querellar.* Adde gloss. 1. *in cap. pastoralis, eod. tit.* & ibi Abb. & *in cap. cum Bertoldus, de re jud.* & *cap. decernimus*, 16. *quæst.* 7.

(7) *Por su poder.* Concordat *dict. cap. cum laici*, & *cap. consuluit, eod. tit.* & *cap. fin.*

(8) *Como si non diesse.* Adde *cap. quod autem, in fine, eod. tit.*

LEX VI.

Patronus laicus potest variare uno præsentato, alium præ-

mismo presentar otro (1), bien lo puede fazer (2); pero finca en escogencia (3) del Obispo, de dar la Eglesia a qual dellos quisiere, seyendo ome para ello; e si la diere al que fue presentado a postremas, non la puede el primero demandar al que la tiene, nin al Obispo que gela dio, nin otrosi demandar contra el Patron, que le presento primero, ca bien se puede cambiar de vno a otro, fueras ende si fuesse peor (4). Pero fincale demanda contra el Obispo, que le de otro Beneficio, en que biua; porque non lo quiso rescebir, quando le presentaron, e lo alargo, poniendole achaque, que le non rescibiesse, porque el Patron se mudasse (5) de aquella voluntad, e entre tanto presentasse otro. Mas si el Obispo diesse la Eglesia al primero, non ha demanda (6) ninguna el segundo contra el Obispo, nin contra el Clerigo a quien la dieran, nin otrosi contra el Patron que le presento; fueras de vna guisa, si el Obispo ouiesse dado la Eglesia a algun Clerigo, que le presentasse alguno que non era Patron, o a otro que non fuesse presentado de ninguno; ca estonce el que presentasse el que fuesse Patron de verdad (7), maguer ouiesse despues seydo presentado, puede demandar la Eglesia al primero, e deuegela toller, e darla al segundo. E otrosi, acaesciendo que el Patron presentasse dos, o tres Clerigos en vno (8), en escogencia es del Obispo, de la dar al uno dellos, a qual touiere por mas guisado (9).

LEY VII.

Por que razon non pueden los Clerigos que son Patrones, mudar sus voluntades en presentar Clerigos, como los legos.

PResentando Clerigo para alguna Eglesia el Patron que fuesse lego, si quisiere, bien puede cambiar su voluntad, e pre-

præsentando. Episcopus verò instituet ex illis, quem elegerit, dum tamen sit idoneus, & si instituatur secundus, non competit actio aliqua primo contra Episcopum, vel patronum; licet enim patrono laico variare, ita quòd non variet in malum. Si tamen Episcopus distulit præsentationem primi malitiosè, competet ei actio contra Episcopum, ut ei de alio beneficio provideat: & præsentatus à vero patrono agere poterit contra præsentatum à non patrono, licèt Episcopus eum instituerit: item potest patronus duos, vel tres clericos simùl præsentare, & Episcopus eliget ex eis unum. Hoc dicit.

(1) *Otro.* Videtur velle lex ista, quòd semèl tantùm liceat variare in præsentando, cùm dicit *otro*, & non *otros*. Et ita tenet Cald. *consil.* 16. incipit, *an laicus sub titulo, de jure patron.* cujus opinionem etiam tenet Rochus *in dict.* verbo *honorificum*, *quæst.* 10. adducens regulam, quòd ubi est licita variatio, non permittitur nisi semèl, Bald. *in authent. habita*, *colum.* 6. *C. ne filius pro patre*, Alexand. *in L. si ex toto*, *§. fin. ff. de legat.* 1. & alia, quæ ibi videbis, licèt dicat, quòd contraria opinio, imò, quòd liceat variare patrono laico quotiès voluerit, videtur asseri per Gloss. juncto textu *in Clement. plures*, *de jure patron.* & quòd hoc voluit Abb. *in cap. quanto*, *de judic. colum.* 2. Cardin. *in cap. pastoralis*, *in fin. de jure patron.* & satis placet opinio Calderini, cùm restringenda sit hæc variatio, ut *in Clement. cum illusio*, *de renuntiat.* quia variatio est temeritas quædam, ut dicit Bald. *in L. jus civile*, *ff. de just. & jure.*

(2) *Bien lo puede fazer.* Concordat *cap. quod autem*, & *cap. pastoralis*, *eod. tit.* an autem sit dabilis aliqua cautela, ut patronus laicus non possit variare, Anton. *in cap. illud*, *eod. tit.* & *in cap. constitutus*, *de concess. præbend.* dicit quòd sic, scilicet ut inducatur patronus ad donandum exercitium juris patronatus, scilicet ipsam præsentationem, & tradit Roch. *in dict.* verbo *honorificum*, *quæst.* 8. vers. *sed hìc suboritur*: & quid si promittat, vel juret patronus, quòd non variabit, vide eundem Roch. *ubi suprà quæst.* 12. & an lite pendente inter præsentatos licita sit variatio, ut præsentetur tertius, tradit Roch. ibidem *quæst.* 23. qui dicit magis communem opinionem esse, quòd non, quando præsentatur alius tertius; secùs si varietur præsentando unum de præsentatis, ut si ego præsentavi Petrum, tu Joannem, & ego posteà variarem præsentando Joannem, quia tunc liceat: vide ibi per eum, & per Paul. à Citadin. *in* 6. *parte sui tract. art.* 3. *quæst.* 55.

(3) *En escogencia del Obispo.* Licèt enim permittatur patrono laico variare, procedit accumulando, non totaliter à prima præsentatione recedendo, ut declarat Abb. *in dict. cap. quod autem*, & *cap. cum autem*; undè cautus debet esse patronus, ut cùm variat, dicat, quòd facit præsentationem accumulando, vel saltèm faciat eam simpliciter, non dicendo quòd recedit à prima præsentatione; quia si diceret, nulla esset præsentatio secunda, secundum Lapum *allegat.* 78. *colum.* 4. & tradit Roch. *in dict.* verbo *honorificum*, *quæst.* 13. Sed an cùm ista electio Episcopo detur, ut hìc habetur, & *in dict. cap. cum autem*, poterit eligere quem voluerit, non attento, quòd alter sit idonejor, vide quæ dixi suprà *L. proxima, in gloss. super* verbo *digno.*

(4) *Peor.* Nota hoc, & adde *cap. cum autem*, *eod. tit.* cùm dicit, *æquè idoneum*: non enim admittitur variatio in malum, *L. nonnumquam*, *ff. de collat. bonor.* & an si duo præsentati sint æquè idonei, sed alter ex eis sit de sanguine fundatoris, an propter hoc Episcopus illum debeat præferre? Tradit latè & pulchrè Rochus *in dict.* verbo *honorificum*, *quæst.* 18. ubi vult, quòd sic; præsertim quandò fundator disposuisset cum consensu Episcopi, quòd semper præsentetur unus de domo, vel de sanguine suo.

(5) *Se mudasse.* Requiritur ergò ad hoc, ut habeat recursum contra Episcopum, quòd Episcopus malitiosè distulerit institutionem, & concordat *cap. pastoralis*, *eod. tit.* ubi vide per Gloss. & Abb. quandò præsumatur malitia in Episcopo.

(6) *Demanda.* Vide *in dict. cap. quod autem*, *eod. tit.* & *cap. pastoralis.*

(7) *Patron de verdad.* Concordat *cap. cum Bertoldus*, *de judic.*

(8) *Dos o tres clerigos en uno.* Quod potest facere, etsi sit patronus clericus, ut *in Clement. plures*, *de jure patron.* licèt Glossa ibi, in patrono ecclesiastico dicat contrarium, quod non tenetur, ut tradit ibi Cardin. & Joan. de Imol. & Roch. *in dict.* verbo *honorificum*, *quæst.* 7. *in princip.* & vers. *quarta suboritur quæstio.*

(9) *Por mas guisado.* Nota ad ea, quæ dixi suprà *eod. L.* 4. *in gloss. supèr* verbo *digno*, & an clericus dives præferri debeat pauperi in beneficio, communis opinio est, quòd quando ecclesia est pauper, præferri debeat dives, Abb. *in cap. constitutis*, *in gloss. super* verbo *potentia*, *de appell.* & ibi Philippus Francus Felin. *in cap. cum adeo*, *de rescriptis*, *fin. colum.* & *in cap. postulasti*, *eod. tit.* cæteris paribus præferendum dicit pauperem, Roch. *in dict.* verbo *honorificum*, *quæst.* 19.

LEX VII.

Capitulum sæculare, aut religiosum, vel clericus patronus non possunt variare in præsentatione clerici instituendi: item non potest patronus se ipsum præsentare, quia inter dantem, & accipientem debet esse discretio personalis, & ne ex cupiditate videatur habere Beneficium: plures tamen patroni possunt unum ex se ipsis præsentare, & pater patronus filium. Hoc dicit.

presentar otro Clerigo, ante que el Obispo resciba el primero (1), segund dize en la ley ante desta: mas si el Cabildo (2) de alguna Eglesia seglar, o alguna Orden, o otro Clerigo (3) qualquier, touiesse derecho de Patronadgo en alguna Eglesia, non lo puede assi fazer, e desque ouiere presentado vn Clerigo, non puede mudar su voluntad, e presentar otro; e si lo fiziesse, non gana derecho ninguno en la Eglesia el segundo, por aquella presentacion, nin valdria, si gela diesse, mas el que primero fuesse presentado la deue auer: e porque los Clerigos (4) han de ser mas sabidores en el ordenamiento de las Eglesias, que los legos, e lo han vsado, e saben mas quales Clerigos deuen presentar segund derecho; por esso les pusieron por pena, que non pudiessen cambiarse de vn Clerigo a otro, como los legos, que non son tan sabidores. E otrosi auiendo el Clerigo derecho del Patronadgo en la Eglesia, non puede presentar a si mismo (5) para ella, porque se mostraria por cobdicioso: ca non deue ninguno ganar logar honrrado por cobdicia, mas por trabajo, e meresciendolo, e porque deue auer departimiento entre el que presenta, e el que fuere presentado. Mas si los Patrones fuessen muchos, e ouiesse y algun Clerigo, bien pueden los otros (6) presentarlo. Otrosi bien puede el Patron presentar a su fijo (7), seyendo tal que merezca auer la Eglesia.

LEY VIII.

En quantas maneras puede passar el derecho del Patronadgo de un ome a otro.

PAssar puede el derecho del Patronadgo de un ome a otro, en quatro maneras (1): por heredamiento, o por donadio, o por cambio, o por vendida. Por heredamiento (2) passa a otros, e lo ganan, assi como fijos (3), o nietos, quando heredan bienes de sus padres, o de sus abuelos, o de sus parientes, o de estraños (4), que heredassen bienes de algunos. Ca

(1) *Resciba el primero.* Non ergò post; quia jus jàm esset quæsitum primo præsentato, ut *in cap. quod autem, eod. tit.* & meliùs *in cap. si tibi absenti, de præbend. lib. 6. cap. decernimus, 16. quæst. 7. cap. quærimoniam, de jure patronat.*

(2) *Cabildo.* Adde *cap. cum autem, in fin. eod. tit.* quandò verò clerico, seu personæ ecclesiasticæ competeret jus patronatus ratione patrimonii, idem esset in eo, quod in laico, ut *in cap. cum dilectus, eod. tit.* Abb. *in dict. cap. cum autem.*

(3) *Clerigo.* Quid si unus patronus esset clericus, alter laicus: an poterunt variare? Abb. dicit, quòd non, *in dict. cap. cum autem,* qui allegat Joan. Andr. *in regula, in re communi, in Mercurialibus,* facit *L. si communem, ff. quemadmodum servitut. amittat.* & *L. secundum naturam, ff. de regulis jur.* Imò, etsi ambo patroni essent laici, & præsentarent unum, non posset posteà alius variare, & accumulando alium præsentare, ut & tradit Roch. *in dict.* verbo *honorificum, quæst.* 14. allegando Joan. Andr. *ubi suprà,* & Lapum *allegatione* 78. & Joan. Andr. *in addition.* ad Speculat. *isto tit. in additione magna circa principium.*

(4) *Clerigos.* Ista ratio fuit Goffred. *in summ.* & adde aliam, quam ponit Glossa *in cap. cum vos, de offic. ordin.* & *in cap. cum autem, de jure patronat.*

(5) *A si mismo.* Adde *cap. per nostras, eod. tit.* & *in cap. fin. de instit.* ubi Abb. post Glossam dicit, quòd collator beneficii, qui in alium, ut comissarium suum, transtulit potestatem conferendi, quòd non potest ipse collator recipere ab eo; secùs si transtulisset omnimodam potestatem in alium, quia tunc conferret jure proprio: & adde Abb. *in cap. ex insinuatione, in fin. de jure patronat.*

(6) *Los otros.* Adde Gloss. *in cap. consuluit, eod. tit.* & ibi hoc tenent communiter Doct. & Specul. *eod. tit. in fine.*

(7) *A su fijo.* Adde Gloss. *in cap. quia clerici,* & *cap. consuluit, eod. tit.*

LEX VIII.

Transit jus patronatus de una persona ad aliam, ex successione universali; & ex donatione, si Episcopi consensus accedat, vel sequatur; & permutatione pro alio jure patronatus cum Episcopi consensu. Item etiam ex venditione, vel permutatione non particulariter facta, sed universaliter, nam tunc cum universitate transit jus patronatus: de per se verò non potest vendi, nec permutari, quia esset simoniacum. Hoc dicit.

(1) *Quatro maneras.* Unde versus.
Jura patronatus transire facit novus hæres.
Res permutata, donatio, venditioque.
Hostiens. *eod. tit. in summ.* §. *qualiter transferatur,* Gloss. *in cap. piæ mentis, 16. quæst. 7.* & Gloss. *in cap. cum sæculum, eod. tit.*

(2) *Por heredamiento.* Adde *cap.* 1. & 3. *eod. tit.* & *in Clement. plures, eod. tit.* ubi declaratur, quòd successio fiat in stirpes, & non in capita: unde si duo patroni decedant, unus relinquat decem hæredes, alius duos vel unum tantùm; ita potens erit vox illorum duorum vel unius, sicut aliorum decem. An autem hoc procedat, sive in descentibus hæredibus, sive in collateralibus? Videtur, quòd sic, quia eadem est ratio, ut adducit Rochus *in dicto suo tract. in* verbo *ipse vel is à quo causam habuit, quæst.* 2. & *col.* 2. per quem vide ibi latè ad materiam *dict. Clement. plures,* & vide infrà *eod. L.* 12.

(3) *Fijos.* Etiamsi sint bastardi, si in hæreditate succedant, secundum Bald. *in L. eam quam, C. de fidecommiss.* videas latè per Roch. *in dict. tract. in* verbo *competens alicui, quæst.* 2.

(4) *De estraños.* Sequitur opinionem communem, de qua per Innoc. *in rubric. eod. tit.* & per Abb. *in cap. cum sæculum, eod. tit.* Glossa & Doctor. *in dicta Clement. plures.* An autem valeat ordinatio à fundatore facta, quòd ad hæredes sanguinis tantùm transeat? Bald. *in L. 2. C. de in jus vocando,* vult, quòd sic; sequitur Felin. *in tract. quando lite. à posthum. præjud. patron. eccles. columm.* 2. vers. *corroboro,* Roch. *in dicto* verbo *ipse vel is, quæst.* 8. vers. *sed hìc suboritur;* & intellige, ut ipsi dicunt, accedente consensu Episcopi. An autem jus patronatus transeat in fideicommissarium, & de aliis quæstionibus videas latè ibi per eum: & in jure patronatus succedunt hæredes, tam maculi, quàm fœminæ, *cap. ex litteris, de jur. patron.* Gloss. *in cap. quoniam investituras, 16. quæst.* 7. si tamen ex forma statuti excluduntur fœminæ stantibus masculis, non succederet fœmina in jure patronatus, quia jus patronatus transit in illum, in quem transit hæreditas, ut tradit Innoc. *super rubric. hujus tituli,* & cæteri sequntur ibi, & *in cap.* 1. & *in cap. cum sæculum, eod. tit.* ubi & Doctor. volunt, quòd filius si renuntiet hæreditati paternæ, non retinet jus patronatus ecclesiæ; licèt non perderet jus patronatus libertorum, *L. filii, ff. de jure patronat.* diversum enim est in jure patronatus ecclesiæ, eo quòd non transit, nisi in eum, in quem hæreditas transit, ut dixi. Si esset consuetudo, quòd primogenitus tantùm succederet in jure patronatus, videtur, quòd valeret, ex eo, quod dicit Joan. Andr. *in cap. ex insinuatione, eod. tit.* dum allegat consuetudinem Angliæ: & sufficit, quòd hæreditatem adiverint, licèt adhùc non sint in possesione bonorum, secundum Bald. *in L. fin. colum. penult. C. de edicto Divi Adriani tollend.*

Ca bien assi como heredan los otros bienes, assi pueden heredar el derecho del Patronadgo con ellos. Por donadio (5) passa otrosi el derecho del Patronadgo, ca bien lo puede dar vn ome a otro, o a Eglesia, o a Monesterio: e para valer tal donacion, deue auer otorgamiento del Obispo (6) de la Eglesia, onde es el Patronadgo; quier ante que se faga la donacion, o despues (7) que fuere fecha, ca de otra manera non valdria. Por cambio, o por vendida, puede otrosi passar, non lo cambiando, nin lo vendiendo por si apartadamente, mas de bueltas (8) con todas las otras cosas, que en algun logar ouiesse: e esto viene, porque es ayuntado a la Eglesia, que es cosa espiritual, e non la puede ninguno cambiar, nin vender (9) por cosa temporal. Mas vna Eglesia por otra, o vn Patronadgo por otro (10), bien lo puede cambiar con otorgamiento del Obispo (11), ca de otra guisa non valdria; ante faria simonia, qualquier que cosa alguna destas comprasse, o vendiesse apartadamente. Onde en estas quatro maneras sobredichas, puede passar el Patronadgo de un ome a otro por toda via. Pero otras cosas ay, en que passa a tiempo, segund mostraremos adelante.

LEY IX.

Por que razones puede passar el poder de presentar Clerigo, de un ome a otro.

Arrendando (1), o empeñando (2) Orden, o otro ome qualquier, su Villa o Aldea de que ouiesse señorio; si ouiesse y Eglesia, e el derecho del Patronadgo fuesse suyo, passa el poder de presentar Clerigo para la Eglesia, quando va-

(5) *Donadio.* Adde *cap. ex insinuatione, cum aliis, eod. tit.*

(6) *Otorgamiento del Obispo.* Communis conclusio est distinguens, quòd, aut jus patronatus conceditur loco religioso, & potest fieri sine consensu Episcopi; si verò donetur laico, vel clerico recipienti nomine proprio, tunc requiritur Episcopi consensus; quæ distinctio fuit Host. *eod. tit. in summ. §. qualiter transferatur,* tradit Abb. *in cap. illud, eod. tit.* Doctor. communiter *in dict. cap. ex insinuatione,* Roch. *in dict. tract. in* verbo *competens alicui, quæst.* 17. & procedit etiam in donatione juris patronatus futuri, & nondum creati, secundum Cardin. *in cap. cum sæculum, eod. tit. quæst.* 4. Roch. *ubi suprà, quæst.* 18. Et quid si Episcopus nolit consentire? Abb. dicit *in cap. nullus, eod. tit.* per illum textum, quòd possit cogi per superiorem ad consentiendum, quando non subest aliqua causa, quare non debeat consentire. An autem sine consensu Episcopi possit patronus jus suum donare compatrono? Gloss. *in cap. ex insinuatione, eod. tit.* vult, quòd possit: & sequitur ibi Anton. & Jason. *in L. voluntas, C. de fide comm.* contrarium tamen tenet Cardin. & Joan. Andr. & Hostiens. & Abb. *in dict. cap. ex insinuatione,* Archid. *in cap. nemini,* 16. *quæst.* 7.

(7) *Despues.* Adde *cap. cura, eod. tit.* & tene menti istam legem Partitarum, quia decidit magnam controversiam, quæ super hoc fuit inter Doctor. nam aliqui voluerunt, quòd sufficeret consensus posteà subsecutus, ut fuit Joan. Andr. *in cap. cum sæculum,* & ibi refert Abb. *eod. tit.* & Abb. latè *in disputatione sua,* incipienti, *Augerio*; alii verò tenuerunt contrarium, quibus adhæret Roch. *in dict. tract. in* verbo *pro eo, quod de diœcesani consensu, quæst.* 4.

(8) *De bueltas.* Adde *cap. cum sæculum,* & *cap. ex litteris, eod. tit. L. in modicis, ff. de acquir. rerum domin. L.* 1. *ff. de fundo dotali.* Si quis vendat villam in genere cum jure patronatus, an tunc transiret jus patronatus? Communis resolutio videtur, quòd sic, ut notat Joan. Andr. *in cap. unic. eod. tit. lib.* 6. Abb. *in cap. illud, eod. tit.* & *in cap. querelam, de simon.* Si tamen venderet villam, dicendo, *vendo tibi villam & jus patronatus,* tunc non transiret, quia tunc videtur principaliter etiam vendi jus patronatus, contra *cap. de jure, eod. tit.* & in hoc se resolvit Roch. *in dict. suo tract. in* verbo *ipse vel is, quæst.* 25. videas ibi per eum ponentem alia in hac materia, ubi latè discutit per duas columnas: cui adde Decium idem volentem *consil.* 127. incipit, *plura dubia*: & vide etiam ibi per Roch. *quæst.* 26. an in locatione universitatis transeat jus patronatus, ita ut si contigerit ecclesiam vacare, præsentatio spectet conductori: & *quæst.* 27. an universitate pignori data, transeat jus patronatus; & habetur *in cap. cum Bertoldus, de re jud.* & infrà *eod. L. proxima*: & quid si universitas detur in dotem, vide *quæst.* 28. ubi & tangit, an transeat in usumfructuarium omnium bonorum: & an transeat in fiscum, vide *quæst.* 29. & quando dicetur vendi universitas, ut sic jus patronatus transeat, vide quæ dixi *in L.* 15. *tit.* 5. *Partita* 5.

(9) *Sin vender.* Adde *cap. quæsitum, de rerum permutation.* & *cap. de jure, de jure patron.*

(10) *Por otro.* Adde *cap. nemini,* 16. *quæst.* 7. *cap. ad quæstiones,* & *cap. fin. de rerum permutat.* & vide Abb. *in cap. querimoniam, de jure patronat.* & Hostiens. *eod. tit. in summ. §. qualiter transferatur.*

(11) *Del Obispo.* Adde Archid. *in dict. cap. nemini,* & Abb. *in dict. cap. querimoniam,* Roch. *in dicto* verbo *ipse vel is, quæst.* 16.

LEX IX.

Locato, seu pignorato castro, vel oppido, in cujus ecclesia locator, vel qui pignori dedit, habeat jus patronatus, transit jus præsentandi in conductorem, vel creditorem, & alia jura patronatus, nisi specialiter excipiatur: & si conductor, seu creditor bona fide credat, non fuisse exceptum, ab eo præsentatus ante litem sibi motam, habebit beneficium, secùs si post litem motam. Item præsentatus à bonæ fidei possessore juris patronatus etiam lite mota, non expellitur, etsi verus dominus jus patronatus evincat. Hoc dicit.

(1) *Arrendado.* Ex generalitate hujus legis, quæ non distinguit, utrùm locatio fuerit ad longum vel ad modicum tempus, videtur, quòd ejus dispositio procedat, etsi locatio facta fuerit ad modicum tempus; & ita tenuerunt Cardin. Florent. & Abb. *in cap. ex litteris, eod. tit.* de quo lex ista habuit ortum: & inter cætera movetur Abb. quia textus ille non distinguit, & sic debet intelligi in omni locatione; in contrarium tamen consuluit Paul. de Cast. *consil. mihi* 361. 1. *volum.* incipit, *venerabilis vir*; refert, & simpliciter sequitur Felin. *in cap. cum Bertoldus, penul. colum. de re judic.* & istam partem tenet Roch. de Curt. *in dict.* verbo *ipse vel is, quæst.* 26. ubi dicit esse magis communem, & ibi respondet ad fundamenta Cardin. & Abb. & certè ista pars videtur verior & tutior, quia ut dicit Innoc. *in dict. cap. ex litteris,* in locatione, de qua *in dict. cap. ex litteris,* transierat dominium utile, quod & latiùs comprobat Paul. de Cast. *in dict. consil.* undè videtur ità intelligenda, & limitanda lex ista Partitarum.

(2) *Empeñando.* Approbat ista lex primum intellectum glossæ finalis *in cap. cum Bertoldus, de re judic.* scilicet quòd in universitate pignori data, in qua est jus patronatus, illud transeat in creditorem, cui pignori datur; ad quem primum intellectum glossa videtur redire in fine, prout perpendit ibi Abb. & facit dictum Roma. *singul. suo.* incipit, *quæritur à me, fol.* 15. *colum.* 4. quòd creditor in castro sibi pignori dato, potest jurisdictionem exercere, allegat textum *in L. eleganter, §. fin. ff. de pign. actione,* cui tu adde Bald. *in cap.* 1. *in princ.* vers. *quæro si pignoratur castrum, de feudo dato in vicem legis commissor.* & Paul. de Cast. *consil. mihi* 156. *volum.* 2. incipit, *visis actis, & actitatis coram domino locum tenente,* ubi allegat dictam legem, per quam dicit,

vacare, e los derechos del Patronadgo que y auia, a aquel que la tomo arrendada, o empeñada: e maguer aquella heredad se tornasse a aquel que la empeño, o arrendo, por esso non deue el Clerigo que presento el otro, perder la Eglesia; fueras si el que ha el señorio de aquel logar, lo sacasse ende (3) nombradamente el derecho del Patronadgo, que lo tenia para si, quando fizo el arrendamiento, o el empeñamiento. Pero si aquel que era en tenencia de la Villa, creyesse en buena fe (4) que non le sacaron el derecho del Patronadgo, quando tomo el arrendamiento, e que bien podia presentar Clerigo; si acaesciesse que vacasse la Eglesia, si en tal manera presentasse a la Eglesia Clerigo, e el Obispo gela diesse, non la deue perder, maguer despues le mouiesse pleyto (5) el señor de la heredad, diziendo que el auia derecho de presentar, porque sacara el Patronadgo del arrendamiento, e lo prouasse que assi fuera. Mas si seyendo pleyto mouido (6), presentasse Clerigo, e este atal el Obispo lo rescibiesse, e le diesse la Eglesia, si despues prouasse el señor que lo sacara, non la deue auer. Pero si de otra manera (7) touiesse (8) alguno, que era el derecho del Patronadgo suyo, e fuesse en tenencia, e touiessen los homes de aquel logar que el era Patron; si vacasse la Eglesia, e este atal presentasse Clerigo para ella, e el Obispo gela diesse, non la deue el Clerigo perder, maguer fuesse presentado seyendo mouido pleyto sobre el derecho del Patronadgo: e como quier que aquel que era en tenencia fuesse vencido por juyzio, que non era suyo, mas del otro que la demandaua; por esso non deue quitar (9) aquel Clerigo la Eglesia, pues fue

cit, quòd ipso audiente, dicebat Bald. quòd creditor cui obligatur castrum, potest in homines illius exercere jurisdictionem & imperium, puniendo ipsos de maleficiis; Doctor. tamen communiter reprobant illum intellectum, & sequuntur alium, quòd ibi sit casus, quòd in tali pignoris datione non transeat jus patronatus, etsi expressè non sit exemptum, ex ratione quam dicta glossa ibi ponit, videlicet, quia creditor restituere tenetur omnem fructum, quem capit ex pignore, vel in sortem computare, & si fructum consumpsit, tenetur æstimationem computare, *L.* 1. & 2. *ff. de pign. actione*, *cap.* 1. *de usur.* sed si jus patronatus transiret in creditorem, & præsentaret, non posset iste fructus restitui, scilicet ipsa præsentatio, neque ejus æstimatio, cùm sit res inæstimabilis tanquàm res annexa spiritualitati; & ista est communis resolutio Doctorum *in dict. cap. cum Bertoldus*, & *in dict. cap. ex litteris*, *de jure patronat.* & tenet Paul. à Citadin. *in suo tract. jur. patronat.* 9. *part. quæst.* 6. Roch. *in dict.* verbo *ipse vel is*, *quæst.* 27. undè cùm iste sit communis Canonistarum intellectus, & habet rationem ità vigentem, in practica non reciperetur forsitàn quod in ista lege deciditur; tene tu eam menti, cùm casus occurrat.

(3) *Sacasse ende.* Ità intelligebat Gloss. *dict. cap. cum Bertoldus*, *in* 1. *intellectu*, ut dixi *in gloss. præced.* sed est divinare ad illum textum, imò contradicit factum, de quo in textu, ut perpendit ibi Abbas.

(4) *En buena fe.* Ut quia erat successor illius, qui locaverat, vel pignori acceperat, juxta ea quæ notat Gloss. *in cap. cura*, *eod. tit.* & *in cap. de quarta*, *de præscript.*

(5) *Mouiesse pleyto.* Sequitur dicta Glossæ *in cap. ex litteris*, *eod. tit. gloss. fin.*

(6) *Seyendo pleyto mouido.* Lite mota super proprietate juris; dicit Abb. post Gloss. *in dict. cap. ex litteris*, quòd quandò movetur lis super proprietate juris, ut quia alius dicit se esse patronum, licèt alius sit in possessione, potest præsentare qui est in possessione; sed præsentatio non debet admitti per superiorem, ità ut instituat præsentatum, sed potest admitti simpliciter, & institutionem differre in eventum causæ: si verò lis moveatur super possessione, quia negat præsentantem, seu præsentare volentem non possidere, non debet admitti præsentatio, quia super hoc dependet quæstio: & adde decisionem Rotæ 141. *in novis*, incipit, *possessor.*

(7) *Pero si de otra manera.* Ex istis verbis, junctis præcedentibus & sequentibus, velle videtur lex ista facere differentiam, an lite mota super jure patronatus, præsentatio fiat à conductore vel creditore, cui Villa vel Universitas erat locata vel pignorata, an verò ab alio bonæ fidei possessore juris patronatus; ut primo casu procedat, quæ dicta sunt superiùs in ista lege. Secundo verò casu præsentatio sit recipienda, & præsentatus ritè instituatur & lite mota, & inde non sit amovendus, dato, quòd ille qui movit, evicerit jus patronatus in judicio: & fortè conditores hujus legis moti sint ex textu *in dict. cap. ex litteris*, *eod. tit.* ibi: *vel antequàm de jure patronatus inter Abbatissam, & militem controversia esset suborta*, & ex textu *in dict. cap. cum Bertoldus*, *de re judic.* capiendo primum intellectum glossæ finalis ad illum textum, & ex dispositione *cap. consultationibus*, *de jure patronat.* Ego tamen non reperio aliquem Doctorem, neque glossatorem facientem talem differentiam; nisi fortè dixeris, quòd Glossa *in cap. hæc quippe*, in quantum dicit: *nisi in casu cap. ex litteris*, *de jur. patronat. &c.* voluerit sentire istam differentiam, & indè sumpta fuit occasio per conditores hujus legis: & vide, quæ addam inferiùs *in gloss. fin.*

(8) *Touiesse.* Requiritur, quòd sit bonæ fidei possessor, qui inest possessioni juris patronatus, ut teneat præsentatio & institutio; nam si esset malæ fidei, removeretur ab eo præsentatus, secundum Innoc. *in cap.* 2. *de in integr. restit.* quia sicut malæ fidei possessor non facit fructus suos, etiam quos consumpsit, ut *in cap. gravis*, *de restit. spol.* ita neque iste potuit validè præsentare; & idem tenet Abb. *in dict. cap. ex litteris*, *eod. tit. col.* 3. vide latiùs per Innoc. *in dict. cap. consultationibus*, *eod. tit.* & per Roch. de Curt. *in dict. suo tractat. super* verbo *competens alicui*, *quæst.* 22. ubi tractat, quid si lapsus sit terminus edicti, de quo *in cap. fin. de election. lib.* 6. intra quem verus patronus non comparuit ad impediendum institutionem; vide ibi per eum.

(9) *Quitar.* An teneat præsentatio facta post litem motam super jure patronatus, inter Doctor. est quæstio dubitabilis, & Gloss. & Abb. *in dict. cap. ex litteris*, volunt, quòd non teneat præsentatio, & quòd institutio facta non teneat, ut tetigi suprà; dicit tamen ibi Abb. Doctores communiter sentire, quòd præsentatio fieri possit lite pendente. Bald. etiam *in L.* 2. *colum. fin. C. de servit. & aqua*, dicit, quòd possessor bonæ fidei lite contestata potest præsentare, allegat Innoc. *in cap. consultationibus*, *eod. tit.* dùm tenet, quòd qui justo titulo ab initio possedit, etiam post litem contestatam potest fructus percipere, & suos facere: & ideo electus ab eo præsentandus & confirmandus est, & præsentatus instituendus; & subdit Bald. quòd etsi possessor iste succumbat, non cassabitur præsentatio; & idem tenet Cardin. ibi, *quæst. fin.* quoniam esset quæstio super proprietate juris patronatus. Roch. *in* verbo *competens alicui*, *quæst.* 23. refert istam varietatem opinionum, & tenet opinionem Joan. de qua per Gloss. *in cap. hæc quippe*, 3. *quæst.* 6. per Gloss. *in cap.* 2. *de in integr. restit.* quam & tenet Abb. *in dict. cap. ex litteris*: tene tu menti istam legem Partitarum approbantem dicta Innoc. & Bald. *ubi suprà.* Dicendum est ergo, quòd aut quis est in possessione sine aliqua controversia, & tunc potest præsentare, & institutus ad præsentationem non debet posteà removeri, licèt appareat possessorem non habere jus

fue presentado de aquel que era en tenencia, e le tenian los homes de aquel logar por Patron.

LEY X.

Que derecho es, quando son muchos Patrones en la Eglesia, e non se acuerdan en presentar Clerigo.

Derecho del Patronadgo auiendo muchos en vna Eglesia, si desacuerdo (1) fuesse entre ellos en razon del presentar Clerigo para ella, ansi que los vnos presentassen vno, e los otros otro; aquel deue rescebir el Obispo, que le presentaren los mas (2) e con mejor intencion, todavia seyendo el Clerigo, que presentan, bueno. Mas si tantos fuessen de vna parte como de otra los Presentadores, deue el Obispo estonce parar mientes en los Clerigos presentados, e tomar el que fuesse mas letrado (3), e mejor acostumbrado; e si amos fuessen como eguales (4), estonce seria en escogencia (5) del Obispo, de tomar qual quisiere, o de mandarles, que presentassen otros de cabo: e en tal razon como esta, non ha porque se querrellar ninguno de los presentados del Obispo, nin han demanda ninguna contra el (6): mas si por auentura non quisiessen otros presentar, e el Obispo viesse que non podia rescebir ninguno de aquellos sin escandalo de los Presentadores (7), deue sacar las reliquias de la Eglesia, e cerrar las puertas, que non digan y Oras, fasta que se acuerden todos, o la mayor parte dellos, en presentar Clerigo qual deuen; e esto se entiende otrosi, si lo pudiere fazer el Obispo sin escandalo del pueblo.

LEY XI.

Fasta quanto tiempo despues que la Eglesia vaca, deue el Obispo esperar á los Patrones, que desacordaron en presentar.

Desacuerdan los omes a las vegadas, quando quieren presentar Clerigo para alguna Eglesia, sobre el derecho del Patronadgo, diziendo los vnos, que ellos son Patrones, e han derecho de presentar

jus in proprietate, ut videtur textus *in dict. cap. consultationibus*, & *in cap. querelam*, *de elect.* Si verò mota sibi fuit controversia, & controversia est super possessione, quia negatur ipsum possidere; & non debet admitti præsentatio, quia super hoc est quæstio, ut dixi suprà; & ita procedat Gloss. *in dict. cap. hæc quippe*, & *in dict. cap.* 2. *de in integr. restit.* & in hoc fortè fundatur decisio istius legis, cùm superiùs dixit de controversia mota cum locatore vel creditore. Si verò moveatur quæstio super proprietate juris patronatus, tunc est varietas opinionum, & ista lex Partitarum approbat illam, ut teneat præsentatio, & institutus non removeatur; & ad rationem Glossæ, Abb. & aliorum *in dict. cap. ex litteris*, quòd possessor tenetur restituere omnes fructus quos percepit lite jàm contestata, & si institueretur præsentatus lite pendente, & succumberet præsentator in proprietate, non posset restituere illum fructum, quia legitimè institutus removeri non debet, & ideò propter impossibilitatem restituendi differri debeat institutio, potest responderi ex dictis Innoc. & Bald. *ubi suprà*, & quòd hoc sit favore ecclesiarum, ne differatur institutio in eventum longissimæ litis; & cùm iste fructus non consistat in commodo pecuniario, cessat ratio, quæ est in aliis fructibus: cogita tamen, quia certè passus est dubitabilis, & confert multùm in hoc habere decisionem istius legis.

LEX X.

Pluribus patronis diversos clericos in discordia præsentantibus, instituetur à majori parte præsentatus: & si sint patroni æquales, instituetur peritior & melior: & si præsentati sunt æquales, eliget Episcopus instituens, vel jubebit patronis quòd concordent in alios: sed si Episcopus neminem ex præsentatis sine scandalo possit instituere, eductis reliquiis ecclesiæ claudat januas, donec patroni concordent. Hoc dicit.

(1) *Desacuerdo.* Concordat cum *cap.* 2. & 3. *eod. tit.* & *cap. si fortè*, 63. *dist.* & quid si diversi præsententur à marito & uxore, vel à pupillo & tutore, vide Abb. *cap. fin. de conces. præben.*

(2) *Los mas.* Adde *dict. cap. quoniam*, cum *glos. ibi*, & si conveniunt ad hoc ut collegium, debet esse major pars respectu totius collegii; si verò conveniant, ut singulares personæ, sufficit major pars respectu aliarum partium, secundum Joan. And. & Abb. *in dict. cap. quoniam*, & Roch. *in tract. suo*, *in* verbo *honorificum*, *quæst.* 58. ubi & vide *quæst.* 59. an requiratur, quòd major pars sit sanior, & *quæst.* 60. an patroni debeant convenire in præsentationis actu; de quo & per Abb. *in cap. in Genesi, penultim. colum. de elect.* vide infrà *eod. L.* 12. ibi: *todos en vno.*

(3) *Mas letrado, e mejor acostumbrado.* Adde *cap. fin.* 63. *dist.*

(4) *Eguales.* Adde *cap. si duo*, 79. *dist.*

(5) *Escogencia.* Adde Gloss. *in cap. si plures*, 16. *quæst.* 7. de mente Hostiens. *in summ. eod. tit.* §. *quid juris est*, quòd priùs Episcopus moneat patronos, ut concordent, seù iterùm representent, *dict. cap. si duo*, 79. *dist.* & si nolunt vel non possunt concordare, sed adhùc repræsentent duos primos vel alios, & est æqualitas, tunc sit locus gratificationi, *cap. venerabilem*, §. *objectioni*, *de elect. in* vers. *quod autem*; adde Gloss. & Abb. *in cap. cum autem*, *eod. tit.*

(6) *Contra el.* Adde Hostiens. *eod. tit. in summ.* §. *quid juris.*

(7) *Sin escandalo de los presentadores.* Adde *cap.* 1. & 2. *eod. tit.* & *cap. si plures*, ubi glossa notabilis, 16. *quæst.* 7. & remedium hoc adhibebit Episcopus, secundum Abb. *in dict. cap.* 1. quandò patroni sunt ità potentes, quòd ipse non potest supplere eorum defectum, tunc secundum Hostiens. *in summ. in dict.* §. *quid juris*, interdicere debet Episcopus ecclesiam, & reliquias extrahere in patronorum verecundiam & ruborem; quòd si patroni neque sic possunt compesci, vel ad concordiam revocari, in fine recurrendum dicit ad brachium sæculare, *cap.* 1. *de offic. ordin.* & dicit Hostiens. ibidem, quòd timor scandali erit, quandò patroni minantur, & dicit quilibet, quòd si ponatur alius, nisi suus, quòd interficiet eum, ut tamen judex ex personis dicta penset.

LEX XI.

Pluribus super jure patronatus litigantibus, expectabit Episcopus usque ad quatuor, vel sex menses à vacatione ecclesiæ vel beneficii: & si quæstio infra istud tempus non finiatur, instituet quem voluerit, salvo jure vincentis ad præsentandum clericum per Episcopum institutum; si tamen discordia sit inter Episcopum & patronos super jure patronatus, ponetur œconomus, qui colligat fructus lite pendente, & in ecclesiæ utilitatem expendat in necessariis, vel eos servet clerico futuro successori. Hoc dicit.

tar Clerigo, e non los otros: e quando tal contienda acaesce, touo por bien Santa Eglesia, que esperasse el Obispo del logar de poner Clerigo en ella, mientra que contendiessen sobre el derecho del Patronadgo, fasta quatro o seys meses (1) a lo menos, desque la Eglesia vacasse; e si fasta este plazo el pleyto non se librasse de aquella contienda, de alli adelante puede el Obispo poner Clerigo (2) en la Eglesia. Pero con todo esso, en saluo les finca su derecho a aquellos que venciessen el Patronadgo, para poder presentar aquel Clerigo mismo (3), que el Obispo ouiesse puesto en la Eglesia; e esto se deue fazer, assi como en tenencia del derecho del Patronadgo, porque non gelo pueda despues embargar ninguno. Otrosi acaesciendo desacuerdo entre el Obispo, e otros omes que se llaman Patrones de alguna Eglesia, diziendo el Obispo, que non lo eran, e ellos que si, deuen poner vn Clerigo por Mayordomo (4) de la Eglesia, que coja las rentas della e las guarde, fasta que sea aquel pleyto librado, e las meta en pro de la Eglesia (5), si menester fuere; o las guarde fielmente, para darlas al Clerigo, a quien fuesse despues dada la Eglesia.

LEY XII.

Que el derecho del Patronadgo non se puede partir, mas todos los Patrones deuen auer ygualmente, quantos quier que sean.

EGualmente deue ser guardado el derecho del Patronadgo a todos los Patrones, quantos quier que sean, e non lo deuen partir (1) en ninguna manera, porque non es cosa en que caya particion; ante es cada vno por si (2) Patron, para fazer todas las cosas que le conuinieren por razon del Patronadgo, fueras ende presentar Clerigo, ca esto non lo puede fazer, si non todos en vno. E como quier que algunos Patrones dexen muchos herederos, que heredassen el Patronadgo dellos, maguer sean los vnos menos, e los otros mas; por esso non ha mejor derecho en el Patronadgo el vno que el otro, mas todos lo han por ygual (3); esto seria (4), como si fuessen tres Patrones, e el vno dexasse vn heredero, e el otro dos, e el tercero tres, o mas. Otrosi faziendo muchos omes vna Eglesia o dotandola, maguer el vno diesse mas que el otro (5) en fazerla, o en do-

(1) *Quatro o seys meses.* Communiter Doctores dicunt, quòd in patronis ecclesiasticis habentibus patronatum nomine ecclesiæ, & non ratione patrimonii, expectatur lapsus sex mensium à tempore vacationis, & sic loquitur Decretalis *eam te*, *eod. tit.* in patronis verò sæcularibus expectantur quatuor menses, & sic intelligatur *cap. quoniam*, & *cap. cum propter*, *eod. tit.* & ratio diversitatis est, quia patronus ecclesiasticus habet sex menses ad præsentandum, laicus verò quatuor, ut *in cap. unic. eod. tit. lib.* 6. unde quisque expectatur intra tempus sibi præfixum ad expectandum: & sic parùm curatur de pendentia litis, quia propter patronorum contentionem non debet differri ecclesiæ ordinatio, Abb. *in dict. cap. eam te.*

(2) *Clerigo.* Vide *in dict. cap. quoniàm*, & *cap. si verò*, *eod. tit.*

(3) *Aquel Clerigo mismo.* Concordat *dict. cap. si verò*, *eod. tit.* & *cap. cum propter*, *in fin.*

(4) *Mayordomo.* Concordat cum *cap. cum vos*, *de offic. ordin.* ubi vide per Abb. an durante tempore ad præsentandum, Episcopus possit ibi ponere œconomum. Item nota, quòd si competeret patrono laico custodia ecclesiæ vacantis, ex privilegio apostolico, vel de consuetudine per Papam approbata, posset patronus etiam laicus ponere œconomum in ecclesia vacante; ex quo tu cogita, an istud jus competat Regibus Hispaniæ ex consuetudine, de qua *in L.* 18. *tit.* 5. *suprà ead. Partit.* sicut & asserunt Hostiens. & Joan. Andr. competere Regibus Franciæ, & Angliæ, & quibusdam aliis Principibus, pro quo dicunt facere, quæ notantur *in cap. nobis, de jur. patronat.* de quo videas Hostiens. & Joan. And. & Joan. de Imol. *in dict. cap. cum vos*, & per Abb. & alios *in cap. bonæ memoriæ*, *de appell.* confert ad hoc ecclesiarum utilitas, & distantia longissima à curia Romana, juxta ea quæ habentur *in cap. nihil est*, *de elect.* & tradit Oldr. *consil.* 9. incipit, *posito sine præjudicio.*

(5) *En pro de la Eglesia.* Adde *dict. cap. cum vos*, & *cap. quia sæpè*, *de elect. lib.* 6. & *Clement. statutum*, *de elect.* poterunt ergò converti fructus in ecclesiæ reparatione interim, ut hìc vides.

L E X XII.

Jus patronatus est indivisibile, & cuilibet ex patronis competit in solidum, præter quàm quoad præsentationem, & si unus eorum relinquit unum hæredem, alius duos, alius tres vel plures, omnes erunt æquales in jure patronatus: & æqualiter est patronus, qui minus dedit in dotem vel in fabrica ecclesiæ, sicut ille, qui magis contulit, licèt in aliquibus magis subveniatur, & gratificetur plus conferenti; sicut est in subventione, cùm veniunt ad inopiam, & quoad honorem in processione & sessione in ecclesia. Item, quia si in discordia unus præsentat unum, alius alium, si præsentati sunt æquales, debet Episcopus instituere præsentatum ab eo, qui plus ecclesiæ contulit: & non gravosum, sed favorabile est ecclesiæ plures habere patronos, à quibus custodiatur & protegatur. Hoc dicit.

(1) *Partir.* Ortum habet *à cap.* 1. & ibi notatis per Glossam, *eod. tit.* An autem in divisione hæreditatis possit judex adjudicare jus patronatus uni ex hæredibus, vide per Joan. Andr. & Abb. *in cap. querimoniam*, *eod. tit.* & per Hostiens. *in summ. eod. tit.* §. *qualiter transferatur*, & per Roch. *in* verbo *ipse vel is*, *quæst.* 13. & concluditur communiter, licèt dicat Petrus aliud, quòd non; videas ibi per eos: fortè tamen dictum Petri posset esse verum, quandò una Villa adjudicaretur uni in divisione, in qua esset jus patronatus, non habita ratione ut valor juris istius æstimaretur, ut per hoc alii hæredi plus hoc respectu adjudicetur, argum. *cap. ex litteris*, *eod. tit.* & an posset testator uni ex hæredibus adjudicare totum jus patronatus, vide Decium *consil.* 149. 1. & 2. *colum.*

(2) *Ante es cada uno por si.* In solidum competit cuilibet quoad omnia, præterquàm quoad sacerdotis præsentationem, ut hìc vides, & habetur *in cap.* 2. & 3. *eod. tit.*

(3) *Mas todos lo han por ygual.* Etiam si ex diversis & inæqualibus partibus sint hæredes, *L. si libertus*, *ff. de jure patronat.* & *L. viæ*, *ff. de servitut.* & *in dict. cap.* 1.

(4) *Esto seria.* In hoc exemplo vide, quod hodiè habetur *in Clement. plures*, *eod. tit.* ubi Glossa recitat opiniones, quæ anteà in hoc fuerunt.

(5) *Mas que el otro.* Adde Glos. 63. *dist. in summ.* Innoc. & alios *in cap.* 1. *eod. tit.* Roch. *in tractat.* ju-

dotarla, non ha porende mayor parte en el Patronadgo, que qualquier de los otros que dieron menos. Ca es como cosa spiritual, e porende non pueden fazer el derecho, que han en el, partes mayores, nin menores. Pero casos y a, en que deuen cognoscer mejoria, e deuen fazer gracia aquel que mas de bienes en la Eglesia fizo; e esto puede ser en tres cosas. La primera es, de bien fecho; como si acaeciesse, que aquellos Patrones de alguna Eglesia cayessen en pobredad, e ella fuesse menguada, de manera que non pudiessen a todos complir, ca estonce deuen acorrer al que mas (6) de bien en ella fiziera. La otra es, de honrra: ca mas honrrado logar le deuen dar en la procession e en la Eglesia, al que mas de bien fiziere en ella. La tercera es, de gracia: e esto seria, como si acaesciesse, que ouiesse dos Patrones en una Eglesia, e desacordassen en presentar Clerigo, ansi que el vno dellos presentasse vno, e el otro presentasse otro; ca en tal razon como esta, seyendo los Clerigos eguales, e non auiendo mejoria el vno, que el otro, deue el Obispo fazer gracia, al que mas algo (7) ouiesse fecho en la Eglesia, recibiendo su presentacion, e dando la Eglesia al Clerigo, que aquel presentasse: e non se deue tener la Eglesia por agrauiada (8) en tener muchos Patrones, ca quantos mas fueren, tanto mas sera mejor guardada, e amparada dellos.

L E Y XIII.

Quales Clerigos deuen los Patrones primeramente presentar para las Eglesias, quando vacaren.

Poner non deue el Obispo, nin otro Perlado, Clerigos en la Eglesia quando vacare, en que algunos ouieren derecho de Patronadgo, a menos de presentarles (1) los Patrones: e deuen primeramente presentar de los fijos de la Eglesia (2), si los ouiere atales que sean para ello, e si non, de los otros que son de aquel Obispado (3); e esto se entiende, primeramente de los fijos de los Patrones, e de si de los fijos de los parrochianos. Pero si algun Obispo fuesse Patron de Eglesia que fuesse en otro Obispado, bien puede presentar Clerigo para ella, onde quisiere: e esta gracia

Ley 4. tit. 3. lib. 1. Recop.

juris patronat. chart. 5. *colum.* 1. & *chart.* 23. *colum.* 2. & *chart.* 26. *colum.* 2. ubi allegat dictam glossam.

(6) *Al que mas.* Licèt plures fundent ecclesiam vel dotent, in alendo & in honore magis debetur illi, qui plus expendit, ut hìc, & dicit Gofred. *eod. tit. in summ.* §. *item, quod si plures*, Hostiens. *in* §. *qualiter transferatur*, argumento *cap. cum in officiis, de testam.* & *eod. tit. cap. relatum*, el 2. *in fin.* & adde Roch. *in* verbo *& dotavit, quæst.* 12.

(7) *Mas algo.* Vide Gofred. *ubi suprà* & Hostien. & adde Glos. *in cap. si plures*, 16. *quæst.* 7. quæ dicit, quòd si patroni variant in pari numero, ut quia unus præsentat unum, alius alium, Episcopus habet optionem instituendi, quem vult, & idem tenet Abb. *in cap. cum autem, ad fin. de jur. patron.* & ex dicto hujus legis, & Gofred. & Hostiens. *ubi suprà*, limitatur illa doctrina Glossæ & Abb. quòd si unus ex patronis plus contulit ecclesiæ, tunc Episcopus non habeat istam optionem, sed debet instituere præsentatum ab eo, qui plus ecclesiæ contulit: ideò tene menti istam legem, & adde Glos. *in Clement. plures, de jure patronat. in glossa magna, circa fin.*

(8) *Agrauiada.* Non aggraviatur ecclesia ex multis patronis, sed alleviatur, nam plures habet defensores, 16. *quæst.* 7. *cap. filiis.* Hostiens. *eod. tit. in summ.* §. *qualiter transferatur*; Petrus tamen, quem refert Abb. *in cap. querimonia, eod. tit.* dicit, quòd utilius est ecclesiæ habere unum patronum, quàm plures, quia quod communiter possidetur de facili negligitur, *L.* 2. *C. quando & quibus quarta pars deb. lib.* 10. Sed certè clarum est, ut hìc dicitur, utilius esse ecclesiæ habere plures, si ab omnibus bona recepit: vide quod dixi suprà *eod. in L.* 1. *in gloss. super* verbo *tres cosas*, allegavi Dominicum.

L E X XIII.

Non debet institui clericus in ecclesia patronata nisi ad præsentationem patroni, qui priùs debet præsentare de filiis ecclesiæ, qui si deficiant, de clericis diœcesis; Episcopus tamen patronus alicujus ecclesiæ, quæ sit in aliena diœcesi, præsentare poterit clericum, undecumque volet, & potest legatus Papæ de latere, seu qui potestatem habeat conferendi beneficia, conferre beneficium juris patronatus clericorum, sine præsentatione patroni. Hoc dicit.

(1) *A menos de presentarles.* Adde *cap. decernimus*, 16. *quæst.* 7. & *de jure patronat. per totum*, limita, ut per Roch. *in* verbo *honorificum, quæst.* 1. & Gloss. *in cap. quia clerici, eod. tit.* & nota, quòd patrono negligente, vel mortuo sine hærede, jus providendi devolvitur ad illum, ad quem pertinebat institutio, gloss. 1. *in Clement. unic. de supplen. neglig. Prælat. in* verbo *provisionem*, quam dicit notabilem, & semper menti tenendam Abb. *in cap.* 1. *colum. fin.* vers. *quæro tertiò, de elect.*

(2) *Fijos de la Eglesia.* De filiis patronorum, & parochianorum loquitur, ut statim subjicit: adde glossam notabilem *in cap. neminem*, 70. *dist.* quæ dicit, quòd potiùs sunt instituendi illi clerici, de quorum bonis ecclesia est fundata.

(3) *De aquel Obispado.* Adde Glos. & Doctor. *in cap. si proponente, de rescript.* quòd si forensis impetrat beneficium, & non facit mentionem de loco suæ originis, gratia est subreptitia, quia in dubio Papa intendit providere cuicumque in patria sua, bonus textus quem ibi allegat Abb. *in cap. bonæ*, el 2. *de postul. Prælat. circa fin.* ibi: *neque vellemus*; & ibi Abb. 13. *notabil.* notat, quòd ubi in loco reperiuntur idonei, non debet præfici extraneus: est enim quis honorandus, & promovendus in eo loco, ubi suam peregit ætatem, neque debet alius obripere stipendia aliis debita, allegat canonem antiquum pulcherimum *in cap. nullus invitis*, 61. *dist.* Adde etiam textum notabilem *in cap. ne pro defectum, de elect.* ubi Hostiens. contra dictum glossæ finalis ibi, tenet, quòd Canonicis contradicentibus non debet præfici ecclesiæ extraneus, qui non sit de gremio ecclesiæ, si ibi reperitur idoneus; & dictum Hostiens. tenet ibi Abb. per textum *in dict. cap. nullus.* Cardin. etiam Alexand. *in dict. cap. nullus*, allegans Henric. dicit, quòd ubi de consuetudine, vel statuto ecclesiæ non posset provideri de extraneo, talis consuetudo est servanda, & ibi refert consuetudinem Franciæ; in hoc est etiam consuetudo Hispaniæ, ut patet per leges Ordinamentorum, esset enim opprobrium, quòd alieni devorent cibos naturalium regni, juxta illud Isaiæ *cap.* 1. *v.* 7. *Regionem vestram coram vobis alieni devorant*, vide etiam glossam notabi-

cia otorgo Santa Eglesia a los Obispos (4), mas que a otros omes que son Patrones. Otrosi acaesciendo que algun Legado (5) viniesse del Apostolico, que ouiesse poder (6) de dar Beneficios, e fallasse que vacasse alguna Eglesia, en que ouiesse Clerigo (7) derecho de Patronadgo por razon de su Eglesia e non por razon del Patrimonio (8), bien la puede dar a qualquier Clerigo que quisiere, onde quier que sea, maguer non gelo presente el Patron (9). Ca si el derecho que ha el Obispo, de ponèr Clerigo en la Eglesia, non le puede embargar el lego, que lo non ponga; mucho menos lo embargara el Patronadgo que ha el Clerigo por razon de la Eglesia: e esto viene, porque mayor derecho (10) ha el Perlado, de poder otorgar la Eglesia, que el Patron de presentar.

LEY XIIII.

Que derecho deue ser guardado, quando ordenan algunos Clerigos a titulo de las Eglesias que han Patrones.

Criados ay en las Eglesias Parrochiales, que son Clerigos, e ayudan a dezir las Horas a los Mayorales, que las han por

bilem *in cap. hortamur*, 71. *dist.* quòd laicus non debet presentare clericum extraneum, quandò reperitur idoneus in suo Episcopatu; & dicit Archid. ibidem, quòd Episcopus potest repellere talem præsentatum, & sequitur Cardin. Alexand. ibi, qui volunt hoc procedere, etiamsi, ille extraneus haberet litteras commendatitias proprii Episcopi: adde etiam ad prædicta Barb. 1. *volum. consil.* 23. incipit, *scripsit propheta*, & Roch. *in dicto suo tractat.* verbo *honorificum*, *quæst.* 18.

(4) *A los Obispos.* Vide 16. *quæst.* 5. *cap. si quis Episcoporum*, & Gloss. *in cap. hortamur*, 71. *dist.*

(5) *Legado.* Concordat cum *cap. cum dilectus*, *de jure patronat.* & *cap. dilectus*, *de offic. legat.*

(6) *Que ouiesse poder.* Vide *in dict. cap. dilectus*, *de offic. legat.* & *in cap.* 1. *de offic. legat. in* 6.

(7) *Clerigo.* Jus patronatus ecclesiasticum dicitur, quando clericus illud habet nomine ecclesiæ suæ, ut hìc, & *in dict. cap. cum dilectus.* Item quandò ipsa ecclesia, vel aliqua Universitas, vel Collegium religiosorum vel clericorum habet jus patronatus, secundum Dominos de Rota *decis.* 8. *in antiq.* & Felin. *in tractat. quando litteræ apostolicæ*, & Roch. *in dict. tractat. in* verbo *jus*, *quæst.* 7. Item etiam diceretur jus patronatus ecclesiasticum, quandò ecclesia, vel clericus illud haberet ex donatione laici, ut habetur *in cap. dilectus*, el 3. *de præbend.* Hostiens. *in summ. de jure patronat.* §. *final.* Quid autem si jus patronatus pertineat similiter ad clericum ratione ecclesiæ, & ad laicum, an dicetur jus patronatus ecclesiasticum, vel laicorum, ita ut legatus possit conferre beneficium? Abb. dicit, quòd non, *in dict. cap. dilectus*, per ea quæ habentur *in cap. unic. de jure patronat. lib.* 6. & per *L. si communem*, *ff. quem admod. servit. amit.* & idem tenet Abb. *in cap. fin. ad fin. de jure patronat.* allegans Frederic. de Senis, *consil.* 63. qui fatetur, quòd poterit tunc Legatus uti jure clerici, & conferre ecclesiam cum consensu solius laici, quod est notandum. Roch. de Curt. *in dict.* verbo *jus*, *quæst.* 7. verbo *sed circa istam decisionem*; pro contraria parte adducit Gloss. *in dict. cap. unic. eod. tit. lib.* 6. *in* verbo *ecclesiasticus*, & Abb. *in cap. cum propter*, *in fin.* & *in cap. eam te*, *eod. tit.* & alia, quæ ibi poteris videre, & tandem videtur residere cum distinctione Felini *in dict. tractat. quandò litteræ apostolicæ*, *colum.* 4. dicentis, quòd ubi resultat commodum ecclesiæ vel ecclesiasticæ personæ, tunc fit in casu mixto denominatio à qualitate clericali, non à qualitate laicali, & ita procedit Gloss. *in dict. cap. unic.* dùm vult, quòd hoc casu laicus habebit sex menses ad præsentandum; si autem resultaret incommodum ecclesiæ ex prædominatione qualitatis clericalis, tunc inspicitur potiùs qualitas laicalis: & ita procedit opinio, quòd Legatus non potest conferre ecclesiam, seu beneficium juris patronatus mixti. Quid autem si clericus fundaverit, & dotaverit ecclesiam, & dubitatur, an de suo patrimonio, vel de bonis ecclesiæ id fecerit? Videas ibi per Roch. *versic. quarta quæstio accessoria est.*

(8) *E non por razon del patrimonio.* Quando enim clericus haberet illud ratione patrimonii, dicitur de jure patronatus laicorum, & Legatus non posset beneficium conferre, ut *in dict. cap. cum dilectus*, verbo *nos igitur*, tenet Hostiens. *in summ. eod. tit.* §. *fin.* Gloss. *in Clement. plures*, *in* verbo *præsentare*, *eod. tit.* Abb. *in cap. cum propter*, & *in dict. cap. cum dilectus*, *eod. tit.* & *in cap. eam te*, *in fin.* Felin. *in dict. suo tractat. quando litteræ apostolicæ*, ubi alias auctoritates allegat Roch. *in dict. quæst.* 7.

(9) *Maguer non gelo presente el Patron.* Si tamen jus patronatus competeret laico, vel clerico ratione patrimonii, non posset Legatus, ut hìc à contrario colligitur, & *in dict. cap. dilectus*, *de offic. legat.* & *dict. cap. cum dilectus*, & ibi Doct. Papa tamen potest benè præjudicare, si velit, juri patronatus laicorum, glossa notabilis *in Clement. per litteras*, *de præbend.* Abb. *in dicto cap. cum dilectus*: cùm laicus illud jus habeat à Papa, non videtur tamen in dubio Papa, velle præjudicare tali juri patronatus laicorum, quia Papa non consuevit conferre talia beneficia, saltèm quin faciat de hoc mentionem. Quid autem si jus patronatus competat laico ex præscriptione? Frederic. de Senis *consil.* 65. incipit, *inscriptæ quæstiones*, dicit quòd non est opus in eo, ut derogetur per Papam; imò quòd Legatus potest conferre, quandò jus patronatus competit laico ex consuetudine, licèt secùs esset ex jure patronatus, quod acquiritur ex fundatione vel donatione ecclesiæ; & istam differentiam sequitur Anton. de Butr. *in cap. dilectus*, *colum.* 3. *quæst.* 1. *de offic. legat.* Cardin. *in Clement.* 1. *quæst.* 7. *ut lite penden.* & *in Clement. per litteras*, *in* 3. *quæst. de præbend.* & inter consilia Alexand. *consil.* 74. *volum.* 4. Socin. *consil.* 297. *colum. fin. volum.* 2. Cardin. *consil.* 99. incipit, *quoad primum*, 2. *dub.* contrarium tamen Joan. de Imol. *in dict. cap. dilectus*, *in fin.* & dicit Decius *consil.* 126. incipit, *in causa Domini Francisci Gentilis*, *colum.* 2. quòd ista opinio Imolæ, ut intelligit, prævalet in Curia Romana, quòd nulla sit differentia, an jus patronatus dicatur quæsitum fundatione, vel præscriptione; & subdit Decius, quia quandò non allegatur immediatè præscriptio, ex qua dicatur acquisitum jus patronatus, sed allegatur acquisitum ex fundatione ecclesiæ, & ad probandum hoc inducitur longa consuetudo præsentandi, procedit de jure, quòd tunc perinde sit, ac si de fundatione vel dotatione esset ostensum: videas ibi per eum, ubi & tradit, quid si patronus laicus intra tempus datum ad præsentandum, collationem factam à Papa vel Legato non impugnet; vide *in colum. fin.* verbo *neque obstat*, *si dicatur.* Quid autem si jus patronatus competat laico ex privilegio? Cardin. *in Clement. per litteras*, *de præbend. in* 3. *quæst. in fin.* dicit Legatum de latere conferre posse beneficia spectantia ad collationem laici non patroni, prout est in præsentatione, quam laicus facit ex præscriptione vel privilegio, quia tunc cessat ratio, ne laici retrahantur à fundatione ecclesiarum. Idem Cardin. *in Clement.* 1. *quæst.* 7. *ut lite pendente*, Abb. *in dict. cap. dilectus*, vers. *secundò quæritur*, Decius *consil.* 149. incipit *in causa juris patronatus*, *colum. fin.* & vide Roch. *in* verbo *competens alicui*, *quæst.* 24. ubi, quòd etiamsi beneficium vacet in Curia Romana, præsentatio competit patrono, quandò præsentatio non competeret ex privilegio; & est communis opinio contra Gloss. *in cap.* 2. *de præbend. lib.* 6.

(10) *Mayor derecho.* Adde *dict. cap. dilectus*, *de offic. legati.*

LEX XIIII.

Promotus ad sacros ordines ad titulum alicujus ecclesiæ patronatæ sine consensu patroni, non impedit patronum alium præsentare, si velit; si tamen promotioni consensit, non potest alium præsentare. Hoc dicit.

por Curas: e estos fazen, e ordenan a las vezes algunos de aquellos Clerigos a titulo de sus Eglesias (1), que quiere tanto dezir, como a nombre de sus Eglesias. Onde si acaesciesse que alguna de aquellas Eglesias vacasse, non se deue embargar el derecho de aquel que fuere Patron, por el Clerigo que fuere ordenado a titulo de aquella Eglesia, que non pueda el Patron presentar otro (2) para ella, si quisiere: e aquel que presentare, sea mayor, e aya la Cura; e los otros que fuessen ordenados a titulo della, non han y derecho, nin demanda, por razon que fueron ordenados para ella. Mas si el Patron consintiesse que ordenassen alguno a titulo de su Eglesia, non puede despues otro presentar, fueras aquel que consintio (3): e aquel que fuere Mayoral, deue proueer (4) segun pudiesse, a los otros Clerigos, que fueren ordenados para la Eglesia seruir. Pero estos atales, pues que la Eglesia non es Conuentual, nin ellos non son Cabildo, fueras que les dan alguna Racion en que biuan, non han poder de elegir al Perlado, que ha la Cura de la Eglesia, mas el que fuere Patron lo deue presentar.

LEY XV.

Por que razon touo por bien Santa Eglesia, que los legos ouiessen derecho de Patronadgo.

SUfre Santa Eglesia, e consiente, que los legos ayan algun poder en algunas cosas spirituales, assi como en poder presentar Clerigos para las Eglesias, que es cosa espiritual, o allegada con spiritual; e esto fizo por fazerles gracia (1) e merced. E maguer que las Eglesias con sus dotes, e con todas las otras cosas que han, sean en poder de los Obispos, e ellos las deuen ordenar, e poner Clerigos en ellas; touo por bien Santa Eglesia, que este poder ouiessen los legos, que pueden presentar Clerigos, para las Eglesias onde son Patrones. E esta gracia que les fizo, tanto tiempo la vsaron, que es tornada en derecho comunal: e por este poder que han y los legos, llaman el derecho del Patronadgo, como spiritual (2), e ayuntado a spiritual; ca si puramente lo fuesse, non le podrian los legos auer, porque segund la fuerça del derecho, los legos non han poder por si, de entremeterse en las cosas que pertenescen a la Eglesia, e mayormente en las que son spirituales. Ca tambien en la vieja Ley tenian tal manera, que apartados fueron, los que han de veer, e de ordenar las cosas spirituales, de las temporales.

TITULO XVI.

De los Beneficios de Santa Eglesia.

DEsemejantes, e departidos son los miembros en el cuerpo del ome, maguer son todos ordenados, para el mante-

(1) *A titulo de sus Eglesias.* Adde *cap. postulasti, eod. tit.* unde lex ista sumpta est; potest ergò Rector ecclesiæ etiam patronatæ præsentare clericos ordinandos ad titulum sui beneficii, ut sic posint ordinari, juxta *cap.* 2. & *cap. Episcopus, de præbend.* quandò facultates sufficiunt pro utroque, aliàs Episcopus talem præsentationem non debet admittere, secundum Hostiens. & Abb. *in dict. cap. postulasti*, & *in cap. per tuas*, el 3. *de simon.* & ex hoc non consequuntur tales præsentati aliquem titulum, vel perpetuum beneficium, sed tantummodò consequuntur alimenta, ut ibidem notatur, & tenet Archid. & Cardin. Alexand. *in cap. quando*, 24. *dist.* tradit Roch. *in dict.* verbo *competens alicui*, *quæst.* 25.

(2) *Presentar otro.* Adde *dict. cap. postulasti.*

(4) *Llamar.* Tantùm dicit, quòd potest vocari Rex. Sed an jurisdictio & administratio regni ei incumbat? Montalvus hìc videtur velle, quod sic. Sed contrarium tenet Bald. *in cap. significavit, de rescript.* ut dixi suprà *eod. L.* 1. vide ibi; nam facile est responderè ad omnia motiva Montalvi, & vide, quod dicit Glos. *in cap.* 1. 16. *quæst.* 2. quòd Episcopus non potest facere alium judicem ordinarium in diœcesi sua, & interest subditorum, ut eorum dominus sit liber, ut ipsi non habeant plures dominos, ut dicit Abb. *penult. notab. in cap. dilecti, de major. & obedient.* & *in cap. humilis, eod. tit. super gloss.* 2. Et Abb. *in cap. prudentiam, colum.* 4. *de offic. delegat.* dicit, quòd videtur quasi monstrum, si in eodem loco videantur duo domini, & quòd hoc tendit in præjudicium subditorum, & fœminæ succedentes in regno possunt exercere jurisdictionem, & administrare jura regni de jure, etiam consuetudine cessante, secundum Innoc. Hostiens. Abb. Joann. de Imol. *in cap. dilecti, de arbitr.* Angel. & Paul. *in L. cum prætor, ff. de judic.* & infrà *ead. Partit. tit.* 15. *L.* 2. Adverte tamen, quòd Joan. Lup. de Palac. Rube. *in suo tract. retentionis regni Navarræ,* 5. *part.* §. 5. allegato Bald. *in dict. cap. significavit*, dicit tandem, quòd secundum leges Hispaniæ, quas tamen non allegat, administratio regni pertinet ad maritum & uxorem, licèt regnum sit proprium uxoris; & miratus sum de hoc, nam non reperii leges hoc dicentes, solùm vidi *L.* 3. *tit.* 15. *infrà ead. Part.* ibi: *E si fuere fija la que ouiere de eredar, fasta que sea casada*, quæ per argumentum à contrario sensu innuit, quòd postquàm nubit, administratio regni pertinet ad maritum, cùm cesset tutela vel cura: facit etiam ista lex, quæ dicit verum esse Regem, qui isto modo haberet regnum, & vult, quòd administratio regni ei incumbit, & verè acquiret dominium regni, ut in principio hujus legis: vide tamen in chronicis Siculi qualiter fuit hoc ordinatum temporibus catholicorum Regum, nam secundum eum pro indubitato fuit, administrationem regni de jure tantùm ad reginam pertinere, vide ibi: & istæ leges regni sunt, de quibus loquitur Palac. Rube. *ubi suprà*, ut patet ex his, quæ ipse dicit *in cap. qui presbyterum, de pœnit. & remiss.* vers. *alii verò*, vers. 3. *pœna*.

(5) *Riqueza.* Adde textum *in authent. ut judic. sine quoquo suffragio*, §. 1. *colum.* 2. & in multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis, Proverb. *cap.* 14. *v.* 28.

(6) *E honrrar.* In hilaritate vultus Regis, vita: clementia ejus quasi imber serotinus, Proverb. *cap.* 16. *v.* 15.

(7) *Sabios.* Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum, Sapient. *cap.* 6. *v.* 26. & amicus sapientum sapiens erit, amicus stultorum similis efficietur, Proverb. *cap.* 13. *v.* 20. & ne communices homini indocto, Ecclesiastic. *cap.* 8. *v.* 5.

(8) *E acuerdo.* Rex debet esse pacificus, *cap.* 1. & ibi Abb. *de summ. Trinit. & fide cathol.* aliàs in prœmio Rex pacificus.

(9) *Justiciero dando.* Justitia firmatur solium Regis, Proverb. *cap.* 16. *v.* 12. & Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo, Prover. *cap.* 20. *v.* 8. & Rex justus eriget terram, vir autem avarus destruet eam, *eod. lib. cap.* 29. *v.* 4.

(10) *Estraños.* Pulchra verba legis, sic etiam habetur Ecclesiastic. *cap.* 8. *v.* 21. *Coram extraneo ne facias consilium, nescis enim quid pariet: non omni homini cor tuum manifestes, ne forte inferat tibi gratiam falsam, & convicietur tibi*; & facit hæc lex, quòd officia regni potiùs sint danda regnicolis, quàm extraneis.

L E X X.

Tyrannus dicitur, qui vi aut proditione occupat regnum; & tyrannorum conditio est magis propriis commodis inhiare, quàm publicæ utilitati, sunt semper suspitiosi perdendi regni, & in sua tyrannide utuntur triplici arte. Prima, ut subditi sint inscii & meticulosi. Secunda, seminant zizaniam inter subditos, ne unanimes contra eum fiant. Tertia, ut sint pauperes, & implicant subditos magnis negotiis, ne possint contra eorum tyrannidem aliquando meditari, occidunt peritos, devastant potentes, dissipant collegia & confraternitates hominum. Semper soliciti, ut sciant quid fiat in regno, & potius fidunt se, in consiliis errogandis, & corporum suorum custodia, extraneis quàm regnicolis: item & verus Rex ex mala administratione tyrannus fit. Hoc dicit.

(1) *Tyrano.* Nota definitionem tyranni, vide S. Gregor. 12. *lib. Moralium, cap.* 18. *in fin.* dicentem, quòd propriè tyrannus dicitur, qui in communi republica non jure principatur, & dicitur tyrannus à *tyro* græcè, latinè *fortis*, sive ab angustia, quia angustiat & cruciat suos, ut tradit Bart. *in tract. de tyrania, in princ.* Dicitur etiam tyrannus, qui vult occupare illud, quod est proprium Principis, & punitur pœna mortis, *L. sacri affatus*, & ibi Bal. *C. de divers. rescript.* An autem licet occidere Regem tyrannum? Videtur dicendum, quòd sic, quando sine titulo usurparet sibi regnum, ut colligi potest ex his, quæ latè adducuntur per Paridem de Puteo *in tract. syndicatus, fol.* 4. *colum.* 2. 3. & 4. licèt ipse non firmat pedes: & de tyranno, qui nullum jus habet ad regnum, sed per vim dominatur, idem tenet Cajet. 2. 2. *quæst.* 64. De Rege verò habente titulum, sed per excessum fit tyrannus, quibusdam videtur, ut refert S. Thom. *lib.* 1. *de regim. Princip. cap.* 6. ut ad fortium virorum virtutem pertineat tyrannum interimere, seque pro liberatione multitudinis exponere periculis mortis; cujus rei exemplum etiam in veteri testamento habetur, nam Aoth quidam Eglooni Regem Moab. qui gravi servitute populum Dei premebat, sica infixa in ejus femore interemit, & factus est populi judex. Secundum eundem S. Thom. hoc Apostolicæ doctrinæ non congruit, docet enim nos Pe-

trus

gaño, o por traycion. E estos atales son de tal natura, que despues que son bien apoderados en la tierra, aman mas de fazer su pro, maguer sea daño de la tierra, que la pro comunal (2) de todos, porque siempre biuen a mala sospecha de la perder. E porque ellos pudiessen complir su entendimiento mas desembargadamente, dixeron los Sabios antiguos, que usaron ellos de su poder siempre contra los del pueblo, en tres maneras de arteria (3). La primera es, que estos atales punan siempre que los de su señorio sean necios, e medrosos (4), porque quando tales fuessen, non osarian leuantarse contra ellos, ni contrastar sus voluntades. La segunda es, que los del pueblo ayan desamor (5) entre si, de guisa que non se fien vnos de otros, ca mientra en tal desacuerdo biuieren, non osaran fazer ninguna fabla contra el, por miedo que non guardarian entre si fe, ni poridad. La tercera es, que punan de los fazer pobres, e de meterles a tan grandes fechos, que los nunca pueden acabar; porque siempre ayan que ver tanto, en su mal, que nunca les venga al coraçon, de cuydar fazer tal cosa, que sea contra su señorio. E sobre todo esto, siempre punaron los Tyranos de estragar los poderosos, e de matar los sabidores, e vedaron siempre en sus tierras cofradias, e ayuntamientos de los omes, e procuran toda via de saber lo que se dize, o se faze en la tierra, e fian mas su consejo, e guarda de su cuerpo, en los estraños (6), porque les siruan a su voluntad, que en los de la tierra, que han de fazer seruicio por premia. Otrosi dezimos, que maguer alguno ouiesse ganado señorio del Reyno, por alguna de las dichas razones que diximos en la ley ante desta, que si el vsasse mal de su poderio en las maneras que de suso diximos en esta ley, quel pueden dezir las gentes Tyrano, e tornarse el señorio, que era derecho, en torticero (7), assi como dixo Aristoteles (8) en el libro que fabla del Rgimiento de las Cibdades, e de los Reynos.

LEY XI.

Quales son los otros grandes, e honrrados Señores, que non son Emperadores, nin Reyes.

PRincipes, Duques, Condes, Marqueses, Iuges, Vizcondes, son llamados los otros Señores, de que fablamos de

trus Apostolus non tantùm bonis & modestis, verùm discolis dominis reverenter subditos esse; & ad id, quod traditur de Aoth, dicit, quòd magis judicandus est hostem intermisse, quàm populi rectorem licèt tyrannum; unde & in veteri testamento legitur occisos fuisse, qui occiderunt Joas Regem Juda, quamvis à cultu Dei recedentem, eorum filiis reservatis, secundum legis præceptum, ubi & videbis B. Thom. hæc latè probantem, & ponentem remedia alia licita, quibus utatur contra talem tyrannidem: vide de hoc per Felin. *in cap. cum nobis, colum. 3. de præcript.*

(2) *Comunal.* Sed neque tyrannicæ factionis perversitas laudabilis erit, si regia clementia tyrannus subditos tractet, *cap. neque enim*, 14. *quæst.* 5.

(3) *De arteria.* Sumpta est hæc lex ex Plutarcho *in lib. de regim. Princip.* & refert Bart. *in dict. tract. de tyrannia*, *colum.* 6. quem vide latè examinantem ista.

(4) *Medrosos.* Sic etiam comprobat B. Thom. *lib.* 1. *de regim. Princ. cap.* 10. quòd solo timore tyranni regimen sustentatur, unde & timeri se à subditis totaliter intentione procurant, & cùm timor sit debile fundamentum tyranni, dominium non potest esse diuturnum, ibique refert Aristotelem *in politic.* qui multis tyrannis enumeratis, eorum dominium demostrat brevi tempore fuisse finitum.

(5) *Desamor.* Ex Tullio sumptum est, qui dicit, tyrannorum nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentiæ potest esse fiducia, omnia sibi suspecta & solicita sunt, nullus amicitiæ locus, & eorum est officium semper schisma invenire, & seminare in civitatibus. Alberic. *in L. decernimus*, *C. de sacrosanct. eccles.* mali enim Principes, qui rebus pacatis minus valent in republica, ob id data opera rerum motus excitant arte tyrannica, quo commodiùs suo arbitratu populum compilent, & adde S. Thom. 2. 2. *quæst.* 42. *artic.* 2. *ad fin.*

(6) *Estraños.* Sic enim ait Arist. 3. *politic. cap.* 10. Reges armis custodiuntur à civibus, tyranni verò ab extraneis mercede conductis.

(7) *En torticero.* Iste tamen minus propiè dicitur tyrannus, ut patet *in cap. neque enim*, 14. *quæst.* 5. & tradit Bart. *in dict. tract. de tyrannia, colum.* 5. *in fin.* adde Bald. *in L. eam quam*, *colum.* 6. *C. de fideicom.* referentem Aristotelem (ut hìc), quòd malus Rex tyrannus fit, & Seneca *in epistol. ad Lucillum*, 114. *epistol. circa fin.* dicit, bonus Rex honesta intuetur, salutem commissi corporis curat, nihil imperat turpe, nihil sordum; ubi verò impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac durum, & fit tyrannus: & ut etiam tradit Alberic. *in L. decernimus*, *C. de sacrosan. eccles.* tyrannus est, qui solùm proprium inspiciens commodum, nihil actum putat, nisi leges evacuet, vel populum subjiciat servituti: & an talem Regem per suas injustitias intolerabiles, ut facientem tyrannica, subditi possint expellere? Bald. *in L. ex hoc jure*, *colum.* 2. *ff. de just. & jur.* primò arguit, quòd sic, tandem dicit contrarium esse verum, & quò si de facto expellant, non amittit dignitatem suam; Bald. tamen *in princip. ff. veter. colum.* 6. velle videtur, quòd subditi posint ei denegare obedientiam & servitutem, ex quo ipse non impendit eis officii debitum; & vide, quod in simili dicit Gloss. *in cap. cùm beatus*, 45. *dist.* Neque potest talis Rex, qui jure successit in regno, etsi in regiminis modo limites juris & rationis excedat, à privato occidi, ut tradit Alphonsus á Castro *in lib. de hæresibus*, vers. *tyrannus*, ubi etiam dicit, quòd hæreticum esset asserere id licere.

(8) *Aristoteles.* Vide 8. *ethicorum*, *cap.* 10. ubi quòd Rex, qui utilitates suorum non curat, potiùs est tyrannus, quàm Rex, & quòd Rex pravus tyrannus fit: tradit etiam S. Thom. 1. *lib. de regim. Princ. cap.* 1. quòd Rex qui sua commoda ex regimine quærit, non autem bonum multitudinis sibi subjectæ, talis rector tyrannus vocatur, nomine à fortitudine derivato, scilicet quia per potentiam opprimit, non per justitiam regit.

LEX XI.

Principis nomen est generale Regum, in aliquibus tamen locis nomen est certi dominii sigillatim, veluti in Alemania, Antiochia, Morea, & Apulia. Dux dicitur habens officium ducendi exercitum, & assumptum fuit antiquitùs hoc officium manu Imperatoris, datæque sunt talibus officialibus magnæ terræ ab Imperatoribus, quæ hodiè dicuntur Ducatus, propter quas Duces illi sunt vassalli Imperii. Comes dicitur, qui comitatur continuè Imperatorem vel Regem cum exhibitione alicujus servitii, quorum aliqui Comites Palatini dicuntur, eo quòd in pa-

de suso, que han honrra de señorio por heredamiento. E Principe (1) fue llamado antiguamente el Emperador de Roma, porque en el se començo el Señorio del Imperio, e es nome general (2) que dizen a los Reyes; pero en algunas tierras es nome de Señorio señalado (3), assi como en Alemania (4), e en la Morea (5), e en Antiochia, e en la Pulla: e otros señorios non acostumbraron llamar por este nome, si non estos sobredichos. E Duque (6) tanto quiere dezir, como cabdillo guiador de hueste, que tomo este oficio antiguamente de mano del Emperador. E por este oficio, que era mucho honrrado, heredaron los Emperadores a los que los tenian, de grandes tierras, que son agora llamados Ducados, e son por ellas vassallos del Imperio. E Conde (7) tanto quiere dezir, como compañero, que acompaña cotidianamente al Emperador, o al Rey, faziendole seruicio señalado: e algunos Condes auia, a que llaman Palatinos, que muestra tanto como Condes de Palacio (8), porque en aquel logar los acompañauan, e les fazian seruicio continuamente, e los heredamientos que fueron dados a estos Oficiales, son llamados Condados. E Marques (9) tanto quiere dezir, como Señor de alguna gran tierra, que esta en comarca de Reynos. E Iuge (10) tanto quiere dezir, como Judgador; e non costumbraron llamar este nome a ningund Señor, fueras ende a los quatro Señores, que judgan, e señorean en Sardeña. E Vizconde tanto quiere dezir, como Oficial que tiene lugar de Conde.

LEY

latio comitabantur & serviebant, terræ his datæ Comitatus dicuntur. Marchio dicitur dominus alicujus terræ positæ in confinibus regnorum. Iuge dicitur quasi judex, & hoc nomine sunt consueti nominari quatuor dominantes in Sardinia. Vicecomes dicitur, qui gerit vicem Comitis. Hoc dicit.

(1) *Principe.* Duo sunt supremi Principes, Papa scilicet, & Imperator, Bald. *in L.* 1. *colum.* 2. *ff. de constit. Princip.* & Princeps terræ græco eloquio *Basileus* dicitur, quasi basis populi, eo quòd subditorum onera portat, secundum S. Gregor. *lib.*9. *Moralium*, *cap.*13. adde *L.* 1. *ff. de constit. Princ.* §. *sed quod Principi*, *instit. de jur. natur. gent. vel civili.* & dicebat Petrus Antibol. *in suo tractat. de muneribus*, §. 4. *num.* 97. vers. *tenetur autem quilibet*, quòd nullus Rex quantumcumque magnus, nullus comes, nullus marchio, nullus delphinus, neque multi qui hodiè nominantur Principes, non sunt Principes, & solus Imperator dicitur Princeps: tu dic, ut in ista lege habetur.

(2) *Nome general.* Scriptura etiam sæpiùs hoc nomen extendit ad omne genus dominii, & præcipuè nobilis, ad cujus similitudinem quidam ordo Angelorum vocatur principatus, quia dominantur toti provinciæ: unde in Daniele *cap.* 10. *v.* 13. scribitur: *Princeps Persarum restitit mihi viginti & uno diebus.* Joseph etiam, qui erat secundus à Rege Ægypti, se Principem vocat, secundum quod tradit S. Thom. *lib.* 3. *de regim. Princip. cap.* 21.

(3) *Señalado.* Isti secundum quod refert S. Thom. *lib.* 3. *de regim. Princ. cap. penult.* sunt domini provinciarum, quasi primum locum tenentes sub regali vel imperiali dominio, unde & dominantur Baronibus Comitibus, ut in Theutonia & regno Siciliæ patet.

(4) *En Alemania.* Isti sunt quasi Reges, ut dicit Bald. *in L. fin. C. de testam. milit.* & Gloss. *in Clement.* 1. *de baptis. in* verbo *Regum.*

(5) *Morea.* Hic est principatus Achajæ, de quo per Gloss. *in dict. Clement.* 1. *de baptis.*

(6) *E Duque.* Vide *in lib. feudorum, quis dicatur dux, marchio, comes*, & *in L.* 2. *C. de offic. præfect. prætor. Afric.* & nota quòd Duces à ducatu populi dicti sunt, sed præcipuè in castris, est enim ipsorum officium exercitum ducere, dirigere, & ipsum in pugna præire: unde cùm filii Israel impugnarentur à Chananeis, quæsierunt à se invicem, ut scribitur *in lib. Judicum, cap.* 1. quis ascendet ante nos contra Chananeum, & quis erit Dux belli: & hoc nomen tali rectori propriè convenit propter difficultatem negotii, quando quis est in pugna, unde ab excellentia regiminis congruissimè Dux vocatur: qua ratione Josue, quia pugnavit bella Domini, sic vocatus est, ut testificatur de illo ille egregius Princeps Matathias 1. *lib. Machab. cap.* 2. *v.* 55. hæc tradit S. Thom. *lib.* 3. *de regim. Princ. cap. penult.* sic de Christo dicitur Psalm. 79. *v.* 10. *Dux itineris fuisti, &c.* & nota, quòd licet Dux cum exercitu resideat in territorio alieno, potest punire delinquentes, secundum Bald. *in L. præses*, la 2. *ff. de offic. presid.*

(7) *Conde.* De istis etiam vide *in dict. cap. quis dicatur Dux, marchio, comes, &c.* & istud nomen fuit assumptum primò à populo Romano post exactos Reges, eligebant enim singulis annis, ut tradit B. Isidorus *lib.* 11. *etymologiarum*, duos consules, quorum unus militaret, alter verò rem administrabat civilem, & isti duo consules primò vocati sunt Comites, à commeando simul per veram concordiam, unde auctà fuit respublica, ut tradit Salustius de bello Jugurthino; processu verò temporis istud nomen abolitum est à Romano regimine, & translatum est ad statum aliquem dignitatis sub Regibus & Imperatoribus deputatum: unde dicuntur Comites à comitando, quia ipsorum officium est præcipuè Reges & Imperatores sequi in rebus bellicis, vel in quacunque re militari, & in aliis quibuscunque gerendis pro totius regni utilitate, ut dicit S. Thom. *lib.* 3. *de regim. Princ. cap.* 21. adde quod habemus *C. de Comit. & Archiat. sacri palat. lib.* 12. & ille propriè dicitur Comes, qui est investitus de comitatu; qui verò est sine comitatu, abusivè dicitur Comes, ut sunt Comites Palatini, qui creant tabelliones, & dant tutores ex privilegio Principis, juxta notata per Gloss. *in L.* 1. *ff. de tutorib. datis ab his*, secundum Bald. *in cap.* 1. *quis dicatur dux, marchio, comes, &c.*

(8) *Condes de Palacio.* Isti quando sunt sine comitatu, abusivè dicuntur Comites, Bald. *in dict. cap.* 1. *quis dicatur dux, marchio*, & adde Abb. *in cap. legebatur, de major. & obedient.*

(9) *E Marques.* Vide *in dict. cap.* 1. ubi Andr. de Iser. dicit, quòd marchia quasi *marea*, eo quòd juxta mare plurimùm est exposita: aliter exponit S. Thom. *in opuscul. de regim. Princ. lib.* 3. *cap.* 21. scilicet quòd istud nomen dignitatis comitatui æquipollet, sed hoc nomen sortitur à severitate justitiæ; dicitur enim Marchio à *marcha*, quod est singulare divitum pondus, per quod significatur directa, & rigida justitia; & communiter hoc apparet, quia communiter ista dignitas reperitur in locis montuosis & asperis, vel in provinciis lascivis, quorum utrumque genus rigore justitiæ conservatur; sic tradit S. Thom. *dict. lib.* 3. *de regim. Princ. cap.* 21.

(10) *Iuge.* Judex quasi jus populo dicens.

LEY XII.

Que poder han los Señores sobredichos, que han el señorio de las tierras por heredamiento.

POr heredamiento (1) han señorio, los Principes, e los Duques, e los otros grandes Señores, de que fablamos en la ley ante desta. E conuino que fuessen por esta razon: porque el Emperador, e el Rey, maguer sean granados Señores, non pueden fazer cada vno dellos mas que vn ome, por que fue menester que ouiesse en su Corte omes honrrados, que le siruiessen, e de quien se gouernassen las gentes, e tuuiessen sus lugares en aquellas cosas, que ellos ouiessen de ver por mandado dellos. E ha poderio cada vno dellos en su tierra, en fazer justicia, e en todas las otras cosas que han ramo de señorio, segund dizen los priuilegios (2) que ellos han de los Emperadores, e de los Reyes, que les dieron primeramente el señorio de la tierra, o segund la antigua costumbre (3), que vsaron de luengo tiempo; fueras ende que non pueden (4) legitimar, nin fazer ley (5), nin fuero nueuo, sin otorgamiento del pueblo. E deuen vsar en las otras cosas de su poderio derechamente, en las tierras que son Señores, en aquella manera que en las leyes de suso diximos, que lo han de fazer los Emperadores, e los Reyes.

Leyes del tit. 3. lib. 6. Ord.

LEY

LEX XII.

Principatus, & dominia terrarum seu provinciarum deferuntur successione illis, de quibus suprà *L. proxima*: his competit jurisdictio, & alia concernentia dominium, secundum quod continetur in privilegiis concessionum Regum, vel Imperatorum, seu juxta antiquam consuetudinem; non tamen possunt legitimare, neque novam legem, aut forum condere sine populi assensu: in aliis verò uti debent sua potestate rectè in suis dominiis, sicut dictum est debere fieri per Imperatores, vel Reges. Hoc dicit.

(1) *Heredamiento.* Innuit ista lex, quòd dignitas ducatus, marchionatus, comitatus, transeat ad hæredes: & videtur obstare *cap.* 1. *de feudo marchiæ*, ubi habetur quòd hæres non succedit in tali dignitate. Ad idem est *L.* 6. *tit.* 26. *Part.* 4. sed videtur quòd ista lex loquitur, quando conceditur marchionatus, vel ducatus respectu territorii, & rerum immobilium; contraria loquuntur, quando daretur dignitas, ut administratio officii, ut declarat Andr. de Iser. *in dict. cap.* 1. *de feudo march.* & ex hoc infertur, quòd quando Rex donat alicui villam, seu oppidum cum suo territorio, faciendo eum comitem, vel ducem, eo ipso videtur constitui majoria, ut sic jure & titulo majoriæ succedatur, quod etiam probatur *in* §. *præterea ducatus, de prohib. feudi alienat. per Federic.* & expressè sentit Abb. *in cap. prudentiam, in fin. princ. de offic. delegat.* cùm extendit illum §. qui hoc probat, etiam ad bona non feudalia: videatis tamen Roderic. Suarez, qui latè istam materiam voluit explicare *in repet. L. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. in* 11. *limitatione*, in informatione ibi posita super comitatu de Valentia; & quia etiam super eodem comitatu credo litem esse sub judice, & quia in ea ego fui judex in regali auditorio, ulteriùs non insisto: & ádverte, quòd comitatu, vel ducatu cum territorio per Principem concesso pro se & hæredibus, non intelligetur de extraneis hæredibus, sed tantùm de filiis, per textum *in cap. unic. de alien. feud.* & ibi Bald. *in* 8. *notabil.*

(2) *Segund los priuilegios.* Innuit ista lex, quòd cessante privilegio vel consuetudine, etsi Rex concederet aliquam terram titulo ducatus, comitatus, vel marchionatus, non tamen intelligeretur esse concessa jurisdictio, nisi hoc expressè diceretur in privilegio; & fortè ex hac lege habuit ortum dispositio legis domini Regis Alphonsi, quæ est *lib.* 5. *tit.* 9. *L.* 2. *in Ordin. Regal.* quidquid in hoc esset de jure communi, juxta notata *in* §. *præterea ducatus, de prohib. feudi alien. per Federic.* & *in L.* 1. §. *cum urbem, ff. de offic. præfect. urbis*, & quæ adducit Specul. & ibi Joan. Andr. *in addit. in tit. de jurisdict. omn. judic.* vers. *quæ autem meri imperii sunt*, & per Andr. de Iser. *in* §. *penult. dict. tit. de prohib. feud. alienat. per Federic. colum. penult.*

(3) *Antigua costumbre.* Vide *L.* 6. *tit.* 13. *lib.* 3. *Ordin. Regal.* & vide quæ dixi in ista materia *in L.* 6. *tit.* 25. 4. *Partit.*

(4) *Non pueden.* Hæc gratia exempli posita sunt, nam neque cudere monetam, neque alia regalia possunt, ut *in L.* 9. *tit.* 4. *Partit.* 5. & *in cap. unic. quæ sint regaliæ*: vide quæ tradit Paris de Puteo *in suo tractat. syndicatus*, vers. *excedunt autem Barones, colum.* 2. vers. *advertendum*, & Lucas de Penna *in L. publicam, C. de re milit. lib.* 12. ubi & notanter tradit, an ista regalia possint concedi per Principem alicui Duci vel Comiti, & post longam disputationem se resolvit, quòd aut transferuntur in Comitem & ejus hæredes in perpetuum, & non potest fieri & est illicitum, aut ad tempus, veluti in vita ipsius Comitis vel infra, & tunc si justa causa & expediens reipublicæ subest, valeat quod in hoc actum est, aliàs non.

(5) *Nin fazer ley.* Nota istam legem expressè disponentem, quòd Duces & cæteri domini non possunt condere legem vel statuta in eorum terris sine consensu populi, etsi perpetui sint, contra ea quæ notat Bart. *in L.* 1. *in princip. ff. quod quisque jur.* & *in repet. L. omnes populi, colum.* 3. vers. *quartò quæro, ff. de just. & jur.* Cogita tamen an hoc possit limitari, ut in concernentibus præjudicium aliorum hoc procedat; si tamen concernunt exercitium jurisdictionis suæ, & super permissis & non prohibitis à jure regni, possint, juxta ea quæ notant Innoc. & Abb. *in cap. fin. de offic. legat.* & Doctor. ubique: & adverte hìc dùm dicit, *sin otorgamiento del pueblo*, nam vult à contrario sensu, quòd de consensu populi possent condere statuta, & tunc judicandum erit, acsi ipse populus statueret, juxta *L. omnes populi, ff. de just. & jur.* & vide suprà *Part.* 1. *tit. de las Leyes, L.* 13. quæ incipit, *Emperador*, & quæ ibi dixi; & ex ista lege videtur, quòd rectè dixerit Angel. *in L. imperium, col.* 2. *ff. de juris. omn. judic.* vers. *ex prædictis etiam deciditur*, quòd legem condere est de mero & summo imperio, quod non competit, nisi soli Principi, *L. non ambigitur, ff. de legib.* §. *sed quod Principi, instit. de jure nat. gent. & civil.* nam expenditur officio nobilissimo, & respicit principaliter publicam utilitatem, licèt quidam dicant esset de jurisdictione, & malè secundum eum; unde infert, quod infeudatus de civitate, vel castro cum jurisdictione tantùm, non poterit condere statuta, quod dicit esse notatu dignum.

LEY XIII.

Quales son llamados Catanes, e Valuasores, e Potestades, e Vicarios, e que poder han.

CAtanes (1), e Valuassores (2) son aquellos fijosdalgo en Italia, a que dizen en España Infançones (3). E como quier que estos vengan antiguamente de buen linaje, e ayan grandes heredamientos, pero non son en cuenta destos grandes Señores, que de suso diximos. E porende non pueden, nin deuen vsar de poder, nin de Señorio (4) en las tierras que han, fueras ende en tanto, quanto les fuere otorgado por los priuillejos de los Emperadores, e de los Reyes. E Potestades llaman en Italia, a los que escogen por Regidores de las Villas, e de los grandes Castillos, e estos han poder de judgar, segund ley o fuero, en aquellos logares sobre que son escogidos, e en aquellas cosas, e por tanto tiempo, como les fuere otorgado por los omes de aquel lugar, e non en mas. E Vicarios llaman aquellos Oficiales, que fincan por Adelantados en lugar de los Emperadores, e de los Reyes, e de los grandes Señores, en las Prouincias, en los Condados, e en las grandes Villas, quando ellos non pueden y ser personalmente: e estos Oficiales deuen vsar de aquel poderio, que los Señores han, que los dexan en sus logares (5), fueras ende en aquello que les ellos defendiessen señaladamente, que non vsassen.

TITULO II.

Qual deue el Rey ser en conoscer, e amar, e temer a Dios.

COnoscimiento verdadero de Dios es la primera cosa, que por derecho deue auer toda criatura, que ha entendimiento. E como quier que esto pertenesce mucho a los omes, porque han razon e entendimiento, entre todos ellos mayormente lo deuen auer los Emperadores, e los Reyes, e los otros grandes Señores, que han a mantener las tierras, e gouernar las gentes con entendimiento de razon, e con derecho de justicia. E porque estas cosas non podrian ellos auer sin Dios, conuiene que le conoscan, e conosciendole, quel amen, e amandole, que le teman, e que le sepan seruir e loar. E porende, pues que en titulo ante deste fablamos de los Emperadores, e de los Reyes, e de los grandes Señores, e porque son assi llamados, e porque conuino que fuessen; queremos aqui dezir, como deue el Rey conoscer a Dios, e por que razones. E otrosi como le deue amar, e temer, seruir, e loar. E en cada vna de las leyes deste titulo diremos el pro que yaze en

LEX XIII.

Qui in Italia Capitanei, seu Valvasores, in Hispania dicuntur Infanzones; hi minoris potestatis sunt, quàm alii magni domini, de quibus suprà *L. proxima*, & in eorum terris ea potestate uti possunt, quæ in concessionibus imperialibus vel regalibus eis conceditur. Potestates, dicuntur judices magnorum locorum, habentes potestatem judicandi, secundum leges & forum, in locis, & rebus, & temporibus sibi assignatis. Vicarii dicuntur, qui gerunt vices Regum, vel Imperatorum vel aliorum magnatum, qui facere possunt ea, quæ domini, qui eos constituerunt, prohibitis sibi tantùm exceptis. Hoc dicit.

(1) *Catanes.* De his habetur *in cap.* 1. *de his qui feudum dare poss.* vide S. Thom. *in opuscul. de regim. Princ. lib.* 3. *cap. fin.* ubi declarat, qui sunt isti Catani, & dicit ibi S. Thom. quòd Catani ab universitate operum in curia Principis, & strenuitate super alios simplices milites, sunt dicti, qui & Proceres, quasi ante alios præcedentes, dicuntur; *Cata* enim universale quid græco nomine significamus.

(2) *Valuasores.* A valuis, quia deputati erant ad custodiendum portas palatii regalis sive imperialis, quos nos ostiarios appellamus, vide eundem Thom. *in dict. cap. fin.*

(3) *Infanzones.* De istis ibidem B. Thom. dicit, quòd isti sunt nobiles, qui plus virtutis habent, quàm miles simplex, & sunt aliquarum villarum & castrorum domini, qui alicubi Castellani dicuntur; & secundum eum dicti sunt Infanzones, quia minus possunt inter alios Principes lædere propter eorum impotentiam, sicut pueri ab infantiæ recedentes; si enim lædant, subditos suos rebellant majoribus Principibus adhærentes, & sic perdunt dominium. Item neque potentiam habent majorum Principum, sicut neque puer respectu viri.

(4) *Nin de señorio.* Nota hìc pulchram legem & casum, quem in regali cancellaria cum aliis judicibus habui de facto, in quadam lite, & causa uxoris Doctoris Fortunii de Arzilla, quæ prætendebat dominium in certo oppido, & non ostendebat ad hoc privilegium sufficiens, sed tantùm quandam probationem per famam, quòd ibi antecessores sui habuerunt dominium, & non declarabatur, in quo esset tale dominium.

(5) *En sus logares.* Sed an occidens, vel percutiens, seu capiens viceregem, puniatur perinde ac si in ipsum Regem id fecisset? Et videtur, quòd sic, ut notat Bald. *in L. sed si hac*, §. *semper*, *ff. de in jus vocand.* ubi dicit, quòd offendens vicarium Episcopi, puniri debet, ac si offenderet Episcòpum, allegat textum notabilem *in L. ossa, in fin. ff. de relig. & sumpt. funer.* & quod notat idem Bald. *in cap. ex litteris, in fin. de offic. delegat.* contra offendentem nuntium judicis, vel litteras judicis lacerantem; & de potestate viceregis (de quo in ista lege) adde Andr. de Iser. *de prohib. feudi alien. per Feder. colum.* 5. 6. & 7. & Alexand. *in rubric. de offic. ejus cui mandata est jurisd.* & Jason. *in L. conventionem, ff. de pact. colum. fin.* & videtur, quòd vicarius Regis non possit extendere manus ad insolita, scilicet quæ ipse Rex non est solitus concedere, argum. *L. qui peculii, ff. de pecul.* & *cap. quod translationem, de offic. legat.* & fuit opinio aliquorum Doct. in his terminis viceregis, ut tradit Andr. de Iser. *ubi suprà*, quòd saltim videtur procedere, si ex hoc vicerex disponeret contra leges regni non solitas derogari: non enim est de verisimili mente Principis, quòd hæc vellet sub generali concessione committere, argum. *cap. fin. de offic. vicarii, lib.* 6. & *cap. in generali, de regul. jur. lib.* 6. imò neque videtur, quòd possit Rex istam supremam potestatem, & supremum imperium alii committere, ut notat Bald. *in L.* 1. vers. *in initio, ff. de offic. præfect. urb.* faciunt quæ notat Bart. *in L. prohibere*, §. *planè, in fin. ff. quod vi, aut clam*; ea enim quæ fiunt de plenitudine potestatis Principis, sunt de summo imperio, seu suprema potestate, Bald. *in L. eam quam, col.* 8. *C. de fideicomis.*

en esto, quando bien lo fiziere: e otrosi el daño, quando non lo fiziesse assi.

L E Y I.

Como el Rey deue conoscer a Dios, e por que razones.

SEso de ome non puede conoscer, que cosa es Dios, complidamente (1) segund natura; pero el mayor conoscimiento que del puede auer, es veyendo las sus marauillosas obras (2), que fizo, e faze cada dia: ca por aquello pueden entender, que el es comienço, e medio, e fin de todas las cosas, e en quien ellas se encierran, e el las mantiene a cada vna en aquel estado en que las ordeno, e todas han menester del, e el non dellas: e el puede mudar todas las cosas, cada ora que quiera, segund su voluntad: e esto non puede auenir en el, que se mude, nin que se cambie en ninguna manera. E aun deue el Rey conoscer a Dios por creencia, segund manda la Fe Catholica de Santa Eglesia, assi como se muestra en la primera Partida deste libro. Ca si destas maneras non le conosciere, non sabra conoscer a si mismo, ni el nome que ha, nin el lugar que tiene, para fazer justicia e derecho.

L E Y II.

Como, e por que razones deue amar a Dios el Rey.

BVeno non podria ser el Rey, segund conuiene, si non amasse a Dios (1) sobre todas las cosas del mundo, e señaladamente por la grand bondad que es en el. Ca el ha en si complida franqueza (2), e mesura, e piedad, e tan grande es la su grandeza, que el da a todas las cosas, aquello que les es menester, a cada vna segund le conuiene. E por esto dixo nuestro Señor Jesu Christo, que tan grande es la franqueza de Dios, que el faze nascer el Sol (3) sobre los buenos, e los malos, e llueue sobre los justos, e los pecadores. E mesurado es otrosi, ca todos los sus fechos faze ordenadamente, e con razon, assi que non ha en ellos sobejania, nin mengua. E desto dixo el Rey Salomon, que la bondad de Dios puso todas las cosas so cierto numero, e peso, e mensura (4). E piadoso (5) es tanto, que por la su bondad fizo todo el mundo, con todas las cosas que en el son, e las mantiene segund conuiene a cada vna, porque non perezcan, nin se pierdan. E demas desto non quiere calonar a los omes, los yerros que fazen, segund el podria, e ellos merecen; ante los perdona, solo que se tornen a el, arrepintiendose de co-

TITULUS II. QUALIS DEBET ESSE REX erga Deum.

LEX I.

Sensus hominis à natura non potest perfectè cognoscere, quid sit Deus, & major cognitio, quæ de Deo haberi potest, est per creata & causata ab eo, ex quibus cognoscitur ipsum esse principium, medium & finem omnium rerum, in quo omnia continentur, omnia sustentantur in statu ab ipso ordinato, omnia eo indigent, ipse nullo, dat ipse cuncta moveri, ille verò immobilis. Rex debet ultra istam cognitionem catholica fide Deum cognoscere; si sic eum non cognoscat, neque seipsum cognoscet, neque nomen, neque locum, quem habet ad justitiam faciendam. Hoc dicit.

(1) *Complidamente.* Dicebat Aristoteles, quòd prima causa est superior narratione, ideò deficiunt linguæ in ejus enarratione; nam rem quamlibet ostendimus per causas, sed Deus non habet causas, quia est prima causa causans, & non causatus, & ideò verè Deus monstrari non potest, licèt aliquando demonstremus eum per creata, & causata ab eo; sed hæc non est vera cognitio, Abb. hæc *in cap.* 1. *colum.* 2. *de summ. Trinit. & fide catholic.* & dicit B. Gregor. 27. *lib. Moralium, cap.* 26. homo qui ineffabilem Deum effari cupit, ipsa suæ ignorantiæ angustia deglutitur, loquitur enim caro de spiritu, circunscriptus spiritus de incircunscripto, creatura de creatore, temporalis de æterno, mutabilis de immutabili, mortalis de vivificante.

(2) *Obràs.* Cœli enarrant gloriam Dei, Psalm. 18. *v.* 1. & invisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, & sempiterna quoque ejus virtus & divinitas, ad Romanos *cap.* 1. *v.* 20.

LEX II.

Debet Rex diligere Deum super omnia propter ejus bonitatem, quia in Deo sunt largitas & pietas perfectè, dat enim omnibus affluenter, solem suum oriri facit super bonos & malos; omnia facit ordine & ratione, ut nihil superfluum, nihil diminutum; omnia constituit sub certo numero, pondere & mensura; omnia creavit sua bonitate, sustentat ne pereant, parcit peccantibus ad eum conversis & pœnitentibus. Rex debet etiam amare Deum propter maxima beneficia, quæ ab eo recipit, dato ab eo regno: si igitur dilexerit Rex Deum, & timuerit, erit verus christianus, & confidet in eo, & ei placita adimplere nitetur, & dabit ei Deus cognitionem, & timorem subditorum, ut eum diligant, & timeant, & insuper vitam æternam: Rege autem aliter agente omnia per contrarium succedent, & propter honoris prærogativam pœna ejus major erit, quàm alterius. Hoc dicit.

(1) *Si non amasse a Dios.* Habes hìc, quòd non est vera virtus sine charitate, de quo vide per S. Thom. 2. 2. *quæst.* 24. *artic.* 7. ubi concludit sic esse verum, ubi virtus accipitur simpliciter, prout & illa, quæ ordinat ad principale bonum hominis, vel si accipiatur in quantum ordinatur ad aliquem particularem finem, qui non est verum bonum, sed apparens; si verò illud particulare sit verum bonum, ut conservatio civitatis, vel aliquid hujusmodi, erit tunc vera virtus, sed imperfecta, nisi feratur ad finem, & perfectum bonum.

(2) *Complida franqueza.* Et sicut non est momentum, quo quis bonitate & misericordia Dei non fruatur, ita nullum debet esse momentum, quo eum præsentem non habeat in memoria, secundum B. Ambros. *in lib. de dignitate humanæ naturæ.*

(3) *El sol.* Vide Matthæ. *cap.* 5. *v.* 45.

(4) *Peso, e mensura.* Vide Sapien. *cap.* 11. *v.* 21. Moysen Exod. 3.

(5) *Piadoso.* Vide Sapien. *cap.* 11. *v.* 24.

corazon: ca non podrian ser los pecados tantos dellos, que siempre mayor non sea la su merced, e la su piedad, como el mismo dixo a Moysen, quando lo embio al Rey Pharaon, e mandole dezir, que le dexasse al Pueblo de Israel yr al desierto a fazer sacrificio; e dixole Moysen, que si le preguntasse, qual Dios era el que mandaua esto, que como le responderia, e el le mando, que dixesse, que era aquel Dios que demandaua los yerros, que fazian los homes contra el, fasta tercera generacion, e les perdonaua sin fin. E amarle deuen, sin todo esto, los Reyes, por los grandes bienes que del resciben; assi como en la muy grand honrra que les faze, queriendo que sean llamados Reyes, que es el su nome; e otrosi por el lugar que les da, para fazer justicia, que es señaladamente del su poder; e otrosi el pueblo que les da a mantener, que es obra conoscida de su piedad. Onde el Rey que conosce a Dios verdaderamente, e le ama por la grand bondad que en el es, e temele segund el su gran poder, es complidamente Christiano: ca por la conoscencia, aura a creerle, e fiarse en el; e amandolo, trabajarse ha siempre, de fazerle plazer; e temiendole, se guardara de fazerle pesar, nin cosa por quel aya de perder. E al que esto fiziere fazerle ha porende nuestro Señor Dios en este mundo, quel conoscan los suyos (6), e le amaran, e le temeran con derecho; e de si darle ha el Parayso en el otro siglo, que es cumplido bien, e acabada honrra, sobre todas las otras que ser puedan. E aquel que por sus malos pecados assi non lo fiziere, darle ha Dios el contrario desto, e seria su pena mayor (7) que de otro ome, segund le mostro el grand amor en darle honrra, e poder.

LEY III.

Qual deue el Rey ser en temer a Dios.

NAtural razon es, que el ome non puede amar ninguna cosa complidamente, si la non teme (1): este temor es en dos maneras. La una, que non faga por que la pierda. La otra, porque non le venga mal della. E si este temor han los omes de las cosas temporales (2), mucho mas lo deuen auer de Dios, e mayormente los Reyes, que son su cosa quita. E estos lo deuen temer, de non fazer cosa, por que pierdan el su amor (3) e su merced. E otrosi porque non se aya de ensañar contra ellos, de manera que aya de tomar vengança (4). E el que desta manera lo temiere, conoscerlo ha, e amarlo ha verdaderamente. Ca non abonda al Rey, de conoscer tan solamente, e de amar a Dios, mas ha menester que despues que lo conosciere, e lo amare, que le tema: lo vno, porque es poderoso, e lo al, porque es justiciero; e demas porque es tenudo de dar cuenta a el en este mundo, e en el otro, porque tiene su lugar en la tierra. E avn sin todo esto es muy grand derecho, que como el quiere quel teman los suyos, assi tema el a Dios. E que ellos assi lo deuen fazer, mostrolo el Rey Dauid en el Psalterio (5) quando dixo, que comienço de

Ley 1. tit. 9. lib. 3. Recop.

(6) *Mando, quel conozcan los suyos.* Nota hæc verba prudenter in hoc & sequentibus posita ad finem Regis ad benè regendum: non enim mundanus honor, & hominum gloria, est regiæ solicitudinis sufficiens præmium, ut latè comprobat B. Thom. *lib.* 1. *de regim. Princip. cap.* 8. sed præmium debet expectare Rex à Deo, remunerat etiam Deus Reges interdum temporalibus bonis pro suo ministerio, sed talia præmia sunt bonis malisque communia: non ergò propter terrenam, sed propter æternam mercedem servire debent Reges Deo, qui eis æternam mercedem promittit, dicente B. Petro pastoribus populi Dei: *Pascite qui in vobis est gregem domini, ut cùm venerit Princeps pastorum percipiatis immarcessibilem gloriæ coronam.*

(7) *Su pena mayor.* Judicium durissimum his, qui præsunt, fiet, Sapien. *cap.* 6. *v.* 6. ut tradit B. Thom. *lib.* 1. *de regim. Princ. cap.* 11. qui unum hominem spoliat, vel in servitutem redigit vel occidit, maximàm pœnam meretur, quantum quidem ad judicium hominis, mortem, ad judicium verò Dei, damnationem æternam; quanto magis putandum est, Regem tyranum deteriora mereri supplicia, qui undique ab omnibus rapit, contra omnium libertatem laborat, pro libito voluntatis suæ quoscunque interficit? Tales insuper raró pœnitent, vento inflati superbiæ, merito peccatorum à Deo deserti, & adulationibus hominum delibuti, rarius dignè satisfacere possunt: quando enim restituent omnia, quæ præter justitiæ debitum abstulerunt? Ad quæ tamen restituenda nullus dubitat eos teneri; hæc B. Thom. *ubi suprà*, ubi & subdit: adjicitur autem ad eorum impœnitentiam, quòd omnia sibi licita existimant, quæ impunè sine resistentia facere potuerunt; unde non solùm emendare non satagunt, quæ malè fecerunt, sed sua consuetudine pro auctoritate utentes, peccandi audaciam transmittunt ad posteros.

LEX III.

Naturale est, ut ejus non sit perfecta dilectio, cujus non timetur amissio: Rex igitur diligat Deum, & timeat eum, quia redditurus est ei rationem. Hoc dicit.

(1) *Si la non teme.* Pulchrè dictum est, quia timor perdendi inducit conservationem rei amatæ; hinc dicit Bernard. super *Cantic. sermon.* 54. *colum. penult.* in veritate didici, nihil æquè efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inveniaris, non altum sapere, sed timere: beatus homo qui semper est pavidus, Proverb. *cap.* 28. *v.* 14. & timor domini, fons vitæ, Proverb. *cap.* 14. *v.* 27. & dicit Philos. 3. *Eticorum cap.* 9. quòd omnis timor ex amore procedit, nullus enim timet nisi contrarium ejus, quod amat, & dicit Augustin. *in lib.* 83. *quæstionum*, quòd illud timet homo amittere, quod amat.

(2) *Temporales.* Hic est timor mundanus, & quando procedit ab amore mundano, cùm quis innititur mundo tanquam fini, semper est malus, secundum. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 19. *artic.* 9. procedit namque à mala radice.

(3) *El su amor.* Hic est timor filialis, & hic est qui ponitur, Isaiæ *cap.* 11. *v.* 3. inter dona Spiritus Sancti, ut tradit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 19. *artic.* 9.

(4) *Venganza.* Hic est timor servilis, vide S. Thom. de his timoribus, 2. 2. *quæst.* 19. signanter *artic.* 5. 6. & 8.

(5) *Psalterio.* Psalm. 110. *v.* 10.

de todo saber es temer a Dios: e tanto tuuo que era bien, que aun dixo en otro lugar (6): Temed a Dios los Santos, ca no fallesce ninguna cosa a los que le temen. E esta palabra cae mucho a los Reyes, por el santo lugar que tienen, para fazer justicia, e piedad (7), e que se sostenga la verdad entre los omes; ca todas estas cosas son muy santas, e que ama mucho Dios: e quando los Reyes assi lo temieren, non les fallescera ninguna cosa, para cumplir todo el bien que quisieren fazer. E demas nuestro Señor Jesu Christo dixo, fablando en el poder de Dios, que non deue ome temer (8) tan solamente a los que matan los cuerpos de los omes, mas aun aquel que ha poder de matar el cuerpo, e el alma en el fuego del Infierno. E aun y a otra razon por quel deuen temer mucho; ca pues que todas las voluntades de los omes estan en poder de Dios, mayormente lo son las de los Reyes, por los grandes fechos que han de fazer. E desto dixo el Rey Salomon, que los coraçones de los Reyes (9) son en mano de Dios, e el los torna a qual parte quiere. Onde por esto se muestra, que nuestro Señor ha gran poder en ellos, pues que en este mundo les muda las voluntades, e en el otro les da pena, segund que tiene por bien. E porende conuiene en todas guisas, que los Reyes teman a Dios: ca si le non temieren, non le conoscerian, ni le aurian amor verdadero; e non amandole, non le temerian, nin sabrian guardarse de fazerle pesar; e desta guisa errarian en todas las maneras, que de suso diximos, en quel son tenudos: e la pena que les daria, seria mayor que de otros omes, e caloñargelo ya en este mundo, e en el otro, como a sieruos que non conoscen el bien que han del Señor, nin saben amarlo por la merced que les faze, nil temen por la grand justicia, e poder, que en el ha.

LEY IIII.

Como el Rey deue seruir, e loar a Dios.

SEruir, e loar deuen todos los omes a Dios, e mayormente los Reyes, assi como fechura al su fazedor. E seruirle deuen los Reyes en dos maneras. La primera, en mantener la Fe (1), e los sus Mandamientos, apremiando a los enemigos della, e honrrando, e guardando las Eglesias (2), e los sus derechos, e los sus seruidores dellas. La segunda, guardando, e manteniendo los pueblos e las gentes, de que Dios le fizo señor, para dar a cada vno justicia, e derecho en su lugar. E loar deuen el su santo nome, por el grand bien (3), e la grand honrra que del recibieron, ca segund dixeron los Sabios, e los Santos: Los que mayores grandezas, e mayores dones reciben de nuestro Señor, mas le son tenudos (4) de seruir, e loar, que los otros. E deuenle fazer este loor con las voluntades, e con las palabras en todo tiempo, quier les vengan las cosas endereçadamente, como ellos quieren, o de otra manera. E faziendo assi, muestranse por conoscientes del bien, e de la gracia que de Dios reciben, e toman dellos las otras gentes buen exem-

(6) *Lugar.* Psalm. 33. *v.* 10.

(7) *Para fazer justicia, e piedad.* Rex debet colere justitiam, pietatem, & veritatem, habetur in hac lege. De prima, vide Proverb. *cap.* 20. *v.* 8. Rex qui sedet in solio judicii dissipat omne malum intuitu suo. Et Rex justus erigit terram, Proverb. *cap.* 29. *v.* 4. De secunda, si pro clementia accipis, vide Prover. *c.* 20. *v.* 28. si pro cultu Dei, ut dicit Bernard. ad Eugen. debet vacare cultui Dei, & multis considerandis, de quibus vide Bernar. *lib.* 1. *de considerat. ad Eugen. colum.* 4. & 5. roboratur clementia thronus Regis. De tertia, Proverb. *cap.* 29. *v.* 14. Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur: & vide 2. ad Timotheum, *cap.* 2. *v.* 25. ibi: *corripientem eos qui resistunt veritati.*

(8) *Deue ome temer.* Vide Matth. *cap.* 10. *v.* 28. & Lucæ *cap.* 12. *v.* 4. & *cap. nolite,* 11. *quæst.* 3.

(9) *Corazones de los Reyes.* Vide Proverb. *cap.* 21. *v.* 1. & in Epistola *inter claras, C. de summ. Trinit. & fide cathol.* & sicut divisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini.

LEX IIII.

Debet Rex servire Deo, fidem & præcepta servando, & fidei inimicos comprimendo, & ecclesias earumque ministros honorando & protegendo, populos justè gubernando, Deum verbo & corde laudando: qui enim dona majora à Deo recepit, magis eum laudare, & servire tenetur. Hoc dicit.

(1) *Mantener la Fe.* Videas quod habetur in Epistola *inter claras, C. de summ. Trinit. & fide cathol.* & si Rex fiat hæreticus, conceditur ejus regnum catholico occupanti, ut tradit notabiliter Bald. *in repetit. L. si lex, colum.* 5. *C. de emancip. liber.* & si fiat rebellis, vel schismaticus, an Papa possit exercere jura regia, videas per Abb. *in cap. cum inter universas, de elect. ultim. notabil.*

(2) *Guardando las Eglesias.* Vide *cap. Principes sæculi,* 23. *quæst.* 5. & *cap. Regum,* & dicebat Abb. *in cap. venerabilem, de elect.* meritò Princeps posset deponi, si sine causa legitima deneget impendere auxilium ecclesiæ oppressæ, & adde *cap. Maximianus,* & *cap. ab Imperatoribus,* 23. *quæst.* 3. *cap. administratores,* 23. *quæst.* 5. & Reges Christiani velle debent matrem ecclesiam habere paccatam, *cap. quando,* 23. *quæst.* 4. & *dict. cap. Principes sæculi,* qui est textus valdè notabilis.

(3) *Por el gran bien.* Sicut non est momentum, quo quis bonitate Dei non fruatur, ita nullum debet esse momentum, quo eum præsentem non habeat in memoria, Ambros. *in lib. de dignitate humanæ natur.* & Regi magis, quàm aliis incumbit divinus cultus & reverentia, quia videlicet est homo, & dominus, & Rex, ut hìc habes: & latiùs explicat B. Thom. 2. *lib. de regim. Princip. cap. fin.* ubi poteris videre.

(4) *Mas le son tenudos.* Vide quæ habentur Lucæ *cap.* 7. *v.* 41. ibi: *Duo debitores &c.* *cap. cum in officiis, de testam.* ut ait B. Bernard. *in sermon. fol.* 46. *colum.* 1. nihil ita displicet Deo, præsertim in filiis gratiæ, in hominibus conversionis, quemadmodum ingratitudo; vias enim obstruit gratiæ, & ubi fuerit illa, jam gratia accessum non invenit, locum non habet.

exemplo. E demas (5) endereça Dios las voluntades de los de su Señorio, para seruirlos lealmente, e para loar a ellos, e plazerles con el bien que fazen. E sobre todo dale Dios buen gualardon porende en el otro siglo por ello. E quando assi non lo fiziessen, auenirles ya el contrario desto, tambien en este siglo, como en el otro.

TITULO III.

Qual deue el Rey ser en si mismo, e primeramente en sus pensamientos.

ESCritura (1) es cosa que aduze todos los fechos a remembraça; e porende los Escriuanos, que la han de fazer, ha menester que sean buenos, e entendidos (2), e mayormente los de casa del Rey, ca estos conuiene que ayan buen sentido, e buen entendimiento, e sean leales, e de buena poridad: ca maguer el Rey, e el Chanceler, e el Notario, manden fazer las cartas en poridad; con todo esso, si ellos mestureros fuessen, non se podrian guardar de su daño, porque todas las cartas ellos las han de escreuir. E apercebidos han menester que sean, para escuchar bien la razon, que les dixeren, de manera que la entiendan, e sepan escreuir, e leer bien (3) e corechamente. E avn deuen ser sin cobdicia, porque non tomen ninguna cosa, si non lo que el Rey les mandare tomar (4). E acuciosos (5) deuen ser, para librar los omes ayna; e deuen ser atales, a quien el Rey pueda calоñar yerro, si lo fizieren; e a su Oficio dellos pertenesce, escre-

(1) *Escritura.* Adde infrà *tit.* 18. 3. *Partit. in summ.*

(2) *Entendidos.* Sed cujus ætatis debet esse tabellio, non dicit hìc, neque 3. *Partit. tit.* 19. ubi de notariis habetur tractatus: & de jure communi videtur, quòd sufficiat, quòd sit pubes, hoc est, major 14. annorum, ut colligitur ex notatis per Bart. & Alberic. *in L. impuberem*, *ff. ad leg. Cornel. de fals.* & jure regni videtur, quòd debent habere 18. annos completos, ut habetur *in L.* 13. *tit.* 2. *lib.* 7. *Ordin. Regal.* quæ fuit quædam lex facta in curris Toleti per Reges Catholicos; & vide etiam *in Pragmaticis, fol. mihi* 167. & 168. est quædam pragmatica disponens circa officia supernumeraria: in notariis curiæ regalis Audientiæ requiruntur 24. anni, ut *in Ordinam. de Valladolid.*

(3) *E leer bien.* Nota contra balbutientes, & non expeditè legentes, ut non possint eligi tabelliones.

(4) *Mandare tomar.* Etiam ab sponte solventibus: quia puniuntur notarii recipientes ultra salarium taxatum, etsi recipiant ab sponte solvente, ut dicit Bald. per illum textum *in authent. sed hodie nulla*, *C. de Episcop. & cleric.* & idem voluit Gloss. & ibi Bart. *in L. invitus*, §. *fin. ff. de regul. jur.* ubi dicit bonum verbum, quòd cùm hoc injungatur à lege notario, non potest per partem solventem renuntiari, & optimè hoc probat ista lex, cùm dicit, *que non tomen*; & non dicit, non exigant, unde includit etiam spontaneam solutionem; & cùm prohibeat ne plus recipiatur, non potest huic juri renuntiari, juxta id quod notat Glossa *in rubric. C. ne fidejussor. dotium dentur*: & istud tenendum in casu isto, quidquid dixerit Gloss. *in cap.* 1. *de simon.* quæ non loquitur, quando salarium erat taxatum, & quia cupiditas tabellionum semper fingeret spontaneam solutionem, quæ ab eorum insidiis induceretur, facit bonus textus *in L.* 1. *C. de strator. lib.* 12. & ibi notat Joan. de Plat. ubi est textus, quòd cui non licet ultra taxatam quantitatem petere, non licet etiam ab sponte donantibus recipere, & ad idem est textus *in L. fin.* §. *ut autem*, *de re milit. eod. lib.* & adde bonum textum *in cap. statutum*, §. *si quid autem*, *de rescript. lib.* 6.

(5) *E acuciosos.* Nota, tabellionem debere esse velocem & diligentem: multum enim convenit, quòd sint expedientes ad negotia, facit quod habetur Proverb. *cap.* 22. *v.* 29. *Vidisti virum velocem in opere suo? coram Regibus stabit, nec erit inter ignobiles.*

creuir los priuillejos, e las cartas fielmente, segund las notas que les dieren, ni menguando, ni cresciendo (6) ninguna cosa. E quando atales fueren, deuelos el Rey mucho amar, e fiarse mucho en ellos: e quando contra esto fiziessen, mesturando la poridad (7) que les mandassen guardar; o diessen las cartas a otri, que las escriuiesse, sin mandado del, porque fuesse descubierto; o fiziessen falsedad en su Oficio (8) en qual manera quier a sabiendas, farian traycion conoscida, por que deuen perder los cuerpos, e quanto que ouieren: ca segund dixeron los Sabios, tal es el que dize su poridad a otri, como si le diesse su coraçon en su poder, e en su guarda; e el que gela mestura, faze a tan grand yerro, como si gelo vendiesse, o lo enajenasse, en lugar onde nunca lo pudiesse auer. E porende, el que esto faze al Señor, meresce la pena sobredicha.

LEY IX.

Quales deuen ser los Amesnadores del Rey, e que es lo que deuen fazer.

De aquellos Oficiales, que han de seruir al Rey en los fechos de su poridad (que puso Aristoteles en semejança de los sentidos que obran de dentro del cuerpo) auemos mostrado en las leyes ante desta, quales deuen ser, e que deuen fazer. Mas agora queremos aqui dezir de los otros, a quien fizo semejança a los sesos que obran de fuera; assi como los otros Oficiales, que han de seruir al Rey, a guarda, e a mantenimiento del su cuerpo. E como quier que todos (1) los del Reyno, son tenidos a guardarle, con todo esso algunos y a dellos, que señaladamente lo han de fazer, tambien de dia como de noche. E estos son Amesnadores (2), e por esso los llaman assi, segund lenguaje antiguo de España, porque ellos non se deuen partir del, fasta que le amesnen saluamente. E esta guarda que ellos le han de fazer, es que non resciba daño en el su cuerpo, de fuera; assi como feridas, o de muerte, o de otra cosa, que se tornasse en mal, o en deshonrra. E essa misma guarda (3) le deuen fazer, desque fuere assosegado, que ellos le han de velar, e de guardar, quando dormiere. E porque ellos siempre deuen estar aparejados, de poner los cuerpos a vida, o a muerte por el Rey, por esso los llamaron antiguamente, Compañeros de su Palacio. E estos atales deuen auer en si seys cosas (4). Que sean de buen linaje, e leales, e entendidos, e de buen seso, e apercebidos, e esforçados. Ca si de buen linaje non fuessen, podria ser, que algunas vegadas non ouiessen verguença, de fazer cosa que les estouiesse mal. E non seyendo leales, non sabrian amar al Rey, ni le guardarian en aquellas cosas que deuiessen. E si non fuessen bien entendidos, podrian mucho menguar en el seruicio, en la guarda que ouiessen de fazer. E quando non ouiessen buen

se-

(6) *Ni menguando, ni cresciendo.* Nota, quòd regii tabelliones nihil debent addere, neque minuere ex his, quæ sibi dantur in notis factis à notariis circa privilegia & chartas regias; & secundum tempora harum LL. hoc videtur, quòd erat speciale in istis litteris regiis, nam aliàs tabellio extendebat ultra eo, quæ in abbreviatura continebantur, substantia facti servata, ut patet ex his, quæ tradit Specul. *tit. de instrumen. edition.* §. *ostenso. colum.* 7. & ibi Joan. Andr. *in addition. in* parte *instrumentum*, & Bart. *in L. Gallus*, §. *idem credendum*, *ff. de liber. & posthum.* Abb. *in cap. cum P. tabellio*, 3. 4. & 5. *colum. de fide instrum.* & *L.* 9. *tit.* 19. *infra* 3. *Partit.* non dicit prout hæc lex, *ni menguando*, *ni cresciendo ninguna cosa*, simpliciter; sed dicit, *ni mudando*, *nì cambiando ninguna cosa de la substancia del fecho*, & sic in aliis videbatur permittere, prout aliàs erat de jure communi. Hodiè tamen secundum tenorem legis de Alcala, in omnibus instrumentis nihil potest addi, neque minui, extra id quod scriptum & subscriptum à partibus fuit in registro.

(7) *Mesturando la poridad.* Nota contra tabelliones Regis revelantes secreta Regis, & videtur maxima pœna, cùm imponatur pœna capitis & amissionis bonorum, & cogita, utrum intelligatur juxta ea, quæ dixi suprà *eod. L.* 5. nam si non esset in damnum Regis, non videtur, quòd ita severè puniatur, vel si parva esset transgressio, argumento ejus quod notat Bald. *in L. quæcumque*, *colum.* 1. *C. de servis fugit.* & vide *L. fin. tit.* 19. 3. *Part.* quæ imponit pœnam arbitrariam.

(8) *Falsedad en su Officio.* Nota pœnam falsantis litteras regias; vide tamen *L.* 6. *tit.* 7. *infrà* 7. *Partit.* imponentem pœnam mortis tantùm, & non amissionis bonorum, prout hìc; potest dici, quòd hæc lex loquatur in tabellione Regis falsario litterarum Regis; *dicta L.* 6. loquatur in aliis: ut sic severiùs, & tanquam proditor punietur tabellio Regis in hoc delinquens.

LEX IX.

Rex debet habere custodes, ad quorum officium attinet, Regem sive vigilantem, sive dormientem summa impensa diligentia custodire, qui bonam trahant progeniem, sint fideles, sensati, atque cauti, insuper animosi, mites, benèque morigerati, ex quorum defectu si Rex aliquod damnum vel injuriam corporalem recepit, ut manifesti proditores sunt puniendi. Hoc dicit.

(1) *E como quier que todos.* Ut *ff. de re milit. L. omne delictum*, §. *fin.* Bart. *in extravagan. ad reprimendum*, *in gloss. super* parte *totius*, & vide infrà *ead. Partit. tit.* 13. *L.* 12. & *per totum.*

(2) *Estos son Amesnadores.* Isti de jure communi dicebatur protectores, de quibus *in tit. C. de domest. & protect. lib.* 12. *per totum*, ubi Gloss. & Plat. *in rubric.* quòd isti erant fortes milites ad custodiam Principis, qui stabant armati ad protegendum eum; & comites militum ad Principis custodiam & ejus mensam existentes, sunt illustres, ut *in L. nemo*, & ibi notat Joan. de Plat. *C. de re milit. lib.* 12.

(3) *E essa misma guarda.* Antiqua res est, vide 1. Esdr. *cap.* 8. *v.* 29. de illis tribus custodibus Darii Regis.

(4) *Seys cosas.* Bald. *in L. ex Divi*, *C. locat.* dicebat, quòd custos, qui adhibetur manis rebus, debet esse nobilis, prudens, & fidelis, allegat *L.* 1. ubi bonus textus, *C. de conditis in public. horreis*, *lib.* 10. & intelligit de nobilitate morum; ista nostra lex ponit 6. vel 7. requisita, quæ nota, & adde Joan. de Plat. *in dict. L.* 1. inducentem ad officiales eligendos.

seso, non sabrian conoscer, ni guardar el bien, que les fiziessen. E si apercebidos non fuessen, non sabrian desuiar, ni acorrer a los peligros, que a so ora podrian acaescer. E si les menguasse el esfuerço, non se atreuerian a amparar, ni acometer las cosas, que el Rey les mandasse. E sin todo esto que diximos, ha menester que sean bien acostumbrados, e mansos, e apuestos, e de buena palabra: ca derecho es, que los que todavia han de guardar el cuerpo del Rey, que tales sean. E quando lo fueren, deuelos el Rey amar, e fiarse en ellos, fazerles honrra, e bien. E quando atales no fuessen, porque ouiessen de errar en la guarda que son tenudos de fazer al Rey, porque el rescibiesse daño e deshonrra en su cuerpo, farian traycion (5) conoscida, e deuen auer tales penas, como aquellos que fazen traycion.

LEY X.

Quales deuen ser los Fisicos del Rey, & que es lo que deuen fazer.

Fisicus, segund mostraron los Sabios antiguos, tanto quiere dezir como sabiduria para conoscer las cosas segund natura; qual es en si, e que obra haze cada vna en las otras cosas. E porende, los que esto bien fazen, pueden fazer muchos bienes (1), e toller muchos males; señaladamente, guardando la vida, e la salud a los omes, desuiandoles las enfermedades, porque sufren grandes lazerias, e vienen a muerte: e los que esto fazen, son llamados Fisicos, que non tan solamente han a puñar, de toller las enfermedades a los omes, mas a guardarles la salud, de manera que non enfermen. E porende ha menester, que los que el Rey troxiere consigo, sean muy buenos (2): e segund dixo Aristoteles a Alexandre, deuen auer en si quatro cosas (3). La vna, que sean sabidores de arte. La segunda, prouados bien en ella. La tercera, que fuessen apercebidos en los fechos que acaescieren. La quarta, muy leales, e verdaderos. Ca si non fuessen sabidores de la arte, non sabran conoscer las enfermedades. E si non fueren bien prouados en ella, non podrian dar tan buen consejo, que es cosa de que viene grand daño. E si non fueren bien apercibidos, non sabran bien acorrer a los grandes peligros, quando acaescen. E si leales non fueren, farian mayores trayciones que otros omes, porque las farian encubiertamente. E quando el Rey ouiere tales Fisicos, que ayan en si estas quatro cosas sobredichas, que vsen dellas bien, deueles fazer mucha honrra, e bien (4). E si por auentura contra esto fiziessen a sabiendas, farian traycion conoscida, e merescen tal pena, como omes que matan a traycion (5) a omes que se fian dellos.

Ley tit. 16. lib. 3. Recop.

LEY XI.

Quales deuen ser los Oficiales del Rey, que han de seruir en su comer, e en su beuer.

GOuernamiento, assi como comer, e beuer, es cosa sin que el cuerpo non puede ser mantenido: e porende los Oficiales (1) que han de seruir al Rey en esto, tienen mejor lugar, que los otros que de suso diximos, quanto para guardar su vida, e su salud: ca maguer los Fisicos metiessen toda su femencia en guardarle, non lo podrian fazer, si el que le adoba de comer, non lo quisiesse guardar: esso mismo dezimos

(5) *Farian traycion.* Nota alium casum, in quo est crimen proditionis.

LEX X.

Rex medicos habeat ad sanitatem conservandam ægritudinesque curandas: hi debent assumi periti in arte & experti, cauti, legales & veri; & si scienter in suo officio deliquerint, proditionem facient manifestam, & punientur velut homines, qui proditoriè occidunt suæ se fidei confidentes. Hoc dicit.

(1) *Fazer muchos bienes.* Propter hoc dicebat Bald. *in L. 1. C. mandat.* quòd magis est favendum medicis, quàm advocatis, propter curas salutis humanæ, & est textus quem ipse allegat *in L. 1. in princip. ff. de variis, & extraordin. cognit.*

(2) *Muy buenos.* Isti dicebantur archiatri, de quibus est titulus *de Comitib. & Archiat sacri palat. C. lib.* 12. ubi Bart. notat, unicam legem illius tituli pro medicis Papæ, & Imperatoris, ut postquam meruerunt poni in primo ordine medicorum, nobilitentur, ut efficiantur palatini comites, & sint in dignitate spectabili.

(3) *Quatro cosas.* Nota hìc quatuor requisita in medico.

(4) *Mucha honrra, e bien.* Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatorum collaudabitur, Ecclesiastic. *cap.* 38. *v.* 3.

(5) *Que matan a traycion.* Nam venenans aliquem dicitur cum proditoriè occidere. Bald. *in L. penult. C. de summ. Trinit. & fide cathol.* & *in L. cum fratrem, C. de his quibus ut indignis*: & plus est hominem veneno extinguere, quàm occidere gladio, *L. 1. C. de malefic. & mathemat.* & nota hìc alium casus, in quo est crimen proditionis.

LEX XI.

Ministrantes alimenta Regi sint bonæ progeniei, legales, sensati, boni intellectus ad agenda, non cupidi, non invidi neque iracundi: pulchri, & mundi; delinquentes autem in officio, ut magni proditores sunt puniendi. Hoc dicit.

(1) *Los Officiales.* De istis loquitur *L. unic. C. de comitibus, & tribun. scholar, lib.* 12. & dicit ibi Odofr. quòd sicut scholares debent esse studiosi, ita istis studium est parare epulas imperiales.

mos de aquellos que le dan el pan, e el vino, e la fruta, e todas las otras cosas, que ha de comer, e de beuer. Ca segund dixo Aristoteles a Alexandre, estos Oficiales ha menester que ayan en si siete cosas. La primera, que sean de buen linaje: ca si lo fuessen, siempre se guardaran de fazer cosas que les esten mal. La segunda, que sean leales: ca si tales non fuessen, podria ende venir al Rey grand mal dellos. La tercera, que sean bien entendidos: porque sepan bien fazer aquellas cosas, que pertenescen a sus Oficios. La quarta, que sean de buen seso: porque sepan conoscer el bien, que les el Rey fiziere; e que se non enloquezcan, ni sean atreuidos con buena andança. La quinta, que non sean muy cobdiciosos: porque la cobdicia ademas, es rayz de todo mal, assi como es dicho en los otros logares. La sesta, que non sean embidiosos de mala embidia: ca si lo fuessen, podria ser que se mouerian por ello, a fazer alguna enemiga. La setena, que non sean muy sañudos: porque es cosa que saca al ome de su seso; lo que non conuiene a los que tienen los Oficios tales. E avn sobre todas estas cosas que diximos, les conuiene mucho, que sean apuestos e limpios: porque aquello que ouieren de adobar, para dar de comer, o de beuer al Rey, que sea bien adobado, e gelo den limpiamente; ca por ser limpio, le plazera con ello; e por ser bien adobado, le sabra mejor, e le fara mejor pro. E quando el Rey tales omes ouiere para estos Oficios, deuelos amar, e fazerles bien e honrra: e si por auentura fallasse que alguno erraua, en non fazer su Oficio lealmente como deue, segund dicho es de suso, deuele dar pena tal en el cuerpo, como quien faze vna de las trayciones mayores, que ser pueden.

LEY XII.

Qual deue ser el Repostero, e el Camarero del Rey.

REpostero (1) es otrosi Oficial, que tiene grand logar, para guardar el cuerpo del Rey. E ha este nome, porque el ha de tener las cosas que el Rey manda guardar en su poridad: e avn ha de tener otras cosas guardadas, que tañe a la guarda del Rey; assi como la fruta, e la sal, e los cuchillos, con que tajan ante el, e algunas cosas otras que son de comer, e que le aduzen en presente, que le ha de guardar. E porende deuen auer en si todas las cosas que diximos en la ley ante desta, de los otros Oficiales. E esso mismo dezimos del Camarero (2), que ha assi nome, porque el deue guardar la Camara, do el Rey aluergare, e su lecho, e los paños de su cuerpo, e las arcas, e los escritos del Rey: e maguer sepa leer, no los deue leer (3), ni dexar a otro que los lea: e sobre todas las cosas, ha menester que non sea mesturero, ni descobridor de lo que viere, e oyere; mas deue ser cuerdo, e callado, e de buena poridad. E quando tales fuesen el Repostero, e el Camarero, deueles el Rey fazer bien e merced, assi como diximos de los otros. E quando contra esto fuessen, deuen auer essa misma pena, que los otros.

LEY XIII.

Quales deuen ser los Despenseros del Rey, e que es lo que deuen fazer.

DEspenseros (1) son otros Oficiales que han de comprar las cosas, que han menester para gouierno del Rey: e por esso les llaman assi, porque ellos espenden los dineros, de que las compran. E estos deuen auer en si quatro cosas. La primera, que sean acuciosos. La segunda, sabidores. La tercera, leales (2). La quarta, que ayan algo de suyo. Ca si acuciosos fueren, seran siempre apercebidos, para fazer buscar las cosas que ouieren menester. E si fueren sabidores, saberlas han conoscer, e comprar, a pro de su Señor; e dar cuenta, e recabdo dellas, quando menester fuere. E si fueren leales, guardarse se han de fazer furto; e non tan solamente a

su

L E X XII.

Rex habeat reposterium, cui incumbit custodire, quæ Rex jubet in sua puritate: item & fructus, & gladios mensæ, sal, & dona ad esum præsentata: item & camararium, qui est custos cameræ lecti, panorum corporis Regis, arcarum, & scripturarum in camera consistentium, qui non legat scripturas Regis absque ejus mandato, neque permittat ab alio legi. Isti debent habere eas qualitates, quas alii officiales superiùs dicti. Hoc dicit.

(1) *Repostero.* Nota de officio reposterii.

(2) *Del Camarero.* De isto habetur de *Præpos. sacri cubiculi*, *C. lib.* 12. & hæc est maxima dignitas, ut ibi patet, & ibi vide de privilegiis istorum.

(3) *No los deue leer.* Nota hoc bonum verbum, ad quod fideles famuli deberent advertere.

L E X XIII.

Habeat etiam Rex dispensatorem ad emptionem alimentorum Regis, in quo sit diligentia, & sapientia, atque legalitas, & divitias aliquas habeat; qui delinquens in officio punietur juxta delicti qualitatem. Hoc dicit.

(1) *Despenseros.* Istud etiam est officium nobile, cum confertur à Principe, *L. nemo, in fin. C. de dignitat. lib.* 12.

(2) *Leales.* Hìc jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur, 1. ad Corinth. *cap.* 4. *v.* 2.

su Señor, mas aun a los otros de quien lo compraren: e aun saberlo han bien dar, e apuestamente, alli do lo ouieren de fazer. E si ouieren algo, perderan cobdicia de fazer cosa, que les este mal, ni porque les venga mal, ni daño, en manera porque ouiessen de perder lo suyo: e seyendo tales, deueles el Rey fazer merced e bien, assi como diximos de los otros de suso. E quando erraren en lo que ouiessen de fazer, deueles dar pena, segund el yerro que fiziessen.

LEY XIIII.

Quales deuen ser los Porteros del Rey, e que es lo que deuen fazer.

POrteria (1) en Casa del Rey, es muy grand oficio: porende aquellos que este lugar tuuieren, deuen ser de buen linaje e leales, e auer en si todas aquellas cosas, que diximos de los otros Oficiales; e sobre todo deuen ser muy entendidos, para saber quales han de acoger, e a que sazones; e ha menester que sean de buena palabra, e bien razonados, de manera que los que acogieren, se tengan por bien recebidos dellos, e a los que non acogieren, sepan mostrar razon por que lo fazen: e despues que los ouieren acogidos, deuenlo fazer saber al Rey, que omes son, o por que vienen, porque pueda saber por ellos, quales deue primeramente librar; porque tambien los Oficiales como los otros, non pueden llegar al Rey, si non por su mano destos: porende los puso Aristoteles en semejança a la boca, por do entran todas las cosas, de que ome se gouierna. Otrosi, porque todos los omes que entran en Casa del Rey, conoscen mas a ellos, que a los otros Oficiales, por esso pusieron antiguamente, que por su mano fuessen siempre dados (2), e recebidos los Castillos. Otrosi, porque cogen los querellosos ante el Rey, e ante los Alcaldes, por esso tuuieron por bien, que ellos fiziessen los emplazamientos (3), e compliessen las entregas. E quando los Porteros tales fuessen, como en esta ley dize, deueles el Rey fazer bien; o el contrario dello, quando mal lo fiziessen, assi como diximos de los otros Oficiales.

LEY XV.

Qual deue ser el Aposentador del Rey, e que es lo que deue fazer.

APosentador (1) es llamado, el que da las posadas a la compaña del Rey. *Leyes 1. y 14. tit. 15. lib. 3. Recop.* E el ha de lleuar vn pendon de su señal vn dia ante, porque con el los omes sepan aquel lugar, do el Rey ha de yr a posar. E este, sin otras bondades que deue auer en si, deue ser entendido, e de buen seso; que sepa conoscer los omes, e darles posada a cada vno dellos, segund qual fuere el ome, e el lugar que tuuiere con el Rey: e deuelas dar, de manera que non reciban daño (2), ni grand agrauiamiento, aquellos cuyas fueren las posadas. E a el pertenesce departir las contiendas, que acaescen entre los omes en razon de las posadas, porque el ha poder de juzgar, qual de aquellos, entre quien fuere la contienda, la deue auer. E seyendo el Aposentador atal, e faziendo bien su oficio, deuele el Rey amar, e fazerle bien e merced. E si errasse en ello, deue auer la pena segund el yerro que fiziere.

LEY XVI.

Qual deue ser el Alferez del Rey, & que es lo que pertenesce a su Oficio.

GRiegos, e Romanos fueron omes que vsaron mucho antiguamente fecho

LEX XIIII.

Janitores sint in domo regia, quibus adsint requisita, quæ in aliis officialibus Regis dicta sunt, & tales qui intelligant, qui homines, & quibus temporibus recipiendi sint; sint ornati, & benè compositi in verbis, ita ut qui sint intromittendi, gaudeant se benè receptos, & non introituris rationabilem causam assignent; & quia janitores Regis ex officio sunt hominibus noti, fuit antiqua sanctio, quòd manu istorum castella darentur, & reciperentur citationes, & executiones fierent. Hoc dicit.

(1) *Porteria.* De istis debent esse in regali cancellaria duo in qualibet sede, ut habetur in Ordinationibus Audientiæ regalis; & ibi de juribus, & sportulis eorum, & adde de officio istorum *L.* 3. *tit.* 18. *ead. Partit.*

(2) *Siempre dados.* Adde *L.* 18. *tit.* 18. *infrà*, *ead. Partit.*

(3) *Emplazamientos.* In causis magnatum vidi hoc practicari in cancellaria.

LEX XV.

Habeat etiam Rex hospitiorum assignatorem familiæ Regis, cuilibet secundum officium suum, & locum quem tenet; iste judicat super contentionibus circa hospitia ortis. Hoc dicit.

(1) *Aposentador.* Isti non possunt aliquid recipere, etiam ab spontè sibi dantibus, ultra ea quæ sibi taxata sunt à lege, sub pœna privationis officii; & quod receperint, tenentur reddere cum septuplo, ut habetur in *Pragmaticis*, *fol.* 134. & vide etiam, quod habetur *fol.* 135. & *fol.* 215.

(2) *Que non reciban daño.* Et debent dare hospites juxta capacitatem cujuslibet domus, vide Joan. de Plat. *in L.* 2. *C. de annonis & tribut. lib.* 10.

LEX XVI.

Habeat Rex primipilum, seu præfectum legionis, qui in Hispania vocatur hodiè *Alferez*; hic debet esse magni generis, sapiens in rebus bellicis, fortis & fidelis. Hujus officii est exercitus ductio Rege absente, & præsente Rege debet tenere vexillum in prælio campestri; antiquitus iste magnates delinquentes suppliciis cruciabat de mandato Regis, in cujus signum coram eo ensis defertur; huic in-

cho de guerra, e mientra lo fizieron con seso (1), e con ordinamiento, vencieron, e acabaron todo lo que quisieron. E ellos fueron los primeros que fizieron señas, porque fuessen conocidos los grandes Señores en las huestes, e en las batallas; otrosi porque las gentes, e los Pueblos se acabdillassen, parando mientes a ellos, e guardandoles; que era manera de guiar, e de cabdillamiento. E teniendolo por honrra muy señalada, llamaron a los que traen las señas de los Emperadores e de los Reyes, Primipilarius (2); que quiere tanto dezir en latin, como Oficial que lleua la primera seña del grand Señor. E le llamaron Prefectus legionis, que quiere tanto dezir, como Adelantado sobre las compañas de las huestes: e esto era, porque ellos judgauan los grandes pleytos que acaescian en ellas. E en algunas tierras los llaman Duques (3), que quier tanto dezir, como Cabdillos que aduzen las huestes. Estos nomes vsaron en España, fasta que se perdio (4), e la ganaron los Moros, ca desque la cobraron los Christianos, llaman al que este oficio faze, Alferez (5), e assi ha oy dia nome. E pues que en las leyes ante desta, auemos mostrado de las dos maneras de Oficiales que siruen al Rey, de que Aristoteles fizo semejanza a los sentidos, e a los miembros que son dentro en el cuerpo; agora queremos fablar de los Oficiales que han de seruir, a que el fizo semejança a los miembros, que fueren de fuera. E destos, el primero, e el mas honrrado es el Alferez, que auemos mostrado: ca a el pertenesce de guiar las huestes, quando el Rey non va ay por su cuerpo, o quando non pudiesse yr, e embiasse su poder. E el mismo deue tener la seña, cada que el Rey ouiere batalla campal. E antiguamente el solia justiciar los omes granados por mandado del Rey, quando fazian por que. E por esto trae la espada delante el, en señal que es la mayor Justicia de la Corte. E bien assi como pertenesce a su Oficio, de amparar, e de acrescentar el Reyno; otrosi, si alguno fiziere perder eredamientos al Rey, Villa, o Castillo, sobre que deuiesse venir riepto, el lo deue fazer, e ser Abogado para demandarlo. E esto mismo deue fazer en los otros eredamientos, o cosas que pertenescen al Señorio del Rey, si alguno quisiesse menguar, o encobrir el derecho, que el Rey ouiesse en ellos, maguer fuessen atales, que non ouiessen riepto (6). E assi como pertenesce a su oficio, de fazer justicia en los omes honrrados, que fizieren por que; otrosi a el pertenesce, de pedir merced al Rey, por los que son sin culpa. E el deue dar por su mandado, quien razone los pleytos, que ouieren dueñas biudas, e huerfanos (7) fijosdalgo, quando non ouiere quien razone por ellos, ni quien tenga su razon; otrosi a los que fueren reptados sobre fechos dubdosos, que non ouieren Abogados. E por todos estos fechos tan grandes, que el Alferez ha de fazer, conuiene en todas guisas, que sea ome de noble linaje, porque aya verguença de fazer cosa que le este mal; otrosi porque el ha de justiciar los omes granados, que fizieren por que. E leal deue ser, para amar la pro del Rey, e del Reyno. E de buen seso ha menester que sea, pues que por el se han de librar los pleytos grandes, que ouiere, o acaescen en las huestes.

incumbit causam agere contra reptatum super perditione villæ, vel castri Regis; seu super alia hæreditate, vel juribus, & rebus Regis, etsi sint talia, quòd non cadat in eis reptum; huic incumbit, veniam à Rege pro insontibus postulare, & advocatum viduis, & orphanis nobilibus, & reptatis super factis dubiis dare, quando ipsi non habeant advocatos. Hoc dicit.

(1) *Con seso.* Nota hoc, & adde, quòd Princeps, maximè in indicendo bello, debet habere multorum consilia, ut adducit pulchrè Andr. de Iser. *in cap. domino guerram, in princip. colum.* 3. & 4. *hic finit lex Domini Frederic.* ubi etiam adducit multas auctoritates sacræ scripturæ: & ibi, quòd in rebus bellicis requiritur, quòd sit quis homo consilii. Machab. 1. *c.* 2. *v.* 18. dicitur de Juda, *quòd vir consilii est, ipsum audite*; & 5. *cap. circa finem*: *Ceciderunt sacerdotes*, quia sine consilio exiverunt in prælium.

(2) *Primipilarius.* Vide Joan. de Plat. *in rubric. C. de Primipilo, lib.* 12. & Abb. *in cap. ex parte, de consuetud.* Vetus consuetudo tenuit, ut ex primo Principe legionis promoveretur Centurio primipili, qui non solùm Aquilæ præerat, verùm etiam quatuor centuriis, hoc est quadringentos milites in prima acie gubernabat; hic tanquam caput totius legionis merita consequebatur, & commoda, Vegetius hæc *lib.* 1. *de re milit. cap.* 8.

(3) *Duques.* Et an Dux exercitus possit aliquem condemnare in territorio alieno, in quo residet cum exercitu? Vide Bald. dicentem, quòd sic, *in L. Præses*, la 2. *ff. de offic. Præs.* ex eo quòd residet cum universitate, & jurisdictio non minus adhæret universitati, quando fundo; & vide etiam quod notat Bart. *in L. pupillus*, §. *territorium*, *ff. de verb. signific.*

(4) *Fasta que se perdio.* Nota hoc, & ex hac lege patet, qualiter post recuperatam Hispaniam à Sarracenis multa Arabica vocabula manserunt nobiscum.

(5) *Alferez.* In Regno Franciæ dicitur Condestabilis, ut tradit Guilliel. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, de testam. in* parte *& uxorem nomine Adelasiam*, *fol.* 95. & de isto, qui & dicitur magister militum, vide *L.* 11. *tit.* 18. 4. *Partit.* & ibi quòd non potest iste damnare aliquem ad mortem, vel abscisionem membri.

(6) *Riepto.* Vide quæ dixi *in L.* 3. *tit.* 3. *Partit.* 7.

(7) *Huerfanos.* Hoc est regulare in pupillis, fœminis, & personis debilibus, & aliis non valentibus habere advocatum, *L. nequidquam*, §. *circa advocatos*, *ff. de offic. proconsul. L.* 1. §. *ait Prætor*, *ff. de postul. L. moris*, *ff. de pœnis*, & *in L.* 14. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ordin. Regal. L.* 6. *tit.* 6. *infrà*, 3. *Partit.* Sed an pro talibus personis advocatus compellatur advocare gratis, vide Abb. *in cap.* 1. *de offic. judic.* ubi dicit post Gofred. quòd quando pars est impotens, tenetur patrocinari sine salario, & obedire præcepto judicis, & quòd adhuc tenetur lege naturali & divina; vide ibi.

tes. E muy esforçado deue ser, e sabidor de guerra, pues que el ha de ser como Cabdillo mayor sobre las gentes del Rey en las batallas. E quando el Alferez tal fuere, deuelo el Rey amar, e fiarse mucho en el, e fazerle mucha honrra e bien. E si por auentura acaesciesse, que errasse en algunas destas cosas sobredichas, deue auer pena, segund el yerro que fiziere.

LEY XVII.

Qual deue ser el Mayordomo del Rey, & que ha de fazer.

MAyordomo (1) tanto quiere dezir, como el Mayor de casa del Rey, para ordenar la cuenta en su matenimiento. E en algunas tierras le llaman Senescal, que quiere tanto dezir, como Oficial, sin el qual non se deue fazer despensa en Casa del Rey. E avn le llaman los antiguos assi, porque senex tanto quiere dezir, como viejo, por razon que tiene oficio honrrado; e calculus, como piedras con que contauan: e porende tanto muestra este nome, como Oficial honrrado sobre las cuentas. Ca al Mayordomo (2) pertenesce, tomar cuenta de todos los Oficiales, tambien de los que fazen las despensas de la Corte, como de los otros que reciben las rentas, e los otros derechos, de qual manera quier que sean, assi de mar, como de tierra; e el deue otrosi saber todo el auer que el Rey manda dar, como lo dan, e en que manera: e porque el su Oficio es grande, e tañe en muchas cosas, ha menester que sea de buen linaje, e acucioso, e sabidor, e leal. Ca si fuere de buen linaje, guardarse ha de fazer cosa, que le este mal, por que pierda el, e los otros que vinieren del. E otrosi acucioso deue ser, pues quel ha de saber todas las rentas, e los derechos del Rey, como se han de recebir, e de dar; e otrosi como se deuen acrecentar, en manera que se non pierdan, ni se menoscaben. E sabidor conuiene que sea, para saber tomar las cuentas bien e ciertamente, e para dar otrosi al Rey recabdo dellas, de manera que sepa guardar la honrra de su Señor, e la buena andança de si mismo. E sobre todo conuiene que sea leal, en manera que ame pro del Rey, e le sepa ganar los omes por amigos (3), e desuiarlos de mal, e de daño. Ca esto puede el mejor fazer, que otro Oficial ninguno, porque todo el auer passa por su mano, que es cosa que mueue mucho (4) los coraçones de los omes. E seyendo leal, fara todo, e conoscera el bien que le fizieren, e sabergelo ha agradescer, e seruir. E quando atal fuere, deue el Rey fiarse mucho en el, e amarle, e honrrarle, e fazerle mucho bien; e quando de otra guisa fiziesse, deue auer tal pena, como ome que yerra a su Señor, fiandose en el, teniendo tan honrrado Oficio como de suso es dicho. E la pena deste deue ser segund el yerro que fiziere.

LEY XVIII.

Quales deuen ser los Juezes del Rey, & que deuen fazer.

IVezes son llamados aquellos que judgan los pleytos. E porende los que los han de judgar en la Corte del Rey, tienen muy grand Oficio, porque non tan solamente judgan los pleytos que vienen ante ellos, mas avn han poder de judgar los otros Juezes de la tierra. E por todo esto han auer muchas bondades. Primeramente ser de buen linaje (1), para auer verguença de non errar. E luego acabo desto, deuen auer buen entendimiento, para entender ayna lo que razonaren ante ellos; e deuen ser apuestos,

Leyes de los tit. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. y 11. lib. 2. Rec.

Leyes del tit. 9. lib. 2. Rec.

LEX XVII.

Majordomus idem est, quòd major in domo Regis ad ordinanda ratiocinia circa victum regium, qui & alibi Senescallus appellatur; huic incumbit recipere ratiocinia omnium officialium Regis in curia & extra curiam, super expensis Regis, & quibuscunque redditibus, & juribus ejus, sive in terra, sive in mari. Hic debet scire, quæ per Regem erogari jubentur, qualiter, & quomodo dentur; sit generosus, solicitus, prudens, & fidelis. Hoc dicit.

(1) *Mayordomo.* Cogita, an iste sit Princeps agentium in rebus, de quo est titulus de *Principib. agentib. in rebus, C. lib.* 12. & ut patet ex ista lege, sub isto officio includuntur quæstorum, & thesaurariorum officia; vide de istis Guilliel. Benedict. *in dict. repet. fol.* 96. & quòd iste dicatur ille, qui dicebatur Princeps agentium in rebus, vide *L.* 12. *tit.* 18. 4. *Partit.*

(2) *Ca al Mayordomo.* Antiquitùs dicebantur comites sacrarum largitionum, ut *in rubric. de quæstor & magistr. offic.* & ibi Joan. de Plat. *lib.* 12. vel dic quòd iste erat procurator Cæsaris, ut *in L.* 16. *tit.* 7. & dixi *in L.* 1. *ejusdem tit. Partit.* 6. de officio istiùs & ejus formula, vide Lucam de Penn. *in rubr. C. de Primicerio. lib.* 12.

(3) *Por amigos.* Adde *L.* 4. *suprà eod.*

(4) *Que mueue mucho.* Pecuniæ obediunt omnia, Ecclesiastes *cap.* 10. *v.* 19.

LEX XVIII.

Rex debet habere judices curiæ, qui causas in ea judicent, & alios judices regni. Sint isti bonæ progeniei, boni sensus, sani intellectus, & decet eos scire legere, & scribere; sint eloquentes, patientes, justi, constantes, non cupidi, sed recti & fideles. Hoc dicit.

(1) *Ser de buen linaje.* Nota ex hac lege septem requisita in eligendis judicibus curiæ Regis. Adde quod habetur Exod. *cap.* 18. *v.* 21. ubi habentur verba Jetro ad Moysen: *Provide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, &c.*

tos, e sesudos, para saberlo departir, e judgar derechamente. E si sopieren leer, e escreuir (2), saberse an mejor ayudar dello, porque ellos mismos se leeran las cartas, e las peticiones, e las pesquisas de poridad, e non auran a caer en mano de otro, que los mesture: e bien razonados conuiene que sean, para saber monstrar las razones complidamente ante ellos, quando los juyzios ouieren a dar. Otrosi deuen ser sofridos (3), para non se quexar, ni se ensañar con las bozes de los querellosos, de manera que non ayan a dezir de palabra, ni a fazer de fecho cosa contra ellos, que les este mal. E sin todo esto, deuen ser justicieros (4), para fazer a cada vno de los que vinieren a su juyzio, justicia e derecho: e sin dubda conuiene mucho que sean tales, porque non fagan en sus juyzios, que tornen a daño del Rey, ni del Pueblo; ni por que ellos ouiessen mala fama, ni peligro de sus cuerpos. Otrosi deuen ser firmes (5), de manera que se no desuien del derecho, ni de la verdad; ni fagan contrario por ninguna cosa, que les pudiesse ende auenir, de bien, ni de mal (6). E sobre todo han de ser muy leales, de manera que sepan guardar todas estas cosas sobredichas; señaladamente, que amen al Rey, e guarden su Señorio, e todas sus cosas. E quando los Juezes tales fueren, deuelos el Rey amar, e fiarse mucho en ellos, e fazerles mucho bien, e honrra. E quando de otra guisa lo fiziessen, deuen auer pena, segund el yerro que fuere.

LEY XIX.

Qual deue ser el Adelantado del Rey.

ALçanse los omes muchas vegadas, agrauiandose de los juyzios, que dan contra ellos los Judgadores de la Corte: e acaesce algunas vezes (1), que los non puede el Rey oyr por si, por priessas que ha, e conuiene que ponga otros en su lugar. E tal Oficial como este, llamanle Sobrejuez, porque el ha de emendar los juyzios de los otros Judgadores; e avn le llaman Adelantado de la Corte, porque el Rey lo adelanta, poniendolo el Rey en su lugar, para oyr las alçadas (2): e porende pues que tal lugar tiene, e tan honrrado, ha menester que sea de grand linaje, e muy leal, e entendido, e sabidor. E deue auer en si todas las cosas que diximos de los otros Oficiales, que han de judgar, segun diximos en la ley ante desta. Ca pues que el ha de esmerar los juyzios de los otros Juezes, e de escusar al Rey de enxeco de los

(2) *Leer, e escreuir.* Nota ex hac lege, quòd illiteratus non potest esse judex in curia Regis: & idem videtur dicendum in aliis judicibus extra curiam, per *L. 3. tit. 4. infrà 3. Partit.* quæ exigit in judicibus omnes qualitates, de quibus hìc: & per istas leges videtur tolli dubitatio, quæ aliàs erat de jure communi, utrum imperitus prorsùs litterarum possit esse judex, de qua per Gloss. & Doctor. *in L. certi juris, C. de judic.* & *in cap. fin. de re judic. lib.* 6. & per Gloss. & ibi Bart. *in authent. de judicibus, in princip. collat.* 6. & in plerisque aliis locis, ubi communis resolutio erat, quòd de jure civili imperitus litterarum potest esse judex & recitare potest sententias per assessores, vel tabelliones, & quòd procedat tam in judice ordinario, quam delegato. Et idem de jure Canonico voluit Gloss. *in dict. cap. fin.* Alberic. tamen *in dict. L. certi juris*, dicit, quod de jure Canonico non videtur, quòd illitteratus possit esse judex, per textum *in dict. cap. fin.* De jure nostri Regni per istam legem hoc est expeditum in judicibus curiæ propter excellentiam eorum, prout erat in casu *dictæ authent. de judic.* ubi Bart. ita intelligit, licet ista lex videtur, quòd non ponat hoc ut necessarium, sed ut expediens: in reliquis verò judicibus servanda est *dicta L. 3. tit. 4. infra, 3. Part.* quia cùm haberi possint, debent habere ista requisita, de quibus hìc, & sic scire debent legere & scribere; posset tamen Princeps, si hoc sciret, dare potestatem judicandi ilitterato, *L. quidam consulebant, ff. de re judic.*

(3) *Soffridos.* Judex debet habere mansuetudinem, ut *in cap. ea vindicta, 23. quæst.* 4. vide *L. 8. tit. 4. infra, 3. Partit.*

(4) *Justicieros.* Bonus judex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis, sed juxta leges & jura pronuntiat, satis juri obtemperat, non indulget propriæ voluntati, nihil paratum & meditatum domo defert; sed sicut audit, ita judicat, & sicut se habet negotii natura, decernit, Ambros. super *Psalm.* 118. *serm.* 20. *v.* 4. ubi & alia.

(5) *Firmes.* Adde *cap. quatuor,* 11. *quæst.* 3. ubi etiam Glossa quærit, an teneat sententia lata per metum judicis, & adde *cap. cum æterni tribunal, de re judic. lib.* 6. ibi: *timor exulet*, præmium *aut expectatio præmii justitiam non evertat*, & quòd ita faciat, jurat, ut patet *in L. 26. infrà eod.* & quid si ex forma statuti arctaretur judex ad aliquid injustum, an debeat facere, vide Bald. *in L. 1. colum. penult. C. si à non competent. judic.* qui dicit, quòd debet facere de facto, & excusatur, quando hoc esset sine damno alterius; aliàs non debet facere, cùm in principio officii juret justitiam facere, quod juramentum obligat de jure divino, quod est potentius, quam statutum humanum.

(6) *De bien, ni de mal.* Beatus Gregor. Justino Prætori Siciliæ scribens, ait: Nulla vos lucra ad injustitiam pertrahant, nullius vel minæ, vel amicitiæ à rectitudinis itinere deflectant; quòd sit vita brevis inspicite, ad quem quandoque ituri estis judicem, qui judiciariam geritis potestatem, cogitate.

LEX XIX.

Judicem supremum habeat Rex in curia, qui causas appellationum judicet, quæ interponuntur à judicibus curiæ, hic præfectus dicitur, sit magnæ prosapiæ, multùm legalis, atque sensatus. Hoc dicit.

(1) *Algunas vezes.* Ex isto verbo patet, quòd antiquitùs Reges Hispaniæ per se audiebant, & diffiniebant causas subditorum cessante impedimento, & idem faciebat Justinianus, ut patet *in authent. de deposito, & denuntiation. collat. 7. in princip.* ibi: *Litem nuper audientibus nobis, hoc quod imperio publicè sedentes multotiens agimus*, & idem habetur, *in authent. neque virum quod ex dote, collat. 7. in princip.* ibi: *Unde quoniam nos neque ad judicia segnes, multis interpellantium causis singulis medemur*, & quod habetur Proverb. *cap. 20. v. 8. Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo*, & donec concedit Rex propriam majestatem, est gratia gratis data, & subditi possunt tunc dicere, ego dormio, & cor meum, id est Rex meus vigilat, Bald. *in L. 2. ff. de legib.*

(2) *Para oyr las alzadas.* De his cognoscunt hodiè Domini de Consilio, ut habetur *in Ordination. Regiæ Cancellariæ, cap. 3.* & adde ad istam *L. 8. tit. 18. infrà 4. Partit.*

los grandes pleytos, mucho le conuiene, que aya en si todas estas cosas sobredichas. E quando tal fuere, deuele el Rey amar, e fiarse en el, e fazerle mucha honrra, e bien; e si contra esto fiziesse, deue auer la pena, como dicho es.

LEY XX.

Que es lo que ha de fazer el que faze la Justicia en la Corte del Rey.

Leyes del tit. 23. lib. 4. Rec.

ALguazil (1) llaman en Arauigo, aquel que ha de prender, e de justiciar los omes en la Corte del Rey, por su mandado, o de los Juezes que judgan los pleytos; mas los Latinos llamanle Justicia, que es nome que conuiene assaz, al que tal oficio tiene, porque deue ser muy derechurero en la complir. E como quier que el Alferez es mayor Oficial en esto, porque el ha de justiciar los omes grandes, e de fazer las otras cosas que diximos, con todo esso, otro tal oficio tiene este, quanto para justiciar los omes menores, ca el lo ha de fazer; e aun en los mayores, quando lo fiziesse por mandado del Rey, o del Alferez. Otrosi el ha de prender (2) aquellos, que fueren de recabdar; e meter a tormentos a los que fizieren por que (3); pero esto non deue fazer sin mandado (4) del Rey, o de sus Alcaldes, o del Sobrejuez de la Corte. E quando ouiere de atormentar a alguno, deue ser ante vno de los Juezes, que oya lo que dize el tormentado, e que lo faga escreuir, porque aya por remembrança lo que dixiere, e que non pueda ser mudado. E otrosi el deue fazer guardar (5) los presos, fasta que sean juzgados a la pena que merescen, o dados por quitos. E como quier que diximos de suso, que el non prenda a ome ninguno, si non por mandado del Rey, o de sus Alcaldes, o del Sobrejuez; con todo esso bien lo podria fazer (6), si acaesciesse, que fallasse a algunos peleando, que ouiessen ome ferido, o muerto, o robassen, o furtassen alguna cosa. Ca a su oficio pertenesce, despartir las peleas (7), e de escarmentar a los que las fizieren en el lugar do el Rey fuere. Otrosi el deue guardar, que non reciban daño (8) los omes que y moraren, en sus panes, ni en sus viñas, ni en las huertas, ni en las otras sus cosas, e que non tomen por fuerça ninguna de las cosas que aduxeren y a vender, ni las que aduxeren señaladamente a alguno. E sobre to-

LEX XX.

Alguazellus arabicè, Justitia latinè dicitur; huic incumbit executio justitiæ in omnibus minoribus de mandato judicis, in majoribus de Regis, aut Primipili mandato, capere & carcerari homines de judicis mandato. Si quos tamen rixantes invenerit, qui percussionem fecerint vel homicidium, depredantes item, vel furantes capere potest, etiam sine tali mandato; huic pertinet sedare rixas, coercere rixantes in loco, ubi Rex est; item & torquere homines præsente judice & de ejus mandato, & judex faciat scribi confessionem torti; custodia carceratorum huic attinet, qui & caveat ne in loco ubi Rex sit, damna fiant in vineis, bladis, aut hortis, & ne quid ab invitis exigatur; hic custodit villam noctu, ne maleficia fiant: debet esse boni generis, sensatus, secretus, legalis, animosus, & legere sciat. Hoc dicit.

(1) *Aguazil.* Nota, quòd alguazellus, est nomen arabicum, & iste in curia Regis habet maximum laborem, & parvos reditus, ut habetur *in L.* 8. *tit.* 20. 3. *Partit.*

(2) *De prender.* Quid si alguazellus præmonuerit malefactorem, ut fugiat, vide infrà 3. *Partit. tit.* 17. *L. final.*

(3) *Fizieren porque.* Id est, præsumptio sit, quòd fecerint aliquod delictum; nam ubi crimen esset notorium vel probatum, non posset reus torqueri, ex quo constat de crimine per sufficientem probationem; nam ad tormenta non venitur, nisi in subsidium, deficientibus aliis probationibus, *L. edictum*, & ibi notat Bart. *ff. de quæstion.* & est glossa notabilis, 15. *quæst.* 6. *in summ.* Bald. *in L. milites*, *C. de quæstion.* Cinus *in L. observare*, *C. quorum appellat. non recipiunt.* Bald. *in L.* 1. per textum ibi, *C. de juramento calumniæ*, & dicebat Cinus *in dict. L. observare*, quòd malè faciunt judices, qui licèt de maleficio sit probatum sufficienter per testes, nihilominus inquisitum vel accusatum ponunt ad torturam, ut posteà tanquàm convictus & confessus non possit appellare; quia postquam est in tali statu, quòd judex habeat sufficientes probationes ad condenandum, non debet extorquere confessionem per torturam. Bald. tamen *in dict. L.* 1. dicit se credere, quòd judices benè faciant, quando habent plenam certitudinem de delicto, si obviant ne appelletur per calumniam, & refert & sequitur simpliciter Paul. de Castr. ibi; & fortè ista lex posset induci pro hoc dicto Baldi, si intelligatur *a los que fizieren porque*, id est, eos qui de crimine sunt convicti; vel potest etiam dici, quòd hæc lex intelligatur juxta notata *in L. ictus fustium*, *ff. de his, qui notant. infamia*, scilicet quòd deprehensi per officiales in facinore, cædantur fustibus, & sic hoc genere pœnæ vel tormenti, & sic ad punitionem criminis, & non loco probationis. Sed huic ultimo intellectui obviat ista lex infrà, cùm dicit: *que oya lo que dize el atormentado, &c.* & sic loquitur de tortura ad probationem.

(4) *Sin mandado del Rey.* Adde *L. fin.* ubi Gloss. & Bald. *C. de exhibend. reis*, & *L.* 8. *tit.* 14. *lib.* 2. *Ordin. Regal.* & *L.* 1. & ibi Joan. de Plat. *C. de curios. & stationar. lib.* 12.

(5) *Guardar los presos.* Nota, quòd de jure isto custodia carceratorum spectat ad alguazellum, vide *L.* 15. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ordin. Regal.*

(6) *Bien lo podria fazer.* Nota ex ista lege aliquos casus, in quibus potest alguazellus capere delinquentes sine mandato judicis, & adde notabilem legem ponentem alios *in L.* 2. *tit.* 29. *infrà*, 7. *Partit.* & *L.* 1. *tit.* 14. *lib.* 2. *Ordin. Regal.* & adde Bald. notabiliter loquentem *in L. fin. C. de exhibend. reis*, ubi quòd non solùm hoc licet officiali publico, verùm etiam ei, cujus interest, ut *in L. capite quinto*, *ff. ad Leg. Jul. de adulter.* & *in L. interdum*, §. *qui furem*, *ff. de furt.* & etiam cuilibet, quando malefactor fugit, vide tu *dict. L.* 2.

(7) *Las peleas.* Adde *L.* 1. §. *quies*, *ff. de offic. Præfect. urb.* ubi Bald. notabiliter, quòd si officialis videt aliquos rixari, & non interponit se, potest ab officio removeri.

(8) *Reciban daño.* Et ad judicem & officiales pertinet circuire, & inquirere domos, & tabernas, & balnea, ut videant siqua fraus vel deceptio committatur contra publicam utilitatem, vide Joan. de Plat. *in L. omnis*, *C. de aquæ duct. lib.* 11. & quid si alguazellus potuit prohibere robarias, vel alia damna, & non fecit, an teneatur ad emendam damni? Videtur quòd sic, per ea quæ notantur per Gloss. & Bart. & Angel. *in L. ne quid*, *ff. de incend. ruin. nauf.* & vide bonum textum *in authent. ut nulli judicum*, §. *quoniam vero*, *col.* 9. & *L.* 4. *tit.* 7. *infrà* 5. *Partit.* & textum optimum *in L. fin. tit.* 13. *lib.* 2. *Ordin. Regal.*

todo esto, deuen guardar de noche el lugar do el Rey fuere, que non fagan y fuerças, ni furtos, ni males. E por todas estas cosas que ha de fazer, ha menester que sea de buen linaje, e entendido, e sabidor, e leal, e de poridad, e esforçado, e que sepa leer. E esto, por las razones que diximos en la tercera ley ante desta, de los Juezes. E quando tal fuere, deuelo el Rey amar, e fazerle bien, e merced. E quando errasse en alguna cosa, de las que es tenudo de fazer de su oficio, deue auer pena, segund el yerro que fiziere.

LEY XXI.

Quales deuen ser los Mandaderos del Rey.

Rey su padre, o contra su hermano el mayor. Otro tal dezimos, si el hermano mayor, o alguno de los otros fijos del Rey, fiziessen alguna destas cosas sobredichas contra la Reyna su madre. Fueras ende, si ella ouiesse fecho tal yerro, que el Rey mismo, e ellos lo ouiessen de caloñar. Ca sobre tal razon como esta, qualquier que al Rey ayudasse, faziendolo por su mandado, non auria culpa, nin caeria en la pena de suso dicha. E quien en otra manera matasse a sabiendas, o fiziesse, o prisiesse alguno de los otros fijos del Rey, faria traycion, e deue morir por ello. E si non lo pudieren fallar, ha de perder todo lo que ouiere (4), e ser desterrado para siempre.

LEY II.

Como el fijo mayor ha adelantamiento, e mayoria sobre los otros sus hermanos.

MAyoria (1) en nascer primero, es

thent. de nupt. §. *& quod sancitum*, *collat.* 4. & quia ista lex in hoc non distinguit, ideo generaliter debet intelligi, *cap. si Romanorum*, 19. *dist. L. de pretio*, *ff. de Publician.* in contrarium facit *L. Imperator. ff. ad Trebell.* & *L. fin. C. de sentent. pass.* ubi dicitur, quòd pater dissipans fideicommissum, cogitur illud restituere filio, etiam ante conditionis eventum, & interdicitur sibi administratio bonorum filii tali casu, velut prodigo & furioso, ut dicit *dict. L. fin.* & sicut in casu furoris lex provídet filium curatorem patri, ut *in L.* 1. *ff. de curator. furios.* sic etiam isto casu, maximè hoc suadente publica utilitate regni, & est ad idem textus *in L.* 2. *in fin. tit.* 2. *infrà*, 3. *Partit.* crederem, quòd prima pars sit verior, & quòd neque hoc casu liceat filio primogenito, cervicem erigere contra patrem, sed quòd recurri debeat ad Papam, prout fuit recursum *in cap. intellecto*, *de jurejuran.* & habetur expressiùs *in cap. grandi*, *de suppelend. negligent. Prælat. lib.* 6. & ibi Innoc. & Joan. Andr. Facit etiam bonus textus *in L. fin.* §. *non autem*, *C. de bon. quæ liber.* quem etiam ad hoc inducit Bart. *in dict.* §. *& quod sancitum*, dicens, quòd ubi pater vendit immovilia filii, datur recursus ad ea, & sic patrem non potest reprehendere, ex quo sibi manet recursus, & sic etiam remanet primogenito, juxta ea que notat Bald. *in* vers. *amplius consueverunt*, *de pace Constan.* & docuit David omnes homines ad non prærripiendum regnum, etiamsi debeatur, sed expectandum, ut suo tempore deferatur, vide Ambros. *in apologia David cap.* 6.

(4) *Que ouiere.* Vide quæ dixi suprà *tit.* 1. *L.* 2. & 3.

LEX II.

Filius primogenitus Regis succedit in regno exclusis aliis fratribus, & filio masculo non existente succedit filia major, & si decesserit primogenitus ante patrem relicto filio, vel filia legitimi matrimonii, in eum vel in eam transmittit jus successionis regni, quibus deficientibus admittitur proximior consanguineus, qui non fecerit aliquid, propter quod regnare non debeat: contra hoc veniens proditor est. Hoc dicit.

(1) *Mayoria.* Majoria idem est, quòd primogenitura, & est vulgare Hispanicum, ut dixit Præpos. Alexandr. *in cap. jus naturale*, 1. *dist. colum.* 3. & sumitur hìc majoria respectu ætatis, & ubi ex adjuncto aliud non constaret, appellatione majoriæ intelligitur de majori ætate, non scientia, virtute, vel honore, quia ubi verba habent intellectum naturalem & civilem, non debent intelligi civiliter, sed naturaliter, *L. fin. C. de his*, *qui veniam ætat. impetrar. cap. susceptum*, *de rescript.* & ibi Gloss. *lib.* 6. & secundum nostram consuetudinem ea dicuntur bona majoriæ, quæ de majori in majorem deferuntur; unde sufficeret, quòd bona vincularentur inter descendentes alicujus jure majoriæ, etsi non diceretur perpetuò, cùm verba testatoris, vel alterius disponentis, intelligi debeant secundum consuetudinem, vel statutum loci, in quo disponitur, ut notat Bart. *in L. hæredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad Trebell.* & quæ Philip. Decius adducit *consil.* 297. *colum.* 2. & adducit etiam in aliis terminis quæstionis, scilicet super bonis, quæ dicuntur *Enrriqueños*, Doct. de Palac. Rube. & *in repetition. cap. per vestras*, *in rubric. colum. mihi* 403. *cum sequentibus.*

Ex prædictis etiam videtur posse dici, quòd si quis habens plures filios dicat, quòd facit majoriam de talibus & talibus bonis in filium suum, quòd intelligatur de filio majori, cùm hoc sit de consuetudine, & per consequens de mente testatoris, & videtur hoc probari *in L. cum ita legatur*, §. *in fideicommisso*, *ff. de legat.* 2. subtiliter inducendo; & facit quod notat Bald. *in L. executorem*, *C. de execut. rei judic. colum.* 2. quòd si testator jubet, quòd bona sua distribuantur, intelligitur in pauperes. Item, quando aliqua bona tanquàm indivisibilia uni dumtaxat debent competere, semper intelligitur, quòd iste unus debet esse primogenitus, ut consuluit Angel. *consil.* 281. Francis. de Aret. *consil.* 164. quod perpetuò dicit notandum Roderic. Suarez *in repetion. L. quoniam in prioribus*, *fol.* 27. *colum.* 3. contrarium tamen facit *L. si quis ita*, vers. *si quis filio*, *ff. de testam. tutel.* ubi habetur, quòd si quis filio, non expresso proprio nomine, tutorem dederit, cùm plures filios haberet, omnibus filiis tutorem videtur dedisse, & sic videbatur dicendum, quòd omnes filii habeant bona jure majoriæ: sed potest dici, quòd illud ideo, quia non repugnat, imò conformat menti disponentis, cùm sit de ejus intentione omnibus iis providere de tutore; in majoria verò repugnat menti disponentis, volentis bona non dividi inter plures, & de majore in majorem semper venire: vel dic, quòd ex tali dispositione, deficiente filio majoriæ & ejus prole, videatur etiam facta majoria in filium secundum, & sic in ulteriores ex verisimili mente testatoris, seu disponentis; cùm enim majoria non ita applicetur omnibus filiis, sicut posset applicari tutela, videtur isto modo distinguendum; facit ad hoc, quod notat Cinus post Jacob. de Raven. *in quæst. de vetula. in L. si pater*, *C. de hæred. instit.*

Facit etiam *dict. L. si quis ita*, quòd si testator distribueret omnia bona sua inter filios suos, & postea diceret, quæcumque reliqui filio meo, sit majoria pro se, & suis filiis & descendentibus, quòd erunt bona majoriæ, quæcumque filiis reliquit, supposita ad hoc facultate regia præcedente; quod tamen sanè deberet intelligí, si ex qualitate videlicet bonorum hoc constaret: quid enim si uni vassallos & jurisdictionem, aliis verò parva bona dimisisset, non enim tunc tale præsumeretur, sed ad illum, cui vassalli & jurisdictio fuerunt relicti, talis generalitas esset referenda, nam ex qualitate rei inspicimus, quid intelligatur in contractu, ut tradit Bart. *in L. Paulus*, *colum. fin. ff. de solut.* facit Gloss. *in L.* 1. *in* verbo *agendo*, *ff. de superficie*: & quæ notat Joan. de Plat. *in L. fin. C. de prædiis Decur. lib.* 10. Bald. *in L. liberti*, *colum.* 8. *C. de oper. liber.* & *in L.* 1. *C. qui testam. facere poss.* & *in* §. *donare*, *qualiter olim feud. alien. poterat.* Bart. *in L. semper in stipulationibus*, *ff. de regul. jur.* & ex prædictis dici potest, quòd si cavetur in majoria, quòd deferatur filio majori, & deficiente filio ad nepotem, & in ejus defectum ad alios suos, quòd intelligi debet ordine successivo, ex quo id disponens vult esse majoriam, & pro hoc videtur bonus textus *in L.* 1. §. *si nemo*, juncta glossa *in* verbo *eorum*, *ff. ad Tertyl.* imò vult ibi textus cum glossa, quòd hoc procederet, etsi diceret, deinde veniant ad filios meos simul, quod semper intelligatur ordine successivo. Sed pone, quòd reperiuntur duæ majoriæ eodem tempore factæ, & de eisdem bonis, una in filium majorem, alia in filium secundum, quis præferetur? Et videtur, quòd præferatur filius major per istam legem, & per notata per Bart. *in L.* 1. §. 1. *ff. de bonor. poss. secundum tabul.* Item pone, quòd quis habens filios fecit majoriam dicens, quòd volebat bona sua, ut essent bona majoriæ ex facultate quam habebat, & fortè morte præventus non aliter ordinavit circa perpetuam successionem majoriæ, sed tantùm relinquit filio majori; contigit, quòd iste filius decessit sine filiis, an bona venient jure majoriæ ad alios filios fratris filii majoris? Et videtur, quòd sic, & probari videtur *in L.* 1. *in fin. princip. ff. de assign. liber.*

&

Ley 10. tit. 4. lib. 6. Recop.

(2) es muy grand señal de amor, que muestra Dios a los fijos de los Reyes, aquellos que el la da, entre los otros sus hermanos que nascen despues del. Ca aquel a quien esta honrra quiere fazer,

Ley 8. tit. 7. lib. 5. Recop.

bien da a entender, que lo adelanta, e lo pone sobre los otros, por que le deuen obedescer, e guardar, assi como a padre, e a Señor. E que esto sea verdad,

Ley 5. idem.

prueuase por tres razones (3). La primera, naturalmente. La segunda, por ley.

Auto 5. tit. 7. lib. 5. Recop.

La tercera, por costumbre. Ca segun natura, pues que el padre, e la madre cobdician auer linaje que herede lo suyo, aquel que primero nasce, e llega mas ayna, para complir lo que dessean ellos, aquel por derecho deue ser mas amado dellos, e lo ha de auer. E segun ley se prueua, por lo que dixo nuestro Señor Dios a (4) Abraham, quando le mando (como prouandole) que tomasse su fijo Ysaac el primero, que mucho amaua, e le degollasse por amor del. E esto le dixo por dos razones. La vna, porque aquel era el fijo que mas amaua, assi como a si mesmo, por lo que de suso diximos. La otra, porque Dios le auia escogido por Santo (5), quando quiso que nasciesse primero, e por esso le mando, que de aquel le fiziesse sacrificio. Ca segund el dixo a Moysen (6) en la vieja Ley, todo masculo que nasciesse primeramente, seria llamado cosa santa de Dios. E que los hermanos le deuen tener en lugar de padre, se muestra, porque el ha mas dias que ellos, e vino primero al mundo. E que le han de obedescer como a Señor, se prueua por las palabras, que dixo Ysaac (7) a Jacob su fijo, quando le dio la bendicion, cuydando que era el mayor: Tu seras Señor de tus hermanos, e ante ti se encoruaran los fijos de tu madre: e aquel que bendixeres, sera bendito, e aquel que maldixeres, caerle ha maldicion. Onde, por todas estas palabras se da a entender, que el fijo mayor (8) ha poder sobre los otros sus hermanos, assi como padre e Señor, e que ellos en aquel lugar le deuen tener. Otrosi, segun antigua costumbre, como quier que los padres comunalmente auian piedad de los otros fijos, non quisieron que el mayor lo ouiesse todo, mas que cada vno dellos ouiesse su parte; pero con todo esso, los omes Sabios e entendidos catando el pro comunal de todos, e conosciendo que esta particion non se podria fazer en los Reynos, que destruydos non fuessen, segun nuestro Señor Jesu Chris-

& quia intelligitur juxta consuetudinem disposuisse, & quia sic deciditur in feudis, quando relinquitur jure feudi, non tamen deficientibus fratribus, & eorum descendentibus veniet ad fratres testatoris, *cap.* 1. *de successione fratrum*, & vide *in cap.* 1. *de duob. fratrib. à capitan. invest.* & *cap.* 1. *de duob. fratrib. de novo benefic. invest.* nisi fortè constaret ex aliquibus, quòd voluit instituens majoriam illam fore perpetuam, ut alibi diximus. Quid autem si quis facta majoria exhæredet filium suum in sua hæreditate, an videatur ex hoc revocare majoriam? Textus videtur, quòd non, *in L.* 1. §. *sed si exhæredato, ff. de assign. liber.* Pone etiam, quòd pater fecit majoriam in duobus filiis majoribus, & voluit, quòd pro indiviso bona possiderent, alios verò filios divisione facta inter ipsos simul instituit: quæritur an si unus ex filiis majoribus moriatur, accrescat illa sua portio majoriæ omnibus fratribus, vel tantùm fratri, cum quo habeat bona in majoriam? Et videtur, quòd fratri, per textum *in L. utrum, ff. de assig. liber.* bonus textus *in L. cohæredi*, §. *qui discretas, ff. de vulg. & pupil.* Et quid si quis facta per eum majoria, ita quòd manet irrevocabilis juxta *LL. Tauri*, seu quia fit in ultima voluntate, seu causa mortis donationis, postea bona majoriæ dat in emphiteusim aliquibus: an videatur ex hoc revocare majoriam? Et videtur, quòd non: imò velle videtur, quòd illud jus emphitheusis remaneat in majoria: pro hoc videtur casus singularis *in L. si servus, ff. de assig. liber.* Et an si pater, qui fecerat majoriam in filiam de pluribus rebus, postea cùm tradit eam nuptui, fecit ei majoriam de parte ipsarum rerum, an videtur transfudisse primam majoriam in secundam, & revocasse primam? Vide Bald. *in L. filia legatorum, C. de legatis*, & Bart. *in L. hujusmodi*, §. *cum pater, ff. de legat.* 1. Et nota, quòd si quis facit majoriam de sui natura revocabilem juxta *LL. Tauri*, si tradit, fit irrevocabilis, quando fit per actum inter vivos, ut ibi habetur; si verò fiat per viam ultimæ voluntatis, seu donationis causa mortis, si tradat tunc, adhuc erit revocabilis, licet fructus percepti per eum, cui fuit tradita, erunt percipientis, secundum Bald. *in L. uxor, in fin. C. de legatis.* Sed quæro an ex eo, quòd pater instituit filium, & voluit quòd si ipse & ejus descendentes decesserint sine filiis, quòd bona veniant in filium secundum, an videatur ex hoc constituisse majoriam? Vide per Bart. *in L. sed si sic, ff. de legat.* 3. & *in L. codicillis, ff. de usufruct. legat.* & *in L. centurio, colum.* 12. vers. *quæro ulterius quid si testator, ff. de vulgar. & pupillar.* & vide Decium *consil.* 270. & *consil.* 421. Adverte etiam, quòd hodiè de jure regni potest in tertia & quinta bonorum fieri majoria in unum ex filiis; si verò unicum tantùm habeat filium, non cadit talis melioratio in unico filio, ut jam alibi diximus. Si tamen iste filius unicus repudiaret, veniret majoria in ejus substitutum, & licèt filius non potuit gravari in legitima, cùm ipse non acceptasset, tenebit gravamen in substituto, per *L. cum patronus*, & ibi Paul. de Castr. *ff. de legat.* 2.

(2) *Nascer primero.* Quid si duo nascantur simul, nescitur tamen quis prior egressus sit de utero matris; quæstio est vulgaris, vide latè de ea, per Joan. Cirier. *in suo tractat. primogenituræ, lib.* 1. *quæst.* 6. & 7. *cum sequenti*: & an masculus præsumatur primo natus, vide Bald. *in L. idem erit, ff. de statu homin.* & istam quæstionem decidit *L.* 12. *in princ. tit. fin.* 7. *Partit.* ubi vide quæ dixi.

(3) *Por tres razones.* Nota de isto triplici modo probandi, natura, lege, & consuetudine.

(4) *Dios.* Genesis *cap.* 22. *v.* 2.

(5) *Por Santo.* Non tamen omnia primogenita sancta sunt: sed omnia, quæ sancta sunt, sunt etiam primogenita: denique Cain primogenitus, sed non sanctus, vide Ambros. *lib.* 2. *de Cain & Abel cap.* 2.

(6) *Dixo a Moysen.* Exod. *cap.* 13. *v.* 2. & Lucæ, *cap.* 2. *v.* 23.

(7) *Dixo Ysaac.* Genesis *cap.* 27 *v.* 37.

(8) *El fijo mayor.* Frater major dicitur dominus domus, secundum Bart. *in L. fin. col.* 3. *ff. de colleg. illicit.* & nota ad hoc istam legem, & de juribus primogenituræ vide Bald. *in L. cum antiquioribus, colum.* 5. *C. de jure deliberand.* & plenè in dicto tractatu Joan. Cirier. *lib.* 2. *quæst.* 2. & ibi *in* 14. *prærogativa* dicitur de ista, quam ponit hæc lex.

Christo dixo (9), que todo Reyno partido seria estragado, touieron por derecho, que el Señorio del Reyno non lo ouiesse, si non el fijo mayor (10) despues

(9) *Dixo* Matth. *cap.* 12. *v.* 25. & vide Bald. *in authent. hoc amplius*, *C. de fideicommis.*

(10) *Si non el fijo mayor.* Quando enim unus filius ex pluribus debet succedere, intelligitur de primogenito, Bald. post Odofred. *in L. in successione*, *C. de Decurion. lib.* 10. Quid si nasceretur, antea quàm pater adipisceretur regnum? Dic, quòd adhuc tanquam primogenitus succederet in regno, secundum Salicet. *in L. imperialis*, §. *his illud*, *C. de nupt.* ubi & Joan. Fabr. & quia fuerunt opiniones in hac quæstione, vide *in dict. tractat. primogenituræ*, *lib.* 1. *quæst.* 12. & fortè in quæstione ista potest dici, quòd consideranda sint verba consuetudinis, legis, vel investituræ; quia si dicitur, quòd primogenitus Regis succedat, succedet etiam ante regnum natus; si verò dicatur, quòd primogenitus à Rege succedat, tunc non succedat ante adeptum regnum natus, & sic procedat glossa *L. imperialis* hìc allegata: ista distinctio potest colligi ex *L. Titius*, & ibi Bart. *ff. de testam. milit.* & forte istud videtur meliùs dictum, quàm id quod Bald. allegans *dict. L. Titius*, dicit *in L. fin. C. de Decurion. lib.* 10. nisi dicas, quòd in vulgari nostro ista distinctio non benè procedat, cùm eundem sensum utroque modo habeat: unde non videtur Bald. malè locutus, vide Joan. Cirier. ubi suprà.

Quid autem si filius major sectus sit ex ventre matris, ut de Cæsare dicunt, & notat Glossa *in princip. institut.* & tradit Bald. *in princ. ff. veteris*, *colum.* 3. ubi dicit hoc nomen impositum fuisse Julio Cæsari, eo quia mater in partu obiit, & ipse secto utero lucem vidit, & secundum eum nempe non vidit matrem, ut non videret superiorem se, quem natura in hoc genuerat, ut omnia Cæsar esset; Bald. *in L. fin. C. de legitim. hæred.* vers. *vidi dubitari*, tenet, quòd habetur pro filio legitimè nato, & quòd succedat; & tenet etiam Felin. *in cap. sicut*, *de homicid.* ubi vide. Quid autem si filius major occidit possessorem majoriæ, an succedat? Et in majoria nova clarum est, quòd non *in L. ei qui*, & ibi Bart. *ff. de his quib. ut indign.* & *in L. Lucius*, ubi Bart. *ff. de jur. fisc.* & *L. ab hostibus* §. *si vir uxorem*, *ff. solut. matrim. L. cum ratio*, §. *fin. ff. de bonis damnat. L.* 13. *tit.* 7. *Partit.* 6. & sic confiscarentur bona majoriæ in vita illius occisoris, & demum veniret in sequentes vocatos, *L. Statius Florus*, §. *Cornelio Felici*, *ff. de jur. fisci.* & *in L. si finita*, §. *si de vectigalib.* & ibi Bart. & Doctor. *ff. de damno infect.* nisi aliter esset provisum in majoria. Si verò esset majoria antiqua, videtur quòd occisor repellatur, & transeat statim in sequentem vocatum, ut in simili notat Glossa in feudo paterno, *in cap.* 1. *si vassall. feud. priv. cui defer.* Bald. *in cap.* 1. §. *similiter*, *n.* 4. *quib. mod. feud. amit. L. Imperator*, *ff. de fideicom. libertat.* per Alexandr. 1. *volum. consil.* 23.

Quid autem si justè occiderit? Vide quæ tradit Doctor de Palacios Rubeos *in rubric. de donation*, *inter virum & uxor. colum.* 450.

Et adverte, quòd in tantum procedit, quòd filius major succedat in majoria, quòd si aliquis infidelis veluti Sarracenus (qui juxta morem patriæ possidet majoriam) si habens jam filium majorem ex uxore, convertatur ad fidem ipse, & ejus uxor, & postea procreent alium filium, succedet in majoria primus filius, licèt natus in infidelitate, per textum notabilem *in cap. deinde*, 26. *dist.* & *in cap.* 1. 28. *quæst.* 1.

Sed an teneat consensus primogeniti consentientis, ut secundo genitus succedat in regno, vel majoria? Textus videtur, quòd sic, *in cap. quam periculosum*, 7. *quæst.* 1. & notat Bald. *in* §. *præterea*, *quib. mod. feud. amittat.* qui etiam videtur ibi velle, quòd ex hoc consensu totaliter suo jure primogenitus privetur, & vide de ista quæstione Joan. de Cirier. *in suo tractatu primogenituræ*, *lib.* 3. *quæst.* 1. & *quæst.* 8.

Sed pone, quòd cavetur in majoria, quòd succedat in ea filius primogenitus primi matrimonii, contigit, quòd possidens bona majoriæ non habuit filium ex primo matrimonio, habuit tamen ex secundo & etiam ex tertio matrimonio, modo est contentio inter primogenitum secundi matrimonii & cæteros ejus fratres; quæritur an dabitur tali primogenito: istam quæstionem movet Jacob. de Aret. Cin. Alber. Bald. Salicet. & Angel. *in L. si quis prioris*, §. *talem*, *C. de secund. nupt.* ubi Bald. arguit pro parte filiorum, & tandem concludunt, talem primogenitum præferri.

Quid autem si Rex fecisset donationem alicui nobili, qui contrahebat matrimonium cum aliqua domicella Reginæ, de aliquo fortalitio vel aliquibus bonis, eo pacto ut esset majoria, & succederet in ea filius primogenitus ex eo, & ex dicta domicella natus, qui tamen ex tali domicella non genuit filium, & ea defuncta contraxit cum secunda, ex qua habuit filium, an succedat in tali majoria? Quæstio es subtilis & pulchra; nam videtur, quòd non succedat in majoria alius filius; cùm Rex in pacto se retulit ad natum tali domicella, argum. *L. filius à patre*, §. *si quis ex certa*, *ff. de liber. & posthum.* & ejus, quod notat Glossa *in L. ideoque*, per illum textum, *ff. eod.* & cùm dixit de filio ex tali nobili nato, adjungit, & ex tali domicella, & sic est terminus complexivus & communis, & sic requiratur, quòd sit filius utriusque, per *L. cum vir uxori*, & *L. si vir uxori*, & *L. sequent.* §. *fin. ff. de condition. & demostrat. L.* 2. *ff. de condition. institut.* in contrarium facit, quia donatio facta dicto nobili & dictæ domicellæ per Regem, videtur facta cuilibet eorum in solidum, bonus textus *in L. unicus*, *C. si liberalitat. imper. socius. lib.* 10. facit etiam notabilis decissio Joan. Andr. *in addit ad Speculat. in rubric. de testamen. in* 1. *addition. magna*, vers. *occurit alia quæstio*, ubi dicit post alios, quòd licèt testator instituat ventrem uxoris ex eo prægnantis, si postea testator alios liberos suscipiat, etiam illi videntur instituti: & quòd etiamsi eos habuerit ex alia etiam secunda uxore, hoc procedat, tenent communiter Doctor. ut attestatur Socin. *in L. placet*, *ff. de liberis & posthum.* licèt contrarium ibi voluit Paulus de Castro: facit etiam, quod notat Bald. *in authent. quæ rem*, *C. de sacrosant. eccles.* ubi tenet eleganter, quòd si emphyteusis sit concessa marito, & uxori, & eorum filiis, quòd non solùm includantur filii illius matrimonii, sed etiam filii alterius matrimonii, licèt secundum eum concessio facta fuerit sub illo termino communi & complexivo eorum. Et idem tenet Bald. *in L.* 1. *C. de privileg. dot.* & *in L. penult. C. de impuber. & aliis*: tenet etiam Socin. *in dict. L. cum vir uxori*, & si in contractibus fit dicta extensio, quanto magis in donatione regia, quæ potiùs est augenda, quàm minuenda? Bonus textus *in L. fin. C. de Præpos. agent. in rebus*, *lib.* 12.

Ex quibus decisionibus inferes ad decisionem quæstionis, quam vidi de facto, & sic terminata fuit, quòd facultas regia data marito & uxori, ut faciant majoriam in filium suum primogenitum, vel alium quem velint, quòd referatur ad quemlibet eorum in solidum, & ad filios, quos quicumque eorum haberet etiam ex alio matrimonio: fortè in quæstione ista potest dici, si Rex disposuit duo, primum videlicet, quòd dictum fortalitium sit majoria, & secundum, quòd succederet dictus filius primogenitus, quòd tunc etsi deficiat talis filius, succedet alius filius dicti nobilis ex alia licèt uxore, ex quo non desinit esse majoria, licèt talis filius natus non fuerit, *L. quidam testamento*, *in princip. ff. de legatis* 1. *L. Lucius*, *ff. de aliment. & cibar. legatis*, *L. cum pater*, §. *vicos*, *ff. de legat.* 2. facit bonus textus *in cap. cum dilecti*, *de dolo & contum. L. Celsus*, *ff. de arbitr.* & benè confert ad hoc notabilis decisio Dalphinalis 505. de qua dicam in sequenti glossa. Si verò Rex dixisset, succedat talis filius natus ex domicella, tanquam in majoria, tunc non videtur quòd sit dispositum, quòd majoria sit in alio, quia verba non patiuntur; remanebit ergò in terminis juris communis successio in istis bonis, argum. *L. commodissime*, *cum similibus*, *ff. de liber. & posthum.*

Et quod in ista lege dicitur de præferendo in successione regni, vel majoriæ filio primogenito, intellige de legitimè nato, non de bastardo, ut *in cap. naturales*, *si de feud. fuer. controv. inter domin. & agnat.* & idem vult lex ista, quia loquitur de filio primogenito legitimo; quod etiam patet, cùm inferius subdit, *que dexasse de la muger legitima*, & bastardi præsertim inter illustres pro nihilo reputantur, quos magnatum aut nobilium consuetudo non novit, secundum Bald. *in dict.* §. *naturales*, & generaliter ubicumque agitur de commodo & honore filiorum, aut nepotum, non veniunt filii, vel nepotes naturales tantùm, videas Bart. *in L. tutelas*, *ff. de capit. diminut.* & *in L. pronuntiatio*, *ff. de verborum significat.* & *in L.* 1. & 2. *ff. de accusation.* Joann. Andr. *in addition. ad Speculat. tit. qui filii sunt legitim. L. fin. tit.* 13. 4. *Partit.* & adde quæ dixi *in L.* 4. *tit.* 15. *in gloss. super* verbo *en todas las honrras*, 4. *Partit.*

Sed pone, quòd consanguineus intra quartum gradum cognovit consanguineam, & postea impetravit dispensationem à Papa, ut possint contrahere, & cum tali dispensatione contraxerunt; & post contractum matrimonium nascitur filius ante dispensationem conceptus, an succedet in majoria ut primogenitus, cæteris exclusis, ex quo natus est tempore habili? Casus videtur, quòd sic *in L.* 2. §. 1. *ff. ad Tertyll.* contrarium tamen videtur velle Bald. *in L. Paulus, in prima lectura, ff. de statu homin.* ubi dicit, quòd licèt Papa dispenset in matrimonio, tamen filii ante dispensationem concepti, tamquam spurii non succedunt, allegat Guillel. & Cinum ibi, & *in L. & si contra, C. de nupt.* & quod notat Archid. *in cap. Osius,* 56. *dist.* & quòd fictio non trahit se retrò ad tempus de jure prohibitum: sed intelligerem dicta Bald. & aliorum in conceptis & natis ante dispensationem, non in conceptis antea, natis tamen post; & facit §. *e contrario, Institut. de ingenuis.*

Et quid si tenor majoriæ exigat, quòd sint nati & geniti ex legitimo matrimonio, vide quæ dixi *in L.* 1. *tit.* 13. 4. *Partit.* Sed erit pulchrum dubium, quid si aliqui consanguinei de facto contraxerunt matrimonium, postea tamen impetraverunt dispensationem à Papa, ut moris est, directam Episcopo, ut ipse dispensaret cum eis; qui Episcopus malitiose adhibuit moram in dispensando, & interim filius eis natus est, qui fuerat legitimus, si Episcopus tempore opportuno dispensasset, an talis filius succedet in majoria? Videtur quòd succedat, argumento textus *in L. intestato,* §. 1. *ff. de suis & legitim. hæred.* & *L. Herennius, ff. de statu homin.* & *L.* 3. *tit.* 23. *Partit.* 4. & quia damnum aliàs est irrecuperabile ab Episcopo, qui fuit in mora; & reputari debeat legitimus, ex quo incontinenti debebat esse legitimus, facit *L. penult. ff. de testamen. milit.* cogita tamen.

Quid autem de legitimato per rescriptum, an succedat in majoria, & excludat substitutum? Tetigi *in L.* 4. *tit.* 15. 4. *Partit. in gloss. super* parte *han las honrras;* vide quæ ibi dixi.

Et quando in dispositione majoriæ vocaretur legitimus filius absque eo, quòd addatur legitimè natus, vel de legitimo matrimonio natus, planè procederet, quòd talis legitimatus admitteretur, concurrentibus quæ ibi dixi, & etiam his quæ tradit Bald. *in L. eam quam, C. de fideicommis. colum.* 10. Si verò in majoria esset vocatio specificè facta de legitimè nato, vel de legitimo matrimonio nato, tunc legitimatus per rescriptum Principis non admitteretur, neque excluderet substitutum, quia talia verba referri debent ad nativitatem veram, non ad fictam per rescriptum Principis, ita notanter sentit Angel. in disputatione sua incipienti *nobilis, parum ante fin.* quem sequitur Anton. *in cap. per venerabilem, qui filii sint legitim. colum.* 19. vers. *sed quid si dixerit,* ubi vult hoc procedere, quando vocavit testator, vel alius disponens legitimè natos, & idem & à fortiori si dixerat, sine filiis legitimis & legitimè natis, debet enim talis conditio impleri in forma specifica, *L. qui hæredi,* & *L. Mevius, cum aliis, ff. de condition. & demonstrat.* videtur etiam de mente Bald. *in dict.* §. *naturales, colum.* 2. talia verba respiciunt generationis principium, & non est nostrum extendere scripturas, *L. contractus, C. de fide instrum.* & licèt Princeps prolem legitimet, matrimonium tamen legitimare non potest; & licèt tollatur pœna coitus, non tolletur deformitas culpæ, ut latiùs adducit ibi Baldus. Præterea quando in aliqua dispositione fit mentio de filio qualificato, non porrigitur dispositio ad alium, cui non inest illa qualitas, *L. fin. C. de natur. liber.* Bald. *in L. Gallus,* §. *instituens, ff. de liber. & posthum.* & quando verba dispositiva in quacumque dispositione prolata trahi possunt ad civilem & ad naturalem sensum, ad naturalem referenda sunt, *L. ex ea parte,* §. *insulam, ff. de verbor. obligation L. fin. C. de his qui veniam. ætat. impetrav. cap. susceptum, de rescript. lib.* 6. & cùm istud sit proprium significatum verborum, ad illud tantùm debet referri, *L.* 3. §. *hæc verba, ff. de negot. gest. L.* 1. §. *si is qui navem, ff. de exercitor.* Item omnis legitimatio est præpostera, quæ facit quem legitimum ex post facto, sed legitima natio est ordinata processio secundum viam naturæ, nam præcedit matrimonium, ut causa, deinde nascuntur legitimi; ordo enim naturæ est, ut causa præcedat effectum suum, *L. moribus,* §. 1. *ff. de vulgari & pupil.* verba ista sunt Bald. *in cap. innotuit, de elect. col. penult.* vers. *& nota, quod omnis:* hujus etiam sententiæ videtur fuisse Bald. *in dict. L. Gallus,* §. *si ejus, ff. de liberis & posthum.* ubi concludit, quòd licèt legitimatus possit dici legitimus, non tamen dicitur legitimè descendens, seu legitimè natus: idem vult *in addition. ad Specul. tit. de succession. ab intest.* & *in L. manumissiones, ff. de justit. & jure,* & *in L. generaliter,* §. *cum autem, C. de instit. & substitut.* & certè in legitimatione facta per rescriptum, planè procedunt suprà dicta: si verò legitimatio esset facta per subsequens matrimonium, crederem illum verum esse legitimum, & succedere posse in majoria vocante legitimè natum, seu ex legitimo matrimonio procreatum, ut dixi *in L.* 1. *tit.* 13. 4. *Partit.* ubi ponderavi illam legem, cùm dicit, *son legitimos,* & dixi etiam in alia glossa *super* verbo *se casa con ella,* licèt Bald. in consilio incipienti, *quidam tres hæredes,* quod est secundum antiquam impressionem *in* 4. *part. consilior. n.* 492. & secundum novam formam *in* 5. *part. consil.* 367. voluit, quòd quando substitutio facta fuit decedenti sine filiis de legitimo matrimonio procreandis, quòd legitimatus etiam per subsequens matrimonium non excludat substitutum: cujus dictum in hoc, ut ibi dixi, mihi non placet, & contrarium, ut ibi retuli, consuluit Decius *consil.* 155. ubi respondet ad ea, quæ adducit Bald. & quæ in contrarium aliàs adducuntur; vide ibi per eum, ex cujus dictis, & juxta id quod ipse limitare, & restringere vult dictum Bald. perpendens istud procedere, quando essemus in dubio, an testator vel disponens hunc talem per subsequens matrimonium legitimatum voluit excludere, vel includere; quia cùm non simus certi de ejus intentione, regulemus verba juxta dispositionem juris: si tamen ex ejus verbis manifestè deprehenderetur, nolle talem legitimatum includi sub ejus vocatione, tunc standum esset voluntati testatoris, seu talis disponentis.

Advertendum etiam est, quòd licèt primogenitus legitimatus per subsequens matrimonium præferatur secundo genito post matrimonium legitimè nato, ut tradit Felin. *in cap. prudentiam, colum.* 3. *de offic. delegat.* & concludit post multa Joan. Cirier. *in suo tractat. primogenituræ, lib.* 1. *quæst.* 14. *colum.* 7. vers. *prima conclusio,* legitimatus tamen per rescriptum Principis non præferretur tali secundo genito; imò talis secundo genitus succederet in majoria, & non primogenitus legitimatus per rescriptum etiam ante matrimonium, ex quo natus est secundus legitimè natus, per textum *in authent. quib. mod. natur. efficiant. sui,* §. *& quoniam,* & apertius *in L.* 12. *in Ordin. Tauri,* & tradit dictus Joan. Cirier. *in dict. suo tractat. lib.* 1. *quæst.* 13. ubi latè videbis per eum.

Quid autem si habens filium spurium, quem errans in jure putabat esse legitimum, fecit in eum majoriam, an tenebit majoria? Bald. *in L. si arbiter, C. de sentent.* movet in simili quæstione dicens, quòd non tenebit institutio spurii, quem testator errans in jure putabat esse legitimum: sed non videtur ex illa doctrina decidi posse quæstionem prædictam, eo quia spurius tanquam incapax non potest etiam à sciente hæres institui, & neque ab errante, majoria tamen à sciente benè potest constitui à Princip. cum facultate regia in spurium, deficientibus filiis legitimis, si specialiter in hoc facultas regia dispensaret, ut dixi *in L.* 32. *tit.* 9. 6. *Partit. L.* 10. & quæ ibi dixi, *tit.* 16. *ead. Partit.* 6. unde pulchrum dubium esset, si habens talem facultatem faceret majoriam in filium spurium, quem credebat legitimum, an tenebit constitutio majoriæ ex defectu voluntatis disponentis? Et in dubio, cùm habeat talem facultatem, videtur facere majoriam ex ea facultate, qua melius potest, ut *in cap. nisi essent,* & ibi notat Abb. *de præbend.* & quia præsumitur, quòd idem fecisset, si sciret ejus illegitimitatem, & ex quo impetravit talem facultatem, & cùm erratur in qualitate, quæ non inducit causam finalem, talis error non vitiat, ut notat Bart. *in L. demonstratio, ff. de condition. & demonstrat.* Joan. de Imol. *in L. quotiens, in princ. colum.* 2. *super gloss. ff. de hæred. instit.*

Quid autem si cessante tali facultate, fecit quis majoriam in filium spurium, qui tamen posteà legitimatus est, an tenebit constitutio majoriæ? Videtur quod non, per textum *in L. si minor, ff. de legat.* 1. & quæ singulariter notat Bald. *in L. eam quam, colum.* 11. *C. de fideicom.* ubi etiam fortius voluit Bald. quod licèt pater leget spurio, cùm capere poterit, non valet relictum; quod dictum dicit esse pulchrum & singulare Paul. de Castr. *in* L. 1. *ff. de regula Catoniana:* satis videtur, quòd ex legitimatione supervenienti confirmetur donatio, patre semper existente in eadem voluntate, ex his quæ notat Bart. *in L.* 1. *ff. de regula Catoniana, colum. penul.* vers. *venio ad quartum,* Bald. & Paul. & Jason. *in L. servis, C. de legat.* & *ex L.* 10. *tit.* 13. 6. *Partit.*

Quæro etiam, tu habes legem Tauri quadragesimam primam disponentem, quòd majoria probetur ex consuetu-

pues de la muerte de su padre (11). E esto vsaron siempre (12) en todas las tierras del mundo, do quier que el Señorio ouieron por linaje, e majormente en España (13). E

dine immemoriali, eo modo quo ibi cavetur. Modò pone, quòd frater major, qui per tempora possedit bona majoriæ, semper providebat fratri minori de necessariis certo modo in domo sua, vel alibi: an & hoc similiter teneantur facere semper alii sucessores pro tempore succedentes, dato quòd talis frater minor haberet etiam bona, ex quibus ali possit? Est pulchrum dubium, & fortè videtur dicendum, quòd sic, quia debet intelligi & limitari præscriptio ad limites usus, notat Bart. *in L.* 2. §. *si quis hoc interdicto, ff. de itiner. actuque privat.* & quia tantum & eo modo videtur præscriptum, quod possessum, & ad limites usus videtur contracta societas, ut ibi per Bart. & *in L. Titium*, §. *altero, ff. de administration. tutor.* præscriptio namque consistit in actibus limitatis, & non egreditur formam illorum actuum, Bald. *in L. non dubium*, *colum.* 3. vers. *tu posses*, *C. de legib.* allegans ad hoc Innoc. *in cap. dilecto*, *de offic. Archid.* & dicebat Innoc. *in cap. dilectus*, *de capellis monachorum*, quòd in præscriptione non habet locum extensio de una persona ad aliam.

Unde si solùm masculi, & masculi descendentes ex masculis possederunt aliqua bona jure majoriæ, & sic ex præscriptione quæsierunt sibi jus, videtur tantùm masculis præscripsisse, & non prodest præscriptio fœminis; tota enim vis præscriptionis est in ipso usu, qui in facto consistit, & ideo ultra factum non porrigitur, ut tradit Decius, *consil.* 85. *in* 2. *dubio.*

Sed pone, quòd defunctus, qui possedit majoriam, adquisivit à Principe in territorio majoriæ jurisdictionem de novo, quia antea territorium illud eam non habebat, an filius major, vel alius successor in majoria habebit talem jurisdictionem titulo majoriæ? & videbatur quòd sic, quia jurisdictio non stat per se, sed ipsi territorio cohæret; contrarium tamen determinat Bald. *in* §. *e contrario*, *de invest. de re alien. fact.* quia ista sunt separata; & possunt stare de per se; mœnia scilicet castri, & territorium apud unum, & jurisdictio apud alium; allegat Innoc. *in cap. dilecto*, *de appellat.*

Si tamen possessor majoriæ, acquireret servitutem prædio majoriæ, accresceret majoriæ, quia ei inest, secundum Bald. ibidem.

Sed quid si per viam præscriptionis aliquid acquisivit, credens rem, quam præscribebat, esse majoriæ, an accrescat sic præscriptum majoriæ? Bald. dicit quòd sic, *in* §. *fin. de controver. invest.* vers. *sed justa hoc quæro*, & *vers. seq. sed pone*, *quod vassallus*, quia præsciptio est accessoria præcedentis tituli, *L. si alienam*, & *L. qui alienam*, *ff. de donat. caus. mort.* & ideo quo titulo redit, redit & præscriptio; obstare tamen videtur huic dicto textus notabilis cum glossa ibi *in L. & non tantum*, §. 1. *ff. de petit. hæred.* quem declarat Paul. *sub* §. *fin. L. præcedentis*, ubi habetur, quòd hæres perficiens præscriptionem inchoatam à defuncto, sibi acquirit rei vindicationem, & non hæreditati, & sic pro tali re non competet petitio hæreditatis: sed potest dici, quòd illud sit respectu denegandæ petitionis hæreditatis, eo quòd supervenit fortior actio, non tamen negatur, quin habere videatur rem præscriptam à defuncto, per *dict. L. qui alienam*, & sic cùm judicio defuncti perceperit, veniet in fideicommisso, *L. debitor*, §. *fin. ff. ad Trebell. L. cohæredi*, §. *cum filiæ*, *ff. de vulgar. & pupil.*

Sed an talis filius major necdum succedet in regno, sed etiam in aliis juribus, & rebus corporalibus consistentibus intra regnum, quæ res prædecessor possidebat? Vide ad hoc glossam notabilem, & ibi Bald. *de capitaneo qui cur. vend.* & quod notat idem Bald. *in cap.* 1. *in fin. princip. de controver. invest.* & distinguendum videtur in hujus quæstionis decisione, inter bona, quæ Rex præcessor sibi particulariter adquisivit, & inter bona, quæ pertinent regno, ut habetur *in L.* 1. *tit.* 17. *infrà ead. Partit.*

Nota tamen, quòd si Marchioni, vel Duci nova castra concedantur, non ex hoc erunt de marchionatu, vel ducatu, neque erit totum majoria, licèt per dominium totum appelletur Marchia, nam per hoc non videntur unita; secùs tamen si unirentur per eum, qui posset facultate regali, vel per modum meliorationis, juxta legem regni, in tertio bonorum, vel aliàs habenti liberam dispositionem; hoc vult Bald. *in* §. *præterea ducatus*, *de prohibit. feudi alienat. per Freder.* & *in* §. *penult. de invest. de re aliena facta*, & vide quod notat Bart. *in L. si ita*, *ad fin. ff. de auro & argent. legat.*

Et nota, quòd successor in regno, vel majoria, non poterit revocare officia, aliàs perpetua, veluti decurionatum, vel tabellionatum, seu similia officia perpetua à prædecessore collata, ut notat Bald. *in cap. unic. qui success. feud. dare teneant.* vers. *nota*, *quòd successor*; non tamen poterunt domini majoricatuum concedere castellanias perpetuas, vel annuos reditus, vel similia in præjudicium successorum, secundum Bald. *in* §. *amplius consueverat*, *de pace Const.* & vide Andr. de Isern. *de prohibit. feud. alienat. per Fred. in* vers. *neque dominus feudi*, *colum. fin.* vers. *sed an Princeps.*

Tene etiam menti in ista materia *L.* 20. *tit.* 3. *lib.* 4. *Ordin. Regal.* qua cavetur, quòd primogeniti eorum, qui tenuerunt terram & soldatam à Rege, provideantur, patribus defunctis, de soldata eorum, facit *L.* 1. & 2. *C. de filiis official. militan. qui in bello moriunt. lib.* 12. & non erit necesse tali filio primogenito, quòd sit hæres patris, quia in dignitatibus & officiis magis attenditur filiatio, quàm hæreditas, Bald. *in L. cum antiquioribus*, *colum.* 5. *C. de jure deliberandi.*

Sed an teneatur frater major in majoria succedens, fratres, vel sorores dotare & alimentare? Dicendum est, quòd sic; non enim alii filii debent mendicare, sed est eis assignandum tantum per primogenitum, unde possint congruè sustentari: ita tamen, quòd tantum remaneat primogenito, unde possit honorificè regere principatum, secundum Hostien. Joan. Andr. & Abb. *in cap. licet*, *de voto*: & idem in cæteris majoriis, quæ deferuntur jure primogenituræ, secundum Joan. Andr. *in regul. sine culpa*, *de regul. jur. lib.* 6. *in mercurialibus*, nam juxta facultatem hæreditatis debet subvenire fratribus: vide notata per Andr. de Isern. *in constitutionibus Regni Neapolitani*, *fol.* 171. *colum.* 3. Socin. *consil.* 47. *vol.* 3. vers. *primo argumento* & vide quæ dixi *in L.* 6. *tit.* 11. 6. *Partit.*

Sed an Rex possit dividere regnum inter filios, vide quæ tradit Oldrald. *consil.* 231. & Bald. qui refert Oldrald. *in* §. *item sacramenta*, *colum.* 3. *ad fin.* & *princ.* 4. *colum. de pace juramento firmand.* & crederem, quidquid ibi dicatur, quòd in regno, quod ex antiqua consuetudine & primæva institutione defertur soli primogenito, non possit scindi inter filios; quod satis probatur in ista lege, & quia ut tradit Carolus Molineus *in commento consuetudinum Parisiensium*, *fol.* 125. *colum.* 3. dictum consilium Oldrald. & etiam consilium 94. debent intelligi de regnis, quæ percipiuntur, seu deferuntur jure hæreditario; & secùs est dicendum, quàndo deferuntur jure sanguinis, ut poteris latius ibi videre per eum.

(11) *De su padre.* Facit ad illud, quod notat Archid. *in* §. *item objicitur*, 2. *quæst.* 7. quòd licèt Rex possit in vita filium sum regem facere, non tamen potest ei administrationem concedere; arguit tamen ipse contra de *cap. Moyses*, 8. *quæst.* 1. vide ibi per eum, & tradit *in dict.* §. *item objicitur*, illud de David, qui licèt bis unctus in Regem à Samuele, non tamen vivente Rege Saule administravit.

(12) *E esto vsaron siempre.* Vide quæ dixi suprà, *ead. Partit. tit.* 7. *L.* 9. Et nota ex hac lege, quòd valet consuetudo, quòd primogenitus succedat, & adde Bald. *in* §. *mulier, si de feudo fuer. controv. inter domin. & agnat.*

(13) *En España.* Et insuper inolevit mos in Hispania, quòd Rex in vita sua facit filium suum primogenitum jurari in Regem futurum: & sic, quòd jurent, quòd eum habebunt in Regem post obitum patris: quæ etiam fuit consuetudo antiquorum Regum, ut tradit notabiliter Abulens. quem videas 2. *lib. Paralipomenon. cap.* 11. *in fin.* & ibi videbis etiam latè & pulchrè, qualiter hoc jus regnandi & principandi competat primogenito, & quomodo fuit inductum, *in quæst.* 27. & 28. & tene menti istam legem fundantem se in ista consuetudine, ad ea, quæ dixi suprà *ista L. in glos.* 1.

Et facit, quòd si mater habens facultatem ad majoriam committat patri, quòd ipse faciat, quod non dicatur voluntas captatoria; sed intelligatur, quòd faciat in filium majorem masculum, prout moris est.

Ex quo similiter potest decidi alia quæstio, si videlicet mater committat patri, & filio majori talem potestatem, an fieri possit per eos majoria in ipsum filium majorem? Et videbatur quòd non, quia filius non potest se ipsum eligere, *cap. in scripturis*, 8. *quæst.* 1. *cap. per nostras*, *de*

E por escusar muchos males, que acaescieron (14), e podrian aun ser fechos, pusieron, que el Señorio del Reyno heredassen siempre aquellos que viniessen por la liña derecha. E porende establescieron, que si fijo varon (15) y non ouiesse, la fija mayor (16) heredasse el Reyno. E aun mandaron, que si el fijo mayor muriesse ante que heredasse, si dexasse fijo, o fija (17), que ouiesse de su mu-

de jure patron. facit quod notat Bald. *in L. ordo, colum.* 2. vers. *quæro*, data est potestas creditori, ut possit vendere, cui velit, *C. de executione rei judic.* textus, & ibi Bald. *in L. & qui sub imagine, C. de distraction. pignor.* sed contrarium creddo attenta dicta generali consuetudine, & mente matris, & quia pater est, qui eum eligit, & ipse potest assentire, juxta notata per Doct. siguanter Joan. de Imol. *in cap. cum in jure, de election.* quidquid in contrarium voluerit glossa 1. ibi.

Sed pone, quòd mater fecit majoriam in filium, quem pater elegerit, pater tamen nullus elegit; an videatur facta in filium majorem? Et videtur, quòd sic ex prædictis, cùm ista sit consuetudo Hispaniæ, quæ semper in successione majoriæ honorat primogenitum, ut ipse solus succedat, ut etiam in simili tradit Andr. de Iser. *in cap.* 1. §. *is de quo, de gradib. success. in feud.* & tali consuetudini semper est inhæredendum, argum. *L. si servus plurium*, §. *fin. ff. de legat.* 1. *L. fideicommissa*, §. *si servo*, & ibi Bald. *ff. delegat.* 3. ubi Bald. notat, quòd illud præsumitur quis velle, quod est consuetum; neque obstabit *L. cum quidam ita fideicommissum, ff. de legat.* 2. imò potius facit pro ista parte, cùm ex natura rei ad unum tantùm, & non ad plures debent venire bona majoriæ, & si ibi in defectum non eligentis, lex vult, quòd omnes habeant, sic & in præsenti quæstione dicendum est ex mente legis & consuetudinis, quòd unus tantùm, & ille qui major est natus, habeat majoriam, facit *cap. licet, de voto,* & *L. cum pater*, §. *pater pluribus*, ibi, *majori filiæ, ff. de legat.* 2. Bald. *in L. cum antiquioribus, C. de jure deliberand. in* 10. *argum.* pro parte secundo geniti facit etiam *L. in successione, C. de Decurion. lib.* 10. secundum intellectum Odofr. si tamen pater, cui talis fuit data facultas, eligeret alium filium, & non majorem, teneret electio, & major excludetur, facit *cap.* 1. §. *& quia vidimus*, ibi, *in quem dominus vellet, de his qui feud. dare poss.* & quod ibi Bald. notat circa finem *vers. extra quæro*, & sequitur ibi Præpositus, & quia alias nihil operaretur facultas ad eligendum, si major de necessitate esset eligendus, facit *L.* 2. *ff. de option. legat.* & *L.* 1. *in princip.* & *per totum, ff. de assign. libert.* Cogita tamen, an possit hoc limitari & intelligi, quando pater ex justa causa moveretur ad eligendum potiùs filium secundum, vel ulteriorem, quàm primogenitum: quòd secùs videretur, si ex odio injusto contra primogenitum moveretur, nam ut bono viro, non malevolo, mater videtur talem facultatem marito dedisse; & confert ad hoc, quod notat Paulus de Cast. *consil.* 179. *in causa quam magnificus dominus, colum.* 3. 1. *volum.* & confert satis ad prædicta quod notabiliter decidit Guid. Pap. *in quæst. Delphinatus, quæst.* 505. incipit, *factum est pactum*, ubi dicit, quòd si in contractu matrimoniali factum sit pactum, quòd pater dabit tale castrum filio primogenito, seu alteri ex ipso matrimonio nascituro, si maluerit pater, & postea plures filii nascantur, & pater decedat nullo alio declarato, quòd primogenitus habebit in solidum dictum castrum, & non admittentur cum eo alii filii: & ibi respondet ad *dict. L. cum quidam*, & *ad L. cum pater*, §. *penult. ff. de legat.* 2. ex quo infert, quòd si promisit facere majoriam in primogenitum, vel alium quem maluerit, de talibus bonis, quòd nulla alia declaratione suæ voluntatis per eum facta, majoria veniet in primogenitum: videas ibi per eum, qui adducit bona fundamenta.

(14) *Acaescieron.* Vide de his latè *in dict. tractatu juris primogenituræ, lib.* 2. *quæst.* 14. ubi plura in hoc adducuntur, cur expedientius sit Regem assumere per successionem, quàm per electionem.

(15) *Fijo varon.* Nam si hic esset, licèt nativitate posterior, excluderet filiam primogenitam, ut hìc habetur, & notat Bald. *in L. in multis, in princ. ff. de statu homin.* & vide Abb. *in cap. dilecti, de arbitr.* & facit ista lex, quòd facultas data à Rege ad faciendum majoriam in unum ex filiis, vel filiabus, quòd stante filio non poterit fieri in filiam, & faciunt quæ notat Bart. *in L. ut jurisjurandi, col.* 2. *ff. de oper. libert.* & *in L. hæredes mei*, §. *cum ita, ff. ad Trebell.* & dixi *in L.* 1. *tit.* 13. 6. *Partit.*

(16) *La fija mayor.* Et sic inter filias est locus primogenituræ in regno; quid autem in aliis, vide *in dict. tract. lib.* 1. *quæst.* 20. & quare primogenita Regis Franciæ filia non succedit in regno, vide ibi *quæst.* 22. & potuit consuetudo disponere de successione talium dignitatum, & ista consuetudo tam de facto, quàm de jure servatur, ut succedant filiæ in regno, ut tradit. Bald. 2. *volum. consiliorum, consil.* 275. incipit, *quod pro regula, n.* 4. *cap. significavit, de rescript. cap. licet, de voto*: & semper intelligas, tam de filio, quàm de filia, quòd debent esse legitimi ex legitimo matrimonio, ut vult ista lex, & *L. filium eum definimus, ff. de his qui sui, vel alieni juris sunt.*

Quid autem si per aliquam dispositionem fiat majoria simpliciter, & jubeatur, quòd veniat in filium majorem, & in defectum filii, in filiam; si venit majoria in filiam, quæ habet filium naturalem, talem qui sibi succedere potest, an succedet etiam in majoria? Et videtur textus, quòd sic, cum glossa ibi *in L. patronæ, ff. de bonis libertorum.* Quod tamen non procedet in personis constitutis in dignitate, juxta *L. ex facto*, §. *si quis rogatus, ff. ad Trebellian.* vide quæ dixi suprà.

(17) *Si dexasse fijo o fija.* Et sic ista lex tollit illam dubitatissimam quæstionem veterem, quam propter ejus dubietatem Otho Imperator casu gladiatorio dirimendam esse judicavit, quod & actum est, & nepos filius primogeniti victoriam reportavit, ut refert Jason. *in L. maximum vitium, C. de liberis prætert. colum.* 2. & *in L. is potest, ff. de acquirend. hæreditat. colum.* 5. & in omnibus majoriis etiam extra succesionem regni ita decisum est *in Ordin. Tauri. L.* 40. & per istam legem Partitarum ita decidit Paul. de Castr. in causa quadam cujusdam majoriæ Hispalensis, ut patet ejus *consil.* 164. 1. *volum.* incipienti, *in præsenti causa, quæ vocatur majoria Hispalensis*: ex ista lege filius, vel filia primogenitæ præmortuæ præferretur avunculæ suæ secundò genitæ, tenet Bald. 2. *volum. consiliorum, consil.* 275. incipiente, *quod pro regula, n.* 5. ubi retulit notata per eum *in L. cum antiquioribus, C. de jure deliberand.* & dixit, quòd persuaderi potest, quòd jura primogenituræ solvantur morte, cùm primogenitura non possit esse extincto proprio subjecto, argum. *L. qui libertinus*, §. *si posthumus, ff. de oper. libert.* & *L. si libertus, ff. de bonis libertor.* & ibi refert, quòd in regno Angliæ contrarium servatur, scilicet quòd filia primogenitæ præferatur, & in quibusdam aliis provinciis, & ut vides, hoc ita servatur in Hispania. Et procedet, quod in ista lege habetur, non solùm quando filius major fuit mortuus; imò etiam si vivat, habeatur tamen pro mortuo, ut quia commisit delictum, ita quòd non potest succedere; nam & tunc potiùs suo filio nepoti possessoris majoriæ debetur majoria, quàm patruo, per textum *in L. etiam*, §. *si deportatus, ff. de bonis libertor.* si tamen filius major esset apud hostes, tunc propter spem postliminii eo vivo non deferretur nepoti, textus ibidem.

Sed pone, quòd pater fecit majoriam in filium majorem & ejus descendentes masculos, & in eorum defectum in filium secundum & in ejus descendentes, non repetens de masculis: contingit, quòd filius major habet filiam, secundus etiam habet filiam, deinde moritur secundus filius, & postea primus; filia secundi petiit majoriam, dicens non fuisse quoad eam repetitum de masculis, & quòd filia primi debet excludi, quia vocando masculos fœminam videtur exclusisse; filia verò primi filii dicit, non esse verisimile, quòd voluit præferre filiam secundi filii filiæ primi, quæritur quid juris? Et pro filia primi facit ista lex Partitarum, cùm dicit, *o fija*, & quæ notat Bald. *in L. Gallus*, §. *etiam si parente, ff. de liber. & posthum.*

Et quod qui succedit in locum primogeniti, possit sine mendacio se dicere primogenitum, est optimus textus *in cap. quæritur*, §. *item opponitur*, 22. *quæst.* 2. facit ista lex ad dictum Bald. *in proœmio, Decretal. Rex pacificus, colum.* 2. vers. *Rex potest determinare in vita sua*, & potest induci ad multa.

Et etiam ex ista lege potest sumi argumentum ad quæstionem, an habens facultatem regiam ad faciendum majoriam in filium, possit eam facere in nepotem? Nam videtur, quòd sic, si deficiat filius, ut fieri possit in nepotem, argumento hujus legis, pro quo etiam facit quod notat Bald. *in* §. *similiter, quib. mod. feud. amittat. in fin.* in-

muger legitima, que aquel, o aquella lo ouiesse, e non otro ninguno. Pero si todos estos falleciessen, deue heredar el Reyno el mas propinco pariente (18) que ouies-

in contrarium tamen videtur textus *in L. Gallus*, *per totam leg. ff. de liber. & posthum.* prout declarat Bart. *in L. liberorum*, *colum.* 2. *ff. de verbor. significat.* quem etiam vide *colum.* 3. Si vero tempore impetratæ facultatis, starent filius & nepos, non poterit majoria fieri in nepotem, nam in dependentibus ex gradu vel affectione, appellatione filii non venit nepos, *L. jubemus*, *C. ad Trebellian. L. Gallus*, §. *instituens*, *ff. de liber. & posthum.* ubi Bart. facit *L. alimenta*, §. *basilicæ*, *ff. de aliment. & cibar legat. L. quæsitum*, & ibi Bart. *in* 2. *quæst. ff. de fund. instructo*, & per Joan Andr. *in addition. ad Speculat. tit. de successione ab intest. in additione magna*, *ad fin.* Cyn. *in L.* 1. *C. de adulter.* & istud nomen filius designat primum gradum, nepos secundum, *L. libertum*, *ff. de excusation. tutor.* nam limitata licentia limitatum debet producere effectum, *L. in agris*, *ff. de acquiren. rerum domin. cum similib.* Unde si Princeps dat facultatem faciendi majoriam in Petrùm filium, non poterit illo mortuo fieri in alium, videtur de hoc casus *in L. si quis ita*, *in princ.* & ibi Glossa, & Bart. *ff. de testam. tutel.*

Ex prædictis etiam videtur, quòd habens facultatem Regis faciendi majoriam in unum ex filiis, quem vellet, non poterit pater facere duas majorias in duos filios, *L. qui solvendo*, la 1. *ff. de hæredibus instituend.* & si fecerit duas, valebit prima, *L. qui solvendo non erat*, la 2. *ff. de hæredibus instituendis*, quam commendavit Bald. *in L.* 1. *C. de edict. Divi Adrian. tollend.* glossa notabilis *in L. qui solvendo*, la 1. *ff. de hæredibus instituendis.* In contrarium tamen, imò quòd ex dicta facultate possit facere duas majorias in duos filios, facit optimè textus *in L.* 1. *in princ.* & §. *quamvis*, *ff. de assign. libert.* & quæ notantur *in L. unum ex familia*, *ff. de legat.* 2. & istud forte verius: & facit etiam *dict. L.* 1. *juncto* §. *quamvis*, quòd possit quis facere duas majorias in unum filium pro duobus filiis; an autem vigore talis facultatis possit facere unam majoriam in filium, & aliam in nepotem ex eo? Et videtur quòd sic, quia cùm totum exceptis alimentis poterat dari patri, sic & dividi inter patrem, & nepotem, argumento textus valdè notabilis *in L.* 2. *cum princip. L. sequentis*, *ff. de assign. libert.* Cogita tamen, & vide quæ pleniùs dixi *in L.* 32. *tit.* 9. 6. *Partit.*

(18) *El mas propinco pariente.* Etiam si esset in millesimo gradu, ut dicit Bald. *in cap. unic. colum. fin. de feudo marchiæ.* & si nemo sit, magnates regni eligent Regem, & Papa confirmabit, secundum Bald. *in cap. cum in magistrum*, *de election.*

Et secundum hoc in regno semper intelligitur majoria perpetua, & idem videtur in ducatu, marchia, vel comitatu, quæ regulari debent ad instar regni, *cap. præterea ducatus*, *de prohibit. feud. alien. per Frederic. cap. cum non liceat*, *de præscription.* tradit Paulus de Castr. *consil.* 164. incipit, *in causa majoriæ Hispalensis*; in aliis verò majoriis, ubi cessat similis ratio, sæpe deficient, si vocationes deficiant, & bona erunt libera, secundum quod tradit Oldrad. *consil.* 21. Joann. Andr. *in addition. ad Speculat. tit. de testam.* §. *in primis*, *in fin.* Paul. de Castr. *in L. ex facto*, §. *penult. in fin. ff. ad Trebellian.* ubi plenè tradit, quòd substitutio facta alicui, si decesserit sine liberis, expirat illo decente cum filio vel cum filiis, & dato quòd tales filii decedant sine filiis, non erit locus amplius fideicommisso, *L. cum uxori*, *C. quando dies legat. cedit. L. si quis hæredem*, *C. de institut. & substitut. L. pater Severianam*, §. *in fideicommisso*, *ff. de condition. & demons.* & tradit latè Decius *consil.* 63. *in causa istorum nobilium de Musatis*, & *consil.* 95. *in* 2. *dubio* Alexand. *consil.* 43. *volum.* 3. Socin. *consil.* 250. 2. *volum.* & *consil.* 63. 3. *volum.* quod tamen procederet, nisi de mente disponentis contrarium appareret, ut latè & singulariter comprobat Francisc. de Curt. senior *consil.* 51. & Francisc. de Curt junior *consil.* 121. ubi allegat casum famosum & notabilem *in L. unum ex familia*, §. *fin. ff. de legat.* 2. ibi: *& idem Princeps providentissimus, & vir religiosissimus, cùm fideicommissi verba cessare animadverteret, eum sermonem pro fideicommisso rescripsit accipiendum*; inducitur enim fideicommissum ex conjecturata mente defuncti, *L. cum proponebantur*, *cum similib. ff. de legat.* 2. & adde Alexand. *consil.* 64. incipit, *difficultas dubitationis*, 5. *volum. colum. fin.* ubi refert illud consilium Petri de Anchar. quando testator fecit plures gradus substitutionum.

Unde benè oritur hìc quæstio, an si pater instituat filium, & disponat, quòd si ipse & ejus descendentes decesserint sine filiis, bona veniant in filium secundum, an ex hoc judicabantur bona majoriæ, & subjecta fideicommisso? De qua quæstione vide per Bart. *in L. sed & si sic*, *ff. de legat.* 3. & *in L. codicillis*, *ff. de usufruct. legat. in princ.* vers. *item hæc lex videtur facere*, & *in L. Centurio*, *colum.* 12. vers. *quæro ulterius*, *quid si testator*, *ff. de vulgar. & pupillar.* cujus resolutio est, quòd ex quo filii filiorum sunt gravati, videantur & vocati & honorati, & sic tenèt fideicommissum; & secundum istam opinionem Bart. consuluit Alexand. *consil.* 64. 5. *volum.* incipienti: *dificultas dubitationis præmissæ*, licèt non simpliciter ex hoc, sed etiam ex aliis ibi consuluit, ibique refert Raphaelem dicentem, quòd hæc opinio est communis; & secundum dictam opinionem consuluit etiam Paul. de Cast. *consil.* 5. 1. *volum. secundum novam impresionem*, incipit, *quidquid dicatur*: & ista etiam opinio placet Paul. de Cast. *in L. filius familias*, §. *cum quis*, *ff. de legat.* 1. licèt ibi dicat Doctores communiter tenere contrarium, & etiam Decius *consil.* 270. *Dominus Reynal. colum.* 1. dicit contra Bart. esse communem opinionem, & idem dicit *consil.* 421. & etiam Alexand. *consil.* 105. 1. *volum.* ubi latè per eum, & *consil.* 184. vers. *& licet Bart.* 2. *volum.* & 3. *volum. consil.* 24. de cujus dicti veritate, & ad ejus intellectum, & qualiter possit procedere, vide plenè per Francis. de Curt. seniorem *in dict. consil.* 51. *colum.* 9. & 10. ubi adducit quam plures, qui tenuerunt opinionem Bart. & cùm sit æqua opinio, quòd sit tenenda in judicando, vide ibi latè per eum: & magis indubiè procederet, si aliquid aliud concurreret, quod voluntatem disponentis in hoc ostendat; vide & ibi per eum. Unde si aliquis faceret majoriam in filium & ejus descendentes, & asserat se velle esse perpetuam, & adjiciat, quòd si decesserint filius & descendentes sine filiis, quòd bona majoriæ perveniant in Titium fratrem suum, licèt non repetat titulo majoriæ in perpetuum, videtur, quòd ita debeat intelligi de mente disponentis, & facit textus notabilis *in L.* 3. *ff. de fundo instruct.* & quod notat Joan. de Plat. *in L. si quando*, la 1. *C. de bon. vacant. lib.* 10. vel si dicat, quòd vult, quòd bona semper maneant in familia: vide Gloss. *in L. filius familias* §. *Divi*, *in* verbo *non possit*, *ff. de legat*, 1. quando verò talia verba, vel similia non essent. Si quis faceret majoriam in filium majorem, & in ipsius defectum in alium filium, & sic in alios filios & eorum descendentes, si contingat quòd omnes moriantur, expirabit majoria; neque succedet frater constituentis majoricatum, vide textum & ibi Bald. *in* §. *his verò*, *de succession. fratr.* & quod notat Bald. *in* §. *hoc quoque*, *de succession. feud. colum.* 1. vers. *& nota pro intellectu*: erunt ergò in ultimo bona libera, ut possit ea cui velit relinquere, *L. qui solidum*, §. *prædium*, *ff. de legat.* 2. de natura tamen cujuslibet majoriæ, videtur quod debeat esse perpetua, quando aliud non repugnaret, per id quod notat Bald. *in dict. cap.* 1. *de feud. marchiæ*, & *in* §. *hoc quoque*, *in fin. de sucess. feud. L.* 27. *in Ordin. Tauri*, Decius *cons.* 85. *colum.* 2.

Sed quid si aliquis in dispositione majoriæ vocavit filios & descendentes suos, & in eorum defectum proximiorem sibi consanguineum, & ex defectu descendentium majoria venit ad collaterales constituentis, & tunc reperitur nepos unus fratris minoris, & alius pronepos fratris majoris; quis istorum præferetur? Videtur quòd nepos fratris minoris, quia proximior, per textum notabilem *in L. si libertus præterito*, *ff. de bon. libert. in* §. *si libertus*, & quia isto casu pronepos fratris majoris non repræsentat personam patris, ex notatis per Bart. & Paul. *in authen. post fratres*, *C. de legitim. hæred.* neque obstabit *L. Tauri.* 40. quia illa procedit in descendentibus à primo constituente.

Sed pone, quòd instrumento majoriæ cavetur, quòd deficientibus filiis, & cæteris descendentibus, majoria denato, vel sufficiat, quòd sit cognatus, & sic de genere ex parte matris? Et videtur, quòd requiratur, quòd sit conjunctus ex parte patris, & de genere patris, per textum & ibi Bart. *in L.* 1. *ff. de jur. immunit.* glossa notabilis *in authent. de incest. nupt.* §. 1. *in* verbo *generi*, *coll.* 2. & per Joan. de Plat. *in L. penult. C. de bon. vacant. lib.* 10. & quia verbum *generatio* ab homine, vel

à

à jure prolatum, debet intelligi de descendentibus ex linea masculina, non fœminina, vide *in cap. ubicumque, de pœnis, lib.* 6. & *in cap. statutum, de hæret. eod. lib.* & tradit Petrus de Anchar. *consil.* 359. *nos Petrus de Ancharanus & Florianus, &c.* & quia inspecta mente loquentis videtur habuisse respectum ad agnationem & ad personas, per quas conservatur agnatio, ut patet in Evangelio Matth. *Liber generationis Jesu Christi, &c.* ubi non nominantur, nisi masculi descendentes ex masculis, ut tradit Paul. de Castr. *consil.* 300. 2. *volum.* incipit, *viso quodam processu*: in contrarium tamen videtur textus *in L.* 1. *ff. de liberali caus.* ubi habetur, quòd appellatione generis etiam cognati comprehendentur: dicuntur enim cognati de genere, ut notat Bart. *in authent. quib. mod. natur. effic. sui*, §. *ergo, collat.* 7. Bald. *in L.* 1. *C. de probat.* qui allegat textum & glossam ibi, *in authen. de mandat. Princip.* §. *oportet*, Anton. *in cap. novit*, per illum textum, *de judic. in* 4. *notab.* Paul. de Castr. *in L.* 1. *col.* 1. *C. de conditionib. insert.* Joan. de Imol. *in consil.* 62. incipit, *post exhibitum*, ubi respondet ad omnia, quæ in contrarium adduci possunt: & idem Philippus Decius alios etiam allegans, *consil.* 223. *in casu proposito, colum.* 2. & fortè istud est de jure verius, nisi ex aliis appareret de contraria voluntate disponentis, ut quia jussit portare arma de genere paterno, & vocaretur nomine talis generis paterni; cùm enim ista non cadant nisi in illis, qui sunt de illo genere, non videntur alii vocati, nam quibus non applicantur verba, non debet applicari dispositio, *L. si servum*, §. *non dixit, ff. de acquir. hæred.* Bald. *in L.* 1. vers. *quartò oppon. C. si quis omis. caus.* vel ex aliis constet, habuisse respectum ad agnationem: & per prædicta potest etiam decidi alia quæstio, ut habens privilegium faciendi majoriam in unum ex consanguineis, possit illam facere in consanguineum, quem voluerit, sive ex parte patris, sive matris; & quia ex communi usu loquendi inter Hispanos, omnes ex utroque parente vocantur consanguinei, seu de parentela.

Sed pone, quòd maritus & uxor fecerunt majoriam in uno instrumento, & instituerunt filium & ejus descendentes ordine succesivo, in quorum defectum vocarunt consanguineum propinquiorem, dicendo videlicet, veniat in defectum eorum consanguineus noster propinquior; quomodo intelligentur ista verba? Et crederem, quòd cùm sint duo testamenta propter duos testantes vel disponentes, licèt in uno instrumento, per ea quæ tradit Alberic. post Oldr. *in rubric. C. de legat.* Bald. *in cap.* 1. §. *& quia vidimus, colum.* 3. *de his qui feud. dar. poss.* quòd unusquisque eorum videtur providisse suo consanguineo, argum. *L. sed & si plures*, §. *in arrogato, ff. de vulgar. & pupillar.* bonus textus *in cap. unic. de duob. fratrib. à capitan. invest.* & cùm non resultet aliquid absurdum, illa pluralitas resolvitur in plures singularitates, *L. falsa*, §. *fin ff. de condition. & demonstrat. L. si chorus, ff. de legat.* 3. & notat Bald. *in L. penult. colum. fin. C. de instit. & substitut. sub condition. fact.* & quod in simili notant Bart. & Paul. de Castr. *in L. Lucius*, §. *Cajo, ff. ad Trebellian.*

Sed pone retento eodem themate, quòd maritus & uxor expressè voluerunt & disposuerunt, quòd esset una tantùm majoria semper, ita quòd non potest verificari, quod suprà dictum est, ut succedant duo, unus in bonis viri, alter in bonis uxoris, imò unus tantùm debet succedere; & tunc videtur, quòd præferatur proximior consanguineus cujusque ipsorum, *L. cum ita legatur*, §. *in fideicommisso, ff. de legat.* 2. propter unitatem sermonis; sed tunc quæritur, quid si concurrant consanguinei utriusque in pari gradu, unus mariti, alter verò uxoris? Et videtur, quòd præferatur tunc consanguineus ex parte viri, tamquam dignioris, per textum singularem *in L. cum pater*, §. *penult.* qui incipit, *à te peto, ff. de legat.* 2. ubi est casus, quòd ordo scripturæ circa consanguineos uxoris & affines, facit præferri affines consanguineis, ita quòd lex præsumit, voluisse uxorem præferre consanguineos mariti suis consanguineis, ex quo primò nominavit, & sic ordo præfertur affectioni; sed ita est quòd disponendo mulier, quòd veniant consanguinei mariti & uxoris, ex quo unus tantùm debet venire, neque constat quis præferatur, quia uno verbo fuerunt nominati: unde ex quo ipse vir præfertur, quia caput mulieris, ut *in cap. fin.* 32. *quæst.* 6. Bald. *in* §. *fin de investit. de reb. alien. fact.* & 1. ad Corinth. *cap.* 11. *v.* 3. & per consequens præferri debeant consanguinei viri consanguineis uxoris; unde illud quod *in dict.* §. *à te peto*, facit expressus ordo, debet operari ordo tacitus à jure subintellectus: sed fortè dicet aliquis, imò videtur, quòd dictus textus sit casus in contrarium, quia ibi ideo non statur affectioni, quia constat de ordine, & præsumitur voluntas ex ordine, ut ibi est de mente Doctorum, & signanter Paulus de Castr. sed in quæstione proposita constat de affectione, non verò de ordine: ergo stari debet affectioni, ex quo ordo illam nòn tollit. Tu tamen adverte pro responsione, quia hoc ultimum procederet, si sola uxor disposuerat & fecerat majoriam, vel bona omnia fuerant ipsius uxoris; sed in quæstione prædicta uterque disponit, & bona, de quibus disponunt, fuerunt tam viri, quàm uxoris, & constat, quòd voluerunt, quòd semper esset una majoria indivisibilis: & si in isto casu præferremus affectionem uxoris erga suos consanguineos, defraudaretur vir in affectione sua ergà suos: unde cùm concurrat paritas affectionis, & invicem affectiones se confundant, *L. non solum*, §. *de uno, ff. de ritu nupt.* & notet Gloss. *in cap. postremo, de appellation.* de necessitate sumus extra casum affectionis, & in consideratione taciti ordinis, & sic præferendus videtur consanguineus viri: & satis est, quòd non stantibus in pari gradu, præferatur proximior licèt ex parte uxoris; data tamen paritate gradus, major consideratio est ex parte viri, ut præferatur ejus consanguineus, quia videtur in ordine saltem subintellecto prælatus.

Sed pone juxta istam legem, quòd Rex vel alius possessor majoriæ, quæ defertur jure sanguinis, seu consuetudinis, vel alterius dispositionis, decedit relictis duobus consanguineis in æquali gradu; quis eorum debet præferri? Et quia hæc quæstio assimilatur multùm illi quæstioni de partu gemino, quis dicatur primogenitus, de qua tradit latè Joan. Cirier. *in tractatu juris primogenituræ, lib.* 1. *quæst.* 6. 7. 8. 9. 10. & 11. ex ibi & etiam ex alibi dictis, videntur diversæ opiniones in ista quæstione: nam aliquibus videbatur, quòd ambo admittendi essent, cujus opinionis fuit Bald. *in L. ex duobus, in princip. ff. de vulgar. & pupill.* & *in authent. ex testamento, C. de collationib. colum. fin.* ubi dicit hoc non esse novum, nam & duo leguntur simul administrasse imperium, ut notatur *in cap. non autem*, 7. *quæst.* 1. facit Gloss. *in Clement. Romani*, *in* verbo *Reges, de jurejurand.* de quo vide quæ dixi *in L.* 1. *tit.* 1. *suprà, ead. Partit.* idem vult *in L. ex hoc jure, colum.* 2. *ff. de just. & jur.* & per *L. Divi fratres, ff. de jur. patron.* & idem voluit *in* 1. *constitution. ff. veteris, in* §. *itaque*, dicens, quòd duo erunt in eadem sede, & conjunctam jurisdictionem habebunt: hoc etiam tenent Angel. & Alexand. *in dict. L. ex duobus, in princ.* ubi Alexand. etiam dicit istam esse veritatem, quòd uterque admittatur, per *L.* 2. §. *hæreditas ff. de suis, & legit. hæred.* & *L. cum inter, C. de fideicommissar. libertatib.* eandem opinionem tenet Felin. *in cap. S. Crucis, de rescript. colum. antepenult.* & Jason *in L. si extraneus, ff. de condict. ob caus. colum.* 4. Alii verò tenuerunt, quòd nemo eorum sit admittendus, & quòd invicem se impediant; & hujus opinionis fuit Joan. de Imol. *in dict. L. ex duobus*, per *L. si fuerit, ff. de reb. dub.* & idem videtur voluisse Joann. de Imol. *in cap. indicante, de testam.* in quæstione de duobus currentibus ad bravium, qui eodem tempore pervenerunt, quòd nullus admittatur, & concursu se impediant. Alii dixerunt recurrendum esse ad judicium fortis, ut tradit Joan. Andr. *in addition. ad Specul. in rubric. de feud.* ipse tamen tenet ibi aliam opinionem, scilicet, quòd si locus gratificationi, per *L. si quis servum*, §. *si inter duos, ff. de legat.* 2. & hujus opinionis videtur fuisse Bald. sibi contrarius *in L. in quibus, in* 1. *lectura, vers. materia hujus legis, C. de secund. nupt.* Francis. tamen de Aret. *in dict. L. ex duobus*, dicit, quòd superior debeat præferre illum in regno, qui sit magis idoneus, & sufficiens, argum. *L. si plures, ff. de accusation. cap. si duo*, §. *fin. de procurator. lib.* 6. si verò sint infantes, ita quòd non potest apparere de majori sufficientia, tunc superior gratificabit cui velit, argum. *cap. duobus*, §. *fin. de rescrip. lib.* 6. & *dict.* §. *si inter duos*, quæ gratificatio seu prælectio fienda est de necessitate, ut ibi per eum: & super qualibet istarum opinionum ad utramque partem, vide latè *in dict. tractat. primogenituræ, quæst.* 7. 8. 9. & 10. & tandem pro resolutione *in quæst.* 11. ponit aliquas conclusiones usque ad *quæst.* 12. vide ibi per eum. Et ad quæstionem nostram redeundo, adhærendo verbis hujus legis Partitarum, videbatur distinguendum, quòd aut ambo isti consanguinei Regis defuncti, vel alterius possidentis majoriam indivisibilem & in qua unus tantùm debet succedere, sunt masculi, aut unus masculus & alter fœmina, & isto casu præferretur masculus per istam legem Partitarum, præferentem masculum fœminæ; est enim in multis deterior conditio fœminarum, quàm masculorum *L. in multis ff. de stat. homin.* ubi Gloss. & per Specul. *tit. de procur.* §. 1.

co-

ouiesse, seyendo ome para ello (19), non

colum. 1. vers. *regulariter*, ubi latè; præsertim quia tractatur de jurisdictione, *L. cum prætor*, §. *non autem*, *ff. de judiciis*, & quæ dixi *in L.* 3. *tit.* 13. 6. *Partit.* Si verò ambo essent masculi, tunc, si unus est in ætate infantuli, vel pupillari, alter verò majoris ætatis, ille qui est major, videtur præferendus per istam legem, cùm dicit, *que sea hombre para ello*, & etiam, quia ille est primogenitus, & nihil mirum, si sibi vendicet jura primogenituræ & majoriæ; ad hoc faciunt, quæ notabiliter Abb. tradit, *consil.* 85. 1. *volum. colum.* 2. vers. *secundo probatur*, & tradit dict. Joan. de Cirier. *in suo tractat. primogenituræ*, *lib.* 1. *quæst.* 2. & Alexand. *consil.* 4. *in* 4. *volum.* & si unus eorum esset de progenie regali, alter verò non, (quod potest accidere respectu matrimonii contracti per Regem, vel Reginam) præferendus esset indistinctè, qui descenderet à regali progenie, juxta id quod notat Bald. ubi supra, *de feud. marchiæ, colum.* 2. cùm dicit, quòd si moreretur tota domus regia, & staret unus de sanguine antiquo, & non esset alius proximior, esto quòd esset ille in millesimo gradu, tamen jure sanguinis & perpetuæ consuetudinis, succederet in regno. Si verò omnes, qui sunt in pari gradu, essent etiam pares ætate & habilitate ad regendum, & sanguinis regii, tunc probabilis videtur illa opinio, de qua suprà in partu gemino, quòd sit locus gratificationi, & quòd superior eligat; & si Rex est liber, superior erit Papa, qui est super omnes, ut *in cap. per venerabilem*, *qui filii sint legit.* vel forte hæc gratificatio spectabit regnicolas regni, & sic ad magnates & populos regni, ut tradit Bald. *in dict. L. ex hoc jure*, *colum.* 2. *ff. de just. & jur.* argum. *L. si duas*, *ff. de excusat. tutor.* per *L. si quis in gravi*, §. *utrum*, *ff. ad Syllanian.* pro quo etiam facit, quod habetur infra *eod. L.* 2. facit *L. si quis à filio* §. 1. *ff. de legat.* 1. & vide circa prædicta Petrum Jacob. *in sua practic. fol.* 97. *aliàs super arbore Regum Franciæ*: vel dic & melius, quòd præferetur ille consanguineus Regis, qui descendit à primogenito, & ita secundum ordinem genituræ, licèt alter æqualis in gradu sit major ætate, juxta id quod habetur *in L.* 40. *in Ordin. Taurin.* & facit *L. omnia quæ*, §. *in fideicommisso*, *ff. de legat.* 2.

Nota etiam, quod ista lex in istis verbis, cùm dicit, *el mas propinco pariente*, *que ouiesse*, decidit illam quæstionem, in qua latè insudavit consulendo Socin. 1. *volum. in consil.* 49. & tradit *in L. si cognatis*, *colum. fin. ff. de reb. dub.* quòd quando proximior vocatur per fideicommissum, intelligitur de proximiori ultimo decedenti, & non proximiori primi disponentis: videas ibi per eum, qui plura refert.

Sed pone quòd testator fecit majoriam in filium suum & descendentes suos, & in eorum defectum in proximiorem consanguineum suum, & habeat consanguineum in tertio gradu, & alium sibi proximiorem in secundo, & iste proximior genuit filium post mortem testatoris, & defunctus est; deinde moritur filius testatoris nullo descendente relicto, quis admittetur ad majoriam? Et videbatur, quòd ille qui est in tertio gradu, qui erat jam natus; nam licèt alius post natus sit in tertio gradu, & descendat à proximiori, non tamen videtur proximus, neque consanguineus defuncti, ut *in L. item Prætor*, *cum duabus præcedent. ff. de suis & legitim. hæred. L.* 1. §. *si quis proximior*, *ff. unde cognati.* Tu dic contrarium, quia illæ leges loquuntur in acquisitione hæreditatis, secus est in aliis, secundum Bart. *in dict. L. item Prætor*, & *in L. Paulus*, la 2. *ff. de suis & legitim. hæred.*

(19) *Seyendo ome para ello.* Facit, quòd facultas ad majoriam non extenditur ad inhabiles: & nota benè hanc legem, quòd consuetudo, quæ defert regnum propinquiori, debet intelligi, dummodo sit persona habilis ad regimen regni; inhabilis enim habetur pro mortuo, vel nullo, *L.* 1. §. *fin.* & ibi Bart. *ff. de bonor. poss. contra tabul.* ad quod etiam facit, quòd dispositio etiam generalis, non includit personas inhabiles, ut *in L. ut gradatim*, §. *sed & si lege*, *ff. de muner. & honor.* & notat Bart. *in L.* 1. §. *nuntiatio*, *ff. de novi oper. nuntiat.* Et idem dicendum eadem ratione, si filius primogenitus esset inhabilis, veluti si esset demens vel furiosus, ut etiam in terminis tenet Bald. *in cap.* 1. *colum.* 4. *de success. feud.* quando vitium est naturale & perpetuum, quia secundum eum consuetudo intelligitur de eo, qui naturaliter nascitur habilis; si autem ex accidenti efficiatur demens, tunc dabitur ei curator, quia in persona sua radicatum est jus regiæ potestatis, *cap. grandi*, *de supplen. neglig. Prælat. lib.* 6. & *in authent. hoc amplius*, *colum.* 2. *C. de fideicommis.* Dicit etiam, quòd si primogenitus est insufficiens, potest dari regnum secundo genito, ut fecit David; nam consuetudo de præferendo primogenitum, non debet interpretari contra utilitatem totius regni: & idem dicit *in L. omnes populi*, *colum.* 10. *ff. de just. & jur.* quia beneficia legum capacibus scripta sunt, non incapacibus & odiosis, argum. *L. Lucius*, §. *Lucius Titius Damam*, *ff. de legat.* 2. & idem voluit Socin. etiam in dignitatibus extra regnum, *consil.* 47. 1. *volum. in nova impressione*, ubi loquitur in majoria: & videndus est Joan. de Cirier. *in dict. suo tractat. lib.* 3. *quæst.* 4. vide tamen in hoc, quæ dicit Carol. Molin. *in suo tractat. consuetudinum feudal. Parisiensium*, *fol.* 117. *colum.* 3. & 4. ubi hoc limitat, & intelligit in inhabili ipso jure; secùs si esset indignus, & per sententiam privandus, nam tunc non fieret locus posteriori nato, sicut nec cæteris liberis acresceret portio priùs nati, quæ non deficit ipso jure, sed ab eo aufertur, & in fiscum sola devolvitur: quæ tamen limitatio forsan procederet in aliis majoriis sub regno, & tunc confiscaretur ususfructus in vita illius, à quo aufertur, *L. si finita*, §. *si de vectigalibus*, *ff. de damno infect.* non verò in ipsa successione regni, quia regnum non confiscatur, sed defertur sequenti, qui isto de medio sublato succederet: quod & probatur in ista lege Partitarum, cùm subdit, *e non auiendo fecho cosa, por que lo deuiesse perder*: facit etiam *cap. alius*, 15. *quæst.* 6. Dicit etiam dictus Carolus ubi suprà, allegans Joan. Igneum in disputatione, an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem, quòd etiam à nativitate demens succedat in regnum, sed detur curator; quia licèt regnum Franciæ (dicit ipse) non sit hæreditarium patrimoniale, vel feudale, succeditur tamen jure sanguinis & defertur proximiori sanguinis masculini in infinitum, quod dicit de jure esse verius & utilius: si qua tamen necessitas reipublicæ urgeret, fatetur, quòd de consensu procerum, & statuum regni posset aliter provideri, deferendo regnum sequenti proximiori habili, allegat *dict. cap. alius.* Mihi verò videtur, quòd à nativitate demens, vel aliàs inhabilis excludatur, quia in eo nunquam habuit locum jus primogenituræ, per istam legem, & per prædicta; si tamen demens vel furiosus à natura haberet filium non dementem, is succedet loco patris sui, Bald. *consil.* 389. *consuetudo*, *colum.* 2. vers. *Item pone primogenitum esse furiosum*, *volum.* 2. Socin. *consil.* 47. *volum.* 3. Præposit. Alexand. *in cap.* 1. *de feud. marchiæ.* licèt contrarium dixerit Lucas de Pen. *in L.* 1. *colum.* 3. *C. de privileg. eorum qui in sacro palat. milit. lib.* 12. Et idem esset, si primogenitus vocatus ad regnum esset monachus, vel canonicus regularis, ut dixit glossa notabilis *in cap. scripsit nobis*, 27. *quæst.* 2. & Bald. *in L. Deo nobis*, *colum.* 5. *C. de Episcop. & cleric.* & *in L. data opera*, *colum.* 10. *C. qui accus. non poss.* ubi de canonico regulari, & *in L. si quis*, §. *talem*, *C. de secund. nupt.* & Jacob. Alva. allegans dictam glossam *in cap. unic. de milit. vassal. qui arma bellica depos. colum. fin.* adde Bald. *in cap. cum in magistrum*, *in fin. de elect.* qui in hoc arguit ad partes, & primò arguit, quòd monachus succedat, quia monachatus non tollit gratiam originis, argum. *ff. de capit. dimin. L. tutelas.* Item gratia poli non tollit beneficium fori, *L. Deo nobis*, *C. de Episcop. & cleric.* in contrarium verò arguit, quòd qui non potest habere proprium regimen, non potest esse commune, & ideo eo tanquam subducto de medio, succedit alius capax; & residet in hac parte. An verò ante professionem Rex, qui ingressus fuit monasterium, retineat dignitatem, & jurisdictionem, & administrationem; videtur quod sic, argum. *cap. beneficium*, *de regular. lib.* 6. & tenet Alberic. *in authent. ingressi*, *colum. penult. C. de sacrosan. eccles.* & ibi circa id, quod suprà dixi, dicit quòd communiter vidit de jure teneri, quòd talis regia administratio non cadit in monachum, neque in monasterium, argum. *cap. eos qui*, 20. *quæst.* 3. & *cap. præsens clericus*; si tamen fiat Rex clericus, inclinare videtur, quòd non perdat ex hoc dignitatem, neque regiam administrationem, dicens, quòd clerici sæculares habent largiores habenas, quam monachi, ut patet ex notatis *in summ. ne clerici*, *vel monachi sæcul. negot. se immis.* Et idem videtur dicendum, quòd non succedat in regno, si esset clericus, cùm nemo militans Deo implicet se negotiis sæcularibus, *cap.* 1. & *per totum*, *ne clerici*, *vel monach.* & voluit Gloss. *in cap. præsens*, 20. *quæst.* 3. & quia non succedit in feudo, ut *in* §. *qui clericus*, *si de feudo defunct. content. sit inter domin. & agnat.* & *in cap.* 1. *de benefic. fœmin.* & facit optimus textus *in authent. de sanctis. Epis-*

non auiendo fecho cosa (20), porque lo deuiesse perder. Onde todas estas cosas es el Pueblo tenudo de guardar, ca de otra guisa non podria el Rey ser complidamente guardado, si ellos assi non guardassen el Reyno. E porende, qualquier que contra esto fiziesse, faria traycion conoscida, e deue auer tal pena, como de suso es dicha de aquellos que desconocen Señorio al Rey.

LEY

Episcop. §. *sed neque*, *collat.* 9. vers. *generaliter*, & ibi Bart. argumento illius textus dicit, quòd si quis efficitur clericus, desinit esse Comes, vel Imperator, & allegat *dict. cap. scripsit*, quia clerici non debent admitti ad temporalem dignitatem, Joan. de Plat. per textum ibi *in L. colonos nulla*, *C. de agricol. & censit. lib.* 11. & hoc etiam probat iste textus; & quia clericis non licet arma movere, *cap. ex multa*, §. *fin. de voto.* Vide tamen, quod in hoc de clerico notat Abb. *in cap. inter dilectos*, *de fide instrum.* & Barb. *in tractat. de præstantia Cardinalium*, & Abb. ibi in duobus locis, *in 3. notab.* & *colum.* 4. & 5. concludit, quòd possit succedere, & retinere comitatum ratione patrimonii, qui est clericus, vel episcopus: & idem vult Alberic. *in authent. ingressi*, *C. de sacros. eccles. col. penult*, ut suprà retuli; succedit ergò clericus in bonis majoriæ, nisi sit exclusus à constituente majoriam: quod an possit fieri consuetudine vel statuto, vide Paul, de Cast. *consil.* 164. incipit, *in causa majoriæ Hispalensis*, 2. *volum.* & si statutum excludit fœminas propter masculos, etiam clericus masculus excludet fœminas, Bald. *in cap. quod clericis*, *de foro compet.* post Joan. de Lign. & Lapum, vide ibi per moderniores; adde ad prædicta Paul. de Cast. *in L. sub conditione*, *ff. de liber. & posthum.* Bald. *in L. cum adoptivis*, *in fin. principii*, *C. de adopt.* & vide quæ notat Præpos. *in cap.* 1. §. *quia*, *colum.* 15. *qui feud. dar. poss.* Si tamen succedens in regno, vel majoria esset impotens ad generandum, non ex hoc repelleretur à successione, ut notat Bald. loquens in feudo, *in cap.* 1. §. *fin. Episcopum vel Abbatem.*

Sed pone, quòd tempore delationis majoriæ, qui ad eam proximior vocabatur, erat incapax propter hæresim, vel aliud delictum, fuit tamen restitutus per Principem, antequam sequens vocatus acceptaret majoriam, an admitetur? Bald. referens quoddam consilium Freder. de Sen. movet quæstionem similem *in L. fin. col. fin.* vers. *secunda quæstio est ista*, *C. de episcop. & cleric.* de eo qui decessit relicto filio fratre minore, qui factus fuit episcopus, antequam alii venientes ab intestato adirent hæreditatem; & refert disputationem ad partes, & dicit Fredericum inclinare, quòd talis filius præferatur, quia dignitas superveniens amotio fuit prioris obstaculi, & dicit non obstare *L. id quod nostrum*, *ff. de regul. jur.* quia ibi loquitur de jure pleni dominii; sed jus aditionis faciendæ non est jus dominii, sed quædam facultas, quæ nondum in bonis nostris connumeratur, *L. pretia rerum*, *ff. ad leg. Falcid.* & idem tenet ibi Bald. dicens esse multum æquum: item cùm hìc interveniat restitutio in priorem statum, videtur, quòd prejudicare debeat cæteris, quibus jus majoriæ esset delatum, *L. fin. C. de sentent. pass.* & *cap. quamvis*, *de rescript. lib.* 6. & nota *in dict. L. Gallus*, §. *& quid si tantum*, *ff. de liber. & posthum.* In contrarium tamen urget, quia jam dominium & possessio bonorum majoriæ erat à lege translatum in sequentem vocatum, qui erat habilis, ut *in L.* 7. *tit.* 4. 5. *Part.* & *in L.* 45. *in Ordin. Tauri*, unde restitutio Principis eis non præjudicabit, ut voluit Gloss. *dict.* §. *& quid si tantum*, neque de Principis mente videtur voluisse sibi præjudicare; si tamen constaret, quòd Princeps voluit sibi præjudicare, tunc esset majus dubium, ex eo quòd in talem vocatum nondum de jure gentium erat sibi radicatum dominium, sed tantùm de jure civili, contra quod Princeps potest dispensare, ut adducunt Doctor. & signanter Decius *in cap. quæ in ecclesiarum*, *de constit.* vide quæ dixi *in L.* 3. *tit.* 13. 6. *Partit.* Tu cogita, quia durum videtur ex tali restitutione excludere habilem jam vocatum; & cui jam erat delata majoria; & vide quod notat Bart. *in L.* 1. §. *qui habebat*, *ff. de bonor. poss. contr. tabul.* & Andr. de Iser. *in* §. *præterea si vassallus*, *colum.* 4. *quæ sit prima benefic. amitt.* vers. *item quid si princeps indulsisset isti primogenito*, ubi in terminis dicit, quòd si Princeps crimen proditionis indulsit primogenito, perinde debet haberi, ac si numquam fuisset proditor; quod tamen dicit intelligendum, si vivo patre indulsit Princeps, quia tunc tempore delationis majoriæ invenit se iste habilem, quando pater scilicet moritur; secùs si mortuo patre, &

jam facto loco secundogenito, Princeps indulgeat, quia tunc non perdet secundogenitus jus sibi quæsitum, licèt Princeps remittat primogenito crimen, argum. *L. fin. ff. de pact.* & *L. post mortem*, §. *fin. ff. de bonor. possess. contr. tabul.* *L. si cum Hermes*, *C. de locato*, & subdit statim: contra videtur de his, quæ diximus suprà, *de vassallo decrepitæ ætatis*, *circa finem*, licèt Canonistæ contra, ut ibi plenè dictum est: ubi videtur inclinare, quòd si re integra Princeps remittat, antequam bona alii essent quæsita ex sententia, vel ex crimine, prosit indulgentia quoad bona, secùs si jam alii essent quæsita: vide latiùs ibi per eum, & bonus textus est in materia *in cap. quamvis*, *de rescript. lib.* 6. & tradit Joan. Andr. *in addit. ad Specul. in rubr. de feud. colum.* 3. vers. *ex quo de tan. mentionem feci*: adde etiam prædictis *L. si tutor.* §. *fin.* & ibi Bald. *in quæst. de saccul. ff. de tutel. & ration. distrah.* & *L.* 1. §. *quidam filium*, *ff. de bonor. poss. contra tabul.*

Quid autem si vocatus proximior esset apud hostes, vel furiosus tempore, quo defertur majoria; an sequens in gradu admittatur? Et videtur dicendum, quòd aut curator illius furiosi, vel bonorum talis captivi absentis, vult acceptare majoriam, & repelletur sequens; aut ipsi curatores differunt, & tunc admittitur sequens in gradu cum cautione, quòd si ipse sequens moriatur, antequam furiosus perveniat ad sanam mentem, vel captivus revertatur ab hostibus, restituet alii debenti succedere in majoria, vel ipsi furioso, si pervenerit ad sanam mentem, vel capto, si revertatur ab hostibus; probari videtur *in L.* 1 *ff. de bonor. posses. infanti vel furioso*, & ibi Bart.

Adverte etiam, quòd si tempore delationis majoriæ filius sit incapax, succedet tamen nepos ex eo, *L.* 1. §. *qui filium*, *ff. de bonor. posses. contr. tabul.* & legit Bart. sub. §. *qui habebat*: & idem dic, si proximior vocatus esset deportatus, vel perpetuo in insulam relegatus, *L. Æstatius Florus*, §. *fin. ff. de jur. fisci.* *L. ex facto*, §. *si quis rogatus*, *ff. ad Trebell.* *L. cum pater*, §. *hæreditatem ff. de legat.* 2. & cùm sit omnino incapax, excludetur fiscus.

Similiter, & si primogenitus ingrederetur religionem, succedet sequens secundogenitus, Bald *in L. si quis priori*, §. *talem*, *C. de secund. nupt.*

Similiter etiam, & si majoria disponat, quòd stante masculo fœmina non succedat, si filius sit inhabilis, succedet filia, *L.* 1. §. *si pater*, & ibi Bart. *ff. de conjung. cum emancip. liber. ejus*, & textus *in authent. de nupt. cap.* 20. §. *soluto*, *in fin.* vide omninò, quæ notat Bart. *in dict.* §. *si pater.*

Sed quid si successor in regno, vel majoria esset cæcus? Dic, quòd succedet, Bart. *in L. cæcus*, *ff. de judic.* Joan. de Plat. *in L.* 1. *C. qui morb. se excus. lib.* 10. licèt à principio jurisdictio non possit concedi cæco, secundum Bart. *in dict. L. cæcus*, & adde notata per Bald. *in dict. cap.* 1. *an mutus vel aliter imperfect.* Adverte etiam, quòd licèt in successione regni procedit ista lex, & quæ in principio hujus glossæ dixi, ut excludatur inutilis & inhabilis, & idem in his dignitatibus & jurisdictionibus, in quibus esset par ratio, non tamen idem esset dicendum in aliis majoriis: imò videtur, quòd in illis omnes indistinctè succedant, si à disponente majoriam non excludantur, & pro hoc est singularis decisio Baldi in vers. *libellario*, *ad fin. de pace Constant.* ubi concludit, quòd in feudis, pro quibus non præstatur servitium, licèt præstetur census pecuniarius (prout dicit esse in feudis quarundam ecclesiarum Lombardiæ, quæ non curant de servitiis armorum, sed de reditibus bursalibus), quòd in talibus succedit mutus & surdus etiàm à nativitate, & quilibet alius, nisi tenor investituræ repugnaret: quæ verba tene menti, nam declarant omnem istam materiam, & ita intellige, quod idem Baldus notat *in* §. *præterea Ducatus*, *ad fin.* vers. *quærit glossa*, *de prohib. feud. alien. per Freder.* & ita etiam intelliges & limitabis dicta Socin. *in dict. consil.* 47. & Bald. *in L. fin. C. de suis & legit. hæred. colum. penult.*

(20) *E non auiendo fecho cosa.* Silicet aliquod delictum, vel aliud, propter quod expelleretur à successione regni; & intellige quando esset grave & tale, quod

LEY III.

Como deuen ser escogidos los Guardadores del Rey niño, si su Padre non ouiere dexado Guardadores.

AViene muchas vezes, que quando el Rey muere, finca niño el fijo mayor que ha de eredar, e mayores del Reyno contienden sobre el, quien lo guardara, fasta que aya edad. E desto nascen muchos males. Ca las mas vegadas, aquellos que le cobdician guardar, mas lo fazen por ganar algo con el, e apoderarse de sus enemigos, que non por guarda del Rey, nin del Reyno. E desto se leuantan grandes guerras, e robos, e daños, que se tornan en grand destruymento de la tierra. Lo vno, por la niñez del Rey, que entienden que non gelo podra vedar. Lo al, por el desacuerdo que es entre ellos, que los vnos puñan de fazer mal a los otros, quanto pueden. E porende los Sabios antiguos de España, que cataron todas las cosas muy lealmente, e las sopieron guardar, por toller todos estos males que auemos dicho, establecieron, que quando fincasse el Rey niño, si el Padre dexado ouiesse omes señalados, que lo guardassen, mandandolo por carta, o por palabra, que aquellos ouiessen guarda del; e los del Reyno fuessen tenudos de los obedescer, en la manera que el Rey lo ouiesse mandado. Mas si el Rey finado, desto non ouiesse fecho mandamiento ninguno, estonce deuense ayuntar alli do el Rey fuere, todos los Mayorales del Reyno, assi como los Perlados, e los Ricos omes (1), e los otros omes buenos, e honrrados de las Villas; e desque fueren ayuntados, deuen jurar todos sobre Santos Euangelios, que caten primeramente seruicio de Dios, e honrra, e guarda del Señor que han, e pro comunal de la tierra del Reyno; e segund esto, escojan tales omes, en cuyo poder lo metan, que le guarden bien e lealmente, e que ayan en si ocho cosas. La primera, que teman a Dios. La segunda, que amen al Rey. La tercera, que vengan de buen linaje. La quarta, que sean sus naturales. La quinta, sus vassallos. La sexta, que sean de buen seso. La septima, que ayan buena fama. La oc-

turbaret statum Christianitatis, ut declarat Baldus, quem vide *in L. fin, C. de legib.* nam aliàs etiam criminosus potest esse Rex ex successione, ut notat Bald. *in L. fin. de rerum divis.* & Lucas de Penn. latè *in L. 1. C. de reis postul. lib.* 10. vide Carolum Molin. *in suo tract. consuetud. Parisien. fol.* 126. *colum.* 1. & ibi dicit, quòd propter crimen læsæ majestatis in regiam coronam, & rempublicam regni commissum per aliquem de sanguine regio, posset ille perduellis etiam cum futura sua posteritate privari omni tempore, & jure futuro in successione regni; & ita dicit factum fuisse olim per arestum supremi senatus Parisiorum, & parium Franciæ, anno Domini 1457. in Joannem Ducem Alenconii, in præsentia Regis Caroli VII. cui adde Andream de Isern. *in §. præterea si vasallus, quæ sit prima caus. benefic. amitten. colum.* 3. & 4. ubi vult, quòd propter crimen læsæ majestatis filius delinquens vivo patre fiat inhabilis, & non succedat in feudo, quod debetur primogenito, & veniat in secundogenitum; & nota ista, nam aliàs spes succedendi in majoria, non videtur venire in confiscatione bonorum, quando esset spes causata ab ultima voluntate, Bald. *in L. ex facto, §. Julianus Longinus, ff. de vulg. & pupill. in 6. notab.* per illum textum, & Ang. *in L. 1. C. de bon. libert.* & Bald. *in L. si ali, ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* Decius *consil.* 438. & vide quod dicit Joann. de Plat. in legitima filii *in L. certa forma, C. de jure fisc. lib.* 10. in crimine læsæ majestatis limitatur hoc, ut *in L. quisquis, C. ad leg. Jul. majest.* vide quæ latius dixi *in L. 2. tit. 2. 7. Partita.* Si verò spes succedendi in majoria causaretur ex contractu, seu aliàs quàm ex ultima voluntate, talis spes veniret in confiscatione bonorum, ut *in L. inter socerum, §. fin. ff. de pact. dotal.* Sed pone juxta prædicta, quòd Rex dedit facultatem faciendi majoriam cum hac clausula, quòd non perdatur etiam propter crimen læsæ majestatis, prout vidi in quadam facultate positum; an limitetur talis facultas, & intelligatur ita tamen, quòd tale delictum non committatur proditoriè, nam videtur, quòd sic, per textum *in cap. 1. an ille qui interfec. frat. domin. sui.* & quod notat Bald. *in §. similiter, quib mod. feud amitt.* & quia cùm proditio fit proditoriè, reputatur gravior, juxta notata per Bart. *in L. respiciendum, §. delinquunt, ff. pœn.* & *in Extravag. qui sint rebelles, in gloss. super* parte *rebellis*, & per Joan. Andr. *in cap. 1. de homicid. lib.* 6. per Bald. *in cap. 1. colum. 4. quib. mod. feud. amittat.* & facit illud Evangeli: *qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet*, & facit textus notabilis *in L. servum, C. de delator. lib.* 10. ubi habetur, quòd non licet servo deferre dominum etiam in favorem fisci, quia diceretur facere proditoriè, cùm sit familiaris; per quem textum Angel. ibi *in addit. ad Bart.* infert, quòd licèt bannitus possit occidi à quocumque, non tamen potest occidi per socium suum, eo quia esset proditoriè factum; facit etiam textus notabilis & ibi Joan. de Plat. *in L. 1. C. de conductor. & procur. lib. 11. in final. verbis*: facit illud, quod tradit Joan. Faber. *in §. alia deinde, Institut. de public. judic.* dum tradit illam consuetudinem, quòd servus & familiaris suspenditur pro primo furto, extraneus non.

LEX III.

Rege mortuo filio parvulo sucessore relicto, tutor erit illi, quem Rex defunctus elegerit; qui si de hoc non disposuit, convenire debent Prælati & proceres regni, cæterique civitatum, aut villarum boni & honorati cives, qui juramento prius præstito eligant unum, aut tres, vel quinque ad plus tutores, Deum timentes, Regem amantes, qui sint generosi & naturales regni, regisque vassalli, boni intellectus, bonæ famæ, & qui spem successionis post Regis obitum non habeant: jurabuntque electi, Regis vitam, honorem, commodum, regni individuitatem ac augmentum servare, regnumque in pace & justitia tenere, quousque Rex ætatis sit viginti annorum, seu si filia Regina sit, donec nupserit; quo facto ponendus est Rex in potestate tutorum, & parebitur eis, seu eorum majori parti: si verò Rex puer matrem habeat, ipsa viduitate durante erit de tutoribus principalior. Nolentes sic congregari, aut tutoribus obedire legitima causa cessante, proditores sunt, exilio perpetuo, si honorabiles fuerint, mancipandi; si minoris conditionis, occidendi sunt: quæ omnia serventur Rege in furorem aut dementiam verso: tutores verò malè administrantes pro modo commissi punientur. Hoc dicit.

(1) *E los Ricos omes.* Adde Bald. *in L. fin. in fin. C. de testam. milit.* & an isti dicentur pares curiæ, vide Bald. *de feud. marchiæ. 2. colum.* ubi de istis patriciis regni: & à quo tempore iste Rex minor potest uti jurisdictione, habetur hìc, & vide Abb. *in cap. cum vicesimum, de offic. delegat.* Benedict. *in repetit. cap. Raynutius, de testam. fol. 242. cum sequentib.* & ibi, quòd per proceres regni po-

(5) *Deuenlos tener labrados.* Nota benè, quòd qui habent castra à Rege donata, tenentur suis sumptibus ea reficere & munire, & possunt ad hoc cogi. De aliis castellis, cujus sumptibus reparentur, vide *L. 6. tit. 7. lib. 4. Ordin. Regal.*

manera, en vida, ni en muerte, a omes de fuera (6) de su Señorio, ni a otros de quien podiesse venir guerra, nin daño al Reyno; ante, segund Fuero antiguo de España, si los quisiessen vender, o cambiar, deuenlo primeramente fazer saber al Rey. E queriendo (7) el dar tanto por ellos, en auer, o en cambio, como otro de la tierra diesse, a el los deuen dar. Ca maguer en la carta, o en el priuilegio del donadio, dexesse que gelo daua, para fazer su voluntad dello, como de lo suyo, non se entiende por esso, que aquel cuyo es el heredamiento, deue ende fazer cosa, por que el Rey, ni el Reyno finquen desheredados, nin que reciban daño, nin mal, de aquello que el dio para fazer bien; ante se entiende, que le deuen con ello aguardar, e seruirle con ello (8). Porende el que perdiesse el Castillo, o lo enajenasse a sabiendas, a quien fiziesse daño (9), o guerra al Reyno, o al Rey del, faria traycion conoscida, por que deue perder todo el heredamiento que ouiere, e ser echado de la tierra para siempre jamas, e el Castillo deue tornar al Señorio del Reyno, como de primero. La otra manera de guarda, es de aquellos a quien da el Rey los Castillos, que tengan por el. Ca estos son tenudos, mas que todos los otros, de guardarlos, teniendolos bastescidos de omes, e de armas, e de todas las otras cosas, que les fuere menester, de manera que por su culpa non se puedan perder. Ca si el Pueblo es tenudo por naturaleza de guardar al Rey en ellos, assi como de suso diximos, e los otros a quien los da por heredamiento, porque non venga dellos mal, nin daño a los Reyes de quien los ellos heredaron; quanto mas estos atales, a quien los da el Rey señaladamente, non por otra razon, si non porque gelos guarden, de manera que gelos puedan dar sin embargo ninguno, quando los pidiere. Onde qualquier dellos, que por su culpa perdiere el Castillo (10) que tuuiesse desta manera, fara traycion (11) conoscida, por que deue auer tal pena, co-

(6) *De fuera.* Adde *L. 2. tit. 9. lib. 5. Ordin. Regal.* & facit ad quæstionem, ut alienigena regni non possit succedere in castro regni, etsi ex tenore investituræ ipse vocaretur ad majoriam, in qua est tale castrum, vide *consil.* Signor de Homedeis 166. & facit ad hoc *L. unic. C. non licere habitator. metrocom. lib.* 11. Et hoc ne extranei scrutentur secreta nostri regni, *L. mercatores, C. de commerc. & mercator.* Item, & hoc videtur probare ista lex, cùm dicit, *en ninguna manera*, quod verbum est universale negativum, ut adducit Gloss. *in Clement. ut hi qui divinis, in* verbo *nullo modo, de ætate & qualit.* Gloss. etiam in verbo *nullatenus, in Clement. unic. de sequestrat. poss. & fruct.* In contrarium tamen facit *L. milites prohibentur, in princip. ff. de re militari, L. qui officii, in princip. ff. de contrahend. empt.* per quas leges Joan. de Plat. *in L. unic. C. quibus ad conduction. prædior. fiscal. acced. non licèt*, dicit, quòd forensis per statutum prohibitus emere in loco, potest emere quæ fuerunt suorum antecessorum, & idem dicit *in dict. L. 1. C. non licere habit. metrocom.* & ibidem dicit, quòd potest jure hæreditario succedere ab intestato, & probatur *in dict. L. milites, in fin.* confert etiam quod tradit Alberic. *in L. si quis prioris, C. de secund. nupt.* in quæstione ibi proposita, quæ fuit inter Delphinum Viene, & quendam Guizardum conjunctum seu germanum Aymarii, qui tenuit certas terras & castra à dicto Delphino. Item ista lex videtur loqui de alienatione, quæ fiat facto hominis interveniente, sive in vita, sive in morte, non verò de alienatione, quæ fit mediante lege, ut *in L. cum pater, §. cum inter, ff. de legat. 2. L. pater, §. Julianus Agrippa, ff. de legat. 3.* Bart. *in L. si ita quis, §. ea lege, ff. de verbor. oblig.* prima pars videtur verior, cùm à lege ista ita indistinctè prohibeatur alienatio in alienigenas regni, & quia æc videtur de natura inesse castris, quæ sunt in regno; Prætereunt quæ dixi *in L. 22. suprà tit. 13. ead. Partit.* castella ista lex respicit ipsas res & situm earum, scilicet *L. forma, §.* & sic lex loci, ubi sitæ sunt, inspici debet, *quo loco, L. vero, ff. de censib. L. 1. C. de mulier. in* lex ista loquitur er *in totum, C. de ædific. privat.* Item certas personas respuei successionem subditi, & sic potuit *reditatib. Decurion. per* ab ejus successione, ut *C. de hæcest. nupt. L. 1. C. de nat.* *otum, L. si quis, C. de in-* si alienigena regni habeat chart naturalitatis, non succedat: ad quod benè confert pragm*ica* regni de navibus non vendendis alienigenis, etiam si habeat chartam naturalitatis; & navis æquiparatur castello, *L.* *. in fin. tit.* 24. *2. Partit.*

(7) *E queriendo.* Nota benè hanc legem, quam nescio alibi.

(8) *Con ello.* Vide *L. 22. tit. 13. ead. Partit.*

(9) *Daño.* Adde *L. 3.* & ibi Glossa *in* parte *castra concesserint, ff. ad leg. Jul. majest.* & ibi Angel. sed videtur quòd iste qui alienat in hostes, incurrat pœnam mortis, ut *in L. 1.* ibi, *la quinta, tit. 2. 7. Partit.* sed illa lex loquitur in eo, qui tenet castrum pro Rege, hæc in donatario alienante; & fortè debet intelligi, quando ille in quem alienaret, non esset hostis, nam tunc, cùm esset crimen læsæ majestatis, & in damnum Regis & regni, fortè deberet puniri pœna mortis; hæc tamen lex adversatur, nisi intelligas eam in eo, qui alienat in eum, qui de præsenti non est hostis, sed posset in futurum.

(10) *Por su culpa perdiere el castillo.* Quid si culpa sit levissima? Videtur quòd adhuc teneatur, quia requiritur in eo exactissima custodia, sicut in præposito vigilum, *L. 3. §. sciendum, ff. de offic. Præfect. vigil.* vide Gloss. & Bald. *in L. ex Divi, C. de locato*: adde *L. qui mercedem*, & ibi Paul. de Castr. *ff. locati*, & ibi Glossa: non tamen videtur quòd pro levissima culpa puniatur pœna mortis, ut *in L. milites, & in L. fin. ff. de custod. reorum, L. 12. tit. 29. 7. Part.* quæ licèt loquantur in custode carceris, idem dicendum in custode castri, cùm æquiparentur, ut notat Bald. *in L. ad commentariensem*, & ibi additionator, *C. de custod. reorum*: & expressè in custode castri, quòd pro levissima culpa non puniatur ita severè, tenet Oldral. *consil.* 92. quem vide. Sed quid si perdat castrum per violentiam inimicorum? Videtur quòd tunc non teneatur, cùm sit casus fortuitus, *L. in rebus, in princ. ff. commodat.* & probatur *in L. milites*, vers. *si verò fortuito, ff. de custod. reor.* Alberic. *in L. fin. eod. tit.* dicit, quòd si violentiam præcessit culpa, ut quia non habebat ibi custodes sufficientes, vel arma, vel victualia sufficientia, & tunc tenetur, argumento *L. si merces, §. culpæ, ff. locat. & ff. commod. L. si ut certo. §. 1.* maximè si culpa fuit præordinata ad casum, argum. *L. fin. ff. ad leg. Rhod. de jact.* & semper præsumitur culpa, nisi contrarium probetur, ut notatur *in dict. L. fin.* & *in L. si quis ex argentariis, §. fin. ff. de edendo*; si verò culpa non præcessit, videtur quòd non teneatur per jura prædicta, nisi custos ex pacto tacito vel expresso se astrinxisset ad defendendum castrum etiam in casu violentiæ: vide ibi latiùs per eum, & adde infra *eod. L. 9. 10. 11. & 12. cum sequent.*

(11) *Fara traycion.* Qui deserit custodiam castri, dicitur proditor, Bald. *in L. ex Divi, C. de locato*, allegat Gloss. *in L. si quis à barbaris, C. de re militari, lib. 12.*

como si matasse a su Señor (12). E esta misma pena deuen auer todos aquellos , que fuessen ayudadores , e consejadores dellos.

LEY II.

Como deuen ser dados , e recebidos los Castillos , e en que manera.

Ley 1. tit. 5. lib. 6. Recop.

LEaltad , es cosa que endereça los omes en todos sus fechos , porque fagan siempre todo lo mejor. E porende los Españoles (1), que todavia vsaron della mas que otros omes , veyendo el grand peligro , que podria acaescer a sus Señores, e a ellos mismos , si las Fortalezas del Reyno se perdiessen , pusieron quatro cosas , por que fuessen mejor guardadas. La primera , de como recibiessen los Castillos , e por quien. La segunda , de como los guardassen. La tercera , de como los defendiessen , e los acorriessen, quando menester fuesse. La quarta , de como gelos diessen , quando los pidiessen , o gelos ouiessen a dar por derecho. E en el recebir , que es la primera , deuen guardar , que los Castillos que fueren del Rey , que los reciban ante el (2), seyendo y aquel que ha de dar el Castillo , e el otro que lo ha de recebir. E otrosi deuen ser recebidos por su mandado, e señaladamente (3) por su Portero; e el Portero ha de ser natural del Rey, e conoscido por nome (4) , e por la tierra onde es natural. E que el mismo gelo de por su mano , que faga entrega de aquel Castillo que le manda dar , al que le ha de recebir. E sobre todo esto deuenle poner plazo , a que lo resciba, segund el Rey entendiere que sea guisado ; assi que aquel que le ha de recebir, se pueda guisar , para venirlo a tomar, e el que lo tiene , non faga grand costa , esperandole : ca de aquel plazo en adelante , el recebidor es tenudo de pagar las costas al otro que lo tiene , si non quisiere venir a rescebirlo ; pero ante deue ser entregado (5) del Castillo, que las pague : e estas costas deuen ser pagadas por aluedrio del Rey , o por asmamiento de omes buenos (6) , en quien se auengan ambas las Partes. E avn quando el Portero llegare al Castillo , por su mano lo ha de recebir , aquel que lo ha de tener , entregandolo delante testigos , e conosciendo el que lo recibe , y ante ellos , que es pagado de la entrega , que el Portero le ouo de fazer por mandado del Rey , de aquel Castillo. E esto fizieron los Antiguos, guardando honrra de su Señor , e lealtad de si mismos , porque ninguno , por carta falsa (7) que fiziessen , non le diessen el Castillo ; nin otrosi , maguer dixes-

(12) *A su señor.* Vide *L.* 6. *tit.* 13. *suprà ead. Partit.* & tenebuntur isti ad interesse dominò castri , ut *in L. Divus , ff. de offic. Præsid.* Alberic. quem vide *in L.* 3. *ff. de offic. Præfect. vigil.*

LEX II.

Cùm Rex alicui castrum committit custodiendùm, debet ei certus terminus præfigi , infra quem se præparet ad recipiendum , post quem si non venerit recepturus, expensas ob moram factas tenetur dependere retinenti , taxandas Regis arbitrio, aut duorum à partibus eligendorum: non tamen propter istas expensas castrum potest retineri , sed statim debet tradi , & ad tradendum Rex debet mittere Jannitorem suum certum , & cognitum , qui coram testibus illud tradat manu sua , coram quibus recipiens fateatur se de castri traditione contentum : & mandatum Regis de castro recipiendo fiat per Regis oraculum in præsentia tenentis, & recepturi, non per nuntium , vel literas. Hoc dicit.

(1) *Los Españoles.* Laus Hispanorum de legalitate : & adde quòd Hispani semper habuerunt magnam devotionem ad limina Apostolorum Petri , & Pauli , secundum Oldra. *consil.* 62. *colum. fin.* isti de manu infidelium acquisierunt terram , secundum eundem *consil.* 69. *colum.* 2. & habetur *in L.* 16. *suprà tit.* 9. *hujus Partit.* Et alibi , *consil.* scilicet , 84. de eis dicit Oldral. quòd consueverunt esse curiosi in habendis libris ; in his hodiè floret fidei catholicæ religio , contra omnes hæreses , & præsertim in Alemaniæ , & Angeliæ partibus diaboli astutia seminatas ; his temporibus vocant ad fidem Christi incognitas usquè ad hæc sæcula gentes in occeani sinus atque recessus , ut meritò de Hispania dici possit illud Isaiæ vaticinium: *Ecce gentem, quam nesciebas , vocabis ; & gentes, quæ te non cognoverunt , ad te current , propter Dominum Deum tuum , & sanctum Israel , quia glorificavit te* , Isaiæ *cap.* 55. *v.* 5. Hi semper fuerunt sapientes in bello , & rebus militaribus experti , ut habetur *in L.* 9. *tit.* 19. *infrà , ista Partit.* hodiè etiam testantibus alienigenis virtus belli apud Hispanos.

(2) *Que los reciban ante el.* Verbali confessione Regis.

(3) *E señaladamente.* Vide *L.* 19. *infrà eod.*

(4) *Conoscido por nome.* Nota , ignotum non admitti, ut aliàs notat Gloss. *in authent. de testam.* §. *si vero ignoti*, facit *cap. canonica* , 3. *quæst.* 5. *L. quod si nolit*, §. *qui mancipia, ff. de ædilit. edict.* & ignota persona non est eligenda , *cap. bonæ* , el 2. & ibi Abbas , 12. *notab. de postul. Prælat.* neque collatio beneficii debet fieri ignoto , *cap. in Lateranensi*, ubi notat Abb. *de præbend.* & nota hìc , quòd dicitur cognitus , qui cognoscitur nomine & patria.

(5) *Pero ante deue ser entregado.* Sed quare non habet hìc locum retentio propter expensas factas in custodia rei , sicut & aliàs locum habet , ut *in L. in rebus* , §. *possunt , ff. commod.* & *in L. fin. tit.* 2. 5. *Part.* & notant Gloss. & Doct. *in L. si non sortem* , §. *si centum, ff. de condit. indebit.* potest dici , quòd hìc non fiunt expensæ in re ipsa , sed in custodia rei , unde non habeat locum retentio , ut *in L. fin. C. de commod.* & bonus textus *in L. fin. tit.* 3. 5. *Partit.* vide in materia Bart. *in dict.* §. *si centum* , & Doct. *in dict. L. fin.* potest etiam dici , quòd hoc sit favore custodiæ castellorum regni , ut custodiantur ab eo , à quo Rex vult custodiri, & non ab alio , etsi prætendat retentionem pro expensis factis in castro ; de fructibus tamen seu reditibus castri benè posset deducere , ut est de mente Bald. *in L.* 1. *colum.* 2. *C. de fructib. & litium expens.*

(6) *De omes buenos.* Nota practicam , qualiter taxentur expensæ factæ in aliqua re , vel ejus custodia , ut fiat per arbitros electos à partibus , & dicitur hìc *asmamiento* , id est arbitramentum , vide *in L. societatem* , §. *arbitrorum , ff. pro socio.*

(7) *Por carta falsa.* Nota casum ubi non datur fides instrumento , etiamsi sit carta regia , & est speciale propter periculum perditionis castri , & vide Bald. *in cap. significavit , de appell.* ubi dicit : nota pro his , qui habent rochas in custodia , quia debent recipere signa eis deputata , & si crederent litteris generalibus domini , non excusarentur , imò punirentur.

xesse que era Portero, non le entregassen por el, si non por el otro conoscido, que el Rey le ouiesse dado por su mano, assi como sobredicho es.

LEY III.

Por que razones touieron por bien los Antiguos, que las entregas de los Castillos fuessen fechas por mano de Portero: e que deuen auer, los que non fueren a recebirlos al plazo que les posiessen.

QUisieron los Antiguos, e touieron por bien, que la entrega de los Castillos fuesse fecha por mano de los Porteros, e non por otro Oficial; porque ellos estan a la puerta del Rey, e conoscen mas los omes que entran, e salen, e los otros del Reyno, a quien van muchas vezes con cartas, e con mandaderias; e son ellos otrosi mas conocidos de las gentes; e porque ellos son tenudos de fazer entregar, e emendar los tuertos que reciben: por esso touieron por bien, que las entregas de los Castillos fuessen fechas otrosi por ellos. E porque los recibidores no fuessen perezosos en rescebir los Castillos, despues que Porteros les ouiessen dado para ello, assi como sobredicho es, touieron por derecho, que si al plazo que les pusiessen, non los fuessen a recebir, non mostrando escusa derecha, por que non lo podiessen fazer, que si el Castillo perdiesse despues del plazo, aquel que lo tenia, por non lo tener bastecido de omes, e de armas, e de vianda, estando a fiuzia que el otro gelo vernia a recebir al dia que con el pusieron, que la culpa fuesse del otro (1) que le deuiera recebir, e lo podiera fazer, e non quiso, ni se embio escusar: e porende deue auer tal pena, como aquel que faze perder Castillo de su Señor. Mas si el se embiasse a escusar, mostrando razones (2) derechas, por que non podia venir a rescebir el Castillo, al plazo que le auian puesto, e el otro que lo tuuiesse, lo desamparasse, o non lo touiesse bastecido, de guisa que lo ouiesse a perder, estonce seria el culpado, e deue auer tal pena porende, como quien pierde Castillo de su Señor. E deue auer mayor pena que el otro, por dos razones. La vna, porque teniendo el Castillo, lo perdio. E la otra, porque auenturo su lealtad en fiuza de otri, que non era su Señor. E como quier que estos yerros ambos sobredichos, son de traycion, con todo esso non son las penas eguales, porque mayor culpa es (3), aquel que lo perdio, teniendolo, que el otro que lo non tenia, e lo fizo perder. E por esso, los que han a dar los Castillos, non los deuen desamparar, ni menguar ninguna cosa del bastescimiento dellos, maguer non los vengan a recebir al plazo que les fue puesto, ni se embien escusar (4) aquellos que lo auian a tomar; fueras ende, si fueren Castillos aplazados, assi como dize adelante, en las leyes que fablan dellos.

LEY IIII.

Como, e quantas maneras son de Castillos, que se pueden recebir sin Portero, e por quales razones.

CAstillos, e Fortalezas y ha, que se pueden rescebir sin Portero, segund el Fuero de España. E estos son en quatro maneras. La primera es, quando el Rey

Leyes del tit. 5. lib. 6. Recop.

LEX III.

In termino assignato, & janitore ad castrum tradendum deputato, si recepturus non veniat, neque justam excusationem tenenti, quare non venit, mittat, tenetur de castri perditione, si contingat, ea pœna puniendus, qua faciens perdi castellum domini sui: sed si justam excusationem misit, si alter tenens illud dimiserit, aut minus benè munitum perdiderit, tenebitur tanquam perdens domini castrum: & licèt uterque sit proditor, major tamen est pœna perdentis domini castrum, quam in receptione moram adhibentis. Hoc dicit.

(1) *Del otro.* Tenetur namque de casu & periculo castri, ex quo culpa præcessit casum, *L. si ut certo*, §. 1. *ff. commod. L. si merces*, §. *culpæ*, *ff. locat.* & tenet in terminis Oldral. *dict. consil.* 92. & est textus hìc.

(2) *Razones.* Non ergò sufficeret quòd solo suo dicto allegaret impedimentum, nisi & probationes de hoc mitteret, ut sibi credatur; neque etiam si jurasset se impeditum, teneretur ei credere, cùm hìc tractetur de gravi præjudicio illius, qui tenebat castrum, quo casu impedimentum non probatur per juramentum, ut notat Bald. *in L.* 1. *C. de dilation.* Abbas *in cap. ex litteris*, *colum. fin. de in integr. restitut.* si tamen impedimentum esset notorium, sufficeret sola allegatio, & speciale est in officiali, ut solo ejus dicto credatur, cùm asserit se impeditum, ut dicit glossa notabilis *in cap. pastoralis*, *in princ. super* parte *exonerare*, *de offic. delegat.* & Alex. *consil.* 34. 4. *volum.*

(3) *Por que mayor culpa es.* Nota ex ista lege, quòd licèt præses vel alius officialis, qui mittitur ad regendum provinciam, sit negligens in veniendo, non per hoc excusaretur præses, qui est in officio actualiter, si sit negligens in officio, & ex hoc aliqua damna succedant in provincia sibi commissa; imò durius punitur, quia sicut & castellanus non potest deserere custodiam castri, sic neque ipse provinciæ sibi commissæ, ut *in L. meminisse*, *ff. de offic. Proconsul.*

(4) *Ni se embien escusar.* Videtur contrariari his, quæ suprà *ead. L.* dixit: potest dici, ut primum dictum intelligatur, quòd excusetur, si non fecit tot provisiones in tempore, quòd sufficerent ad tuitionem castri, confisus de adventu alterius; & istud ultimum procedat, quòd etsi videat alium non venire, neque misisse nuntium cum excusatione, adhuc non deserat custodiam castri, neque aliquid diminuat de ejus victualibus, & custodibus juxta possibilitatem suam; & quòd sit mens, quòd licet relevetur in primo dicto à pœna perditionis castri, tamen non ex hoc debet negligere custodiam castri, quantum ei sit possibile, aliàs teneretur.

LEX IIII.

Cùm datur Regi in bello castrum inimicorum, potest Rex propter celeritatem mandare alicui, quòd illud sine ja-

Rey fuesse en conquista, o en hueste, e le diessen algund Castillo tan a so ora, que non pudiesse auer Portero señalado, que le diesse luego, para recebirlo. Ca estonce, a qualquier que lo el Rey mandasse recebir, puedelo fazer sin Portero, por razon del tiempo apressurado (1). Pero tal Castillo como este assi lo deue guardar el que lo tuuiere, como si lo ouiere el Portero entregado del. E si lo perdiesse por su culpa, essa misma pena deue auer. Mas despues (2) que por si lo aya recebido, deue luego que el Rey veniere, dezirle, que lo mande tomar: e si el Rey quisiesse que lo tenga dende adelante; deuele dar su Portero, que le entregue del. La segunda manera es, quando alguno dixesse al Rey, quel non tomaria Castillo mal labrado, o otro lugar tan flaco, que non se atreuia guardar, temiendose de caer en peligro de traycion, si se perdiesse: ca tal como este non deue ser entregado por mano de Portero, pues el mismo conosce el peligro, en que podria caer, si lo tuuiesse. Ca mucho es cosa (3) que deuen los Reyes guardar, de non dar carrera a sus vassallos, porque cayan en yerros. Onde qualquier que mostrasse al Rey verdaderamente, el peligro que podria acaescer por la flaqueza del Castillo, assi como sobredicho es, si el Rey gelo mandasse despues tomar por Portero, contra su voluntad e por fuerça, maguer lo perdiesse (4), non caeria porende en pena de traycion, porque dixera la verdad, e non gela quisieron creer, e gelo fizieron tomar, como en razon de premia. Mas si el pusiesse ante si tal razon como esta mentirosamente, seyendo el lugar atal que pudiesse amparar (5), estonce, si lo perdiesse, caeria en pena de traycion. La tercera manera es, de los Castillos que el Rey tuuiesse empeños, o por entregas (6) de malfetrias que algunos ouiessen fechas, que fuessen tenudos de emendar. E como quier que estos atales se pueden recebir sin Portero, si el Rey quisiere, porque non son suyos quitamente (7), con todo esso, los que los tuuieren assi, son tenudos de los guardar, como si Porteros gelos ouiessen entregado. E atales Castillos como estos han de ser muy guardados, porque muy ayna podria ser, que aquellos de que el Rey los ouiesse auido, se trabajarian de los cobrar. Onde quien los perdiesse por su culpa, pudiendolos guardar, cae en pena de traycion. La quarta manera de Castillos, que se han de recebir por mandado del Rey, es de aquellos que el Rey da a algunos por heredad (8), en que le han de acoger, e de apoderar en tiempos señalados (9), por reconoscimiento de Señorio, segund el Fuero antiguo de España. E tales como estos puede el Rey mandar recebir sin Portero, si quisiere, o por el. E tal apoderamiento como este llaman en algunas tierras Potestad. E ha de ser fecho desta guisa: que aquel que touiere el Castillo, deue sacar del toda su compaña; e rescebir en la Fortaleza los omes del Rey, e poner y la su señal, en la mas alta torre

janitore recipiat, qui tenebitur ad custodiam, ac si cum janitore recepisset: necessitate cessante, petat à Rege castrum sibi accipi, & si Rex velit quòd adhuc ipsum teneat, tunc traditio fiat cum janitore. Item si castellum revera ob fragilitatem ejus, vel ruinam defendi non potest, & hoc dixerit ille, cui jubetur ut recipiat, & Rex adhuc mandet recipi, non erit proditor, si amittatur, nisi recepturus falsò hoc dixisset, quia tunc non excusabitur. Item castellum pignori Regi datum, vel ab eo ob maleficiorum resartionem occupatum, tradi potest sine janitore, & recipiens ob ejus amissionem culpa sua contingentem, proditor erit. Item sine janitore possunt recipi castra, quæ Rex aliquibus dedit titulo donationis, quando in eis debet recipi in recognitionem dominii, & fiet tunc talis traditio & receptio castri modo hìc expresso, & donatarius, qui Regem non admiserit, proditor est, & si capi poterit, occidendus, si Rex velit, & si non, exhæredari debet de tali castro in perpetuum, cui si Rex gratiam facere velit, in non auferendo sibi castrum, solvet saltem expensas à Rege super hoc factas; & processus contra talem non recipientem Regem in castro donato, tam ad ejus punitionem, quàm ad castri occupationem, fiet servatis his, quæ hìc dicuntur. Hoc dicit.

(1) *Apressurado.* Necessitas facit probabile, quod aliàs non esset, *L. qui potuerunt*, *ff. de manumis. testam. L. generaliter*, *§. spurios*, *ff. de Decurion. L.* 1. & ibi Glossa, *ff. de ofic. consul.*

(2) *Mas despues.* Nota, quòd illud, quod fit propter necessitatem, eatenus permittitur, quatenus necessitas durat, *L. sed & si susceperit*, *ff. de judic.* Paul. *in L. cum hæreditas*, la 2. *ff. ad Trebell.* & adde *cap. quod pro remedio*, 1. *quæst.* 7. & Bart. *in L.* 1. *§. nuntiatio*, *ff. de novi oper. nuntiat.*

(3) *Ca mucho es cosa.* Nota hoc, & adde *L.* 20. *infrà*, *eod.*

(4) *Lo perdiesse.* Non valens locum ita immunitum, & fragilem conservare.

(5) *Que se pudiesse amparar.* Et culpa custodis non fuit defensum, quia fortè non habebat ibi tot homines, arma, & victualia, qualia erant necessaria, & erat conventum.

(6) *Empeños, o por entregas.* Nota duos casus, in quibus castella privatorum ponuntur ad manus Regis: adde alium, scilicet, quando esset timor scandali, orta contentione inter aliquos prætendentes castrum ad se pertinere, ne veniant ad arma, *L. æquissimum*, *ff. de usufruct.* notat Archid. *in cap. quia res*, 11. *quæst.* 1. Abb. *in cap.* 2. *de sequest. posses. & fruct.* Bart. *in L. sed si ususfructus*, *§. si inter duos*, *ff. de usufruct.* Angel. *in dict. L. æquissimum*, unde sequestratur tali casu de mandato Regis castellum: & adde, quod dicit Angel. *in L. Antiochensium*, *ff. de privileg. creditor.*

(7) *Quitamente.* Ideo hoc dicit, quia multa jura habet in eis, licèt non omnia, ut habetur *in L.* 22. & 23. & 24. *tit.* 13. *suprà*, *ead. Partit.*

(8) *Por heredad.* Quid de aliis, vide *L.* 23. *suprà*, *ead Partit. tit.* 13.

(9) *En tiempos señalados.* Scilicet in donatione castri: quid tamen si hoc non esset declaratum? Dic, quòd erit ad arbitrium Regis casus, & tempus in quo ingredi voluerit, ut *in L.* 22. & 23. *tit.* 13. *suprà*, *ead. Partit.* vel dic, quòd intelligetur juxta consuetudinem, *L. circa*, *C. de locato.*

re que y ouiere. E el Pregonero del Rey ha de pregonar (10) manifiestamente, como aquel lugar es Real, e deuen y estar los omes del Rey, tantos dias quantos fueren puestos en el partimiento, que fue fecho, quando el Castillo fue dado, despendiendo de lo que fallaren en el, non a fazer mal, mas gouernandose. E si non fallassen y lo que les fuere menester, hanles los Señores del Castillo a pagar la despensa que y fizieren. Onde, qualquier que desta guisa non quisiesse dar poder al Rey en el Castillo, que desta manera ouiere rescebido, faze traycion, porque deshereda su Señor que heredo a el, alçandose con lo que pertenesce a su Señorio. E porende, si el Rey lo podiesse prender en el, puedelo matar, si quisiere, por derecho; e si non, deue ser deseredado de aquel lugar para siempre, fueras ende, si el Rey le quisiere fazer tan grand merced, que gelo non quisiesse tomar; esto mas por merced, que por derecho. Pero en ante le deue dar (11) el otro todas las missiones, e las costas, que ouiesse fechas sobre esta razon. Ca non touieron por derecho los Antiguos, que por la rebeldia que desta guissa fiziesse, maguer el Rey le quisiesse fazer merced (12), que todo fuesse quito, que non ouiesse pena alguna. Pero ante que el Rey le tomasse el Castillo, nin passare contra el en ninguna de las maneras sobredichas, deuele afrontar en tres maneras. La primera, ha de embiarle su Mandadero, o su carta, con consejo de su Corte, quel venga a fazer emienda. La segunda, si viniere el mismo, deuegelo demandar por su Corte (13). La tercera, si por todo esso non quisiesse venir, deuelo fazer reptar nueue dias, e tres dias, e vn dia. E si a todos estos plazos non veniere, deuele dar la pena sobredicha. Mas si por auentura veniesse ante que el plazo del riepto passasse, e pidiesse merced al Rey, que le diesse plazo en que se pudiesse aconsejar, para fazerle emienda, deuegelo dar de treynta dias; tomando del primeramente fiadores, e omenaje, o otro recabdo, el mayor que podiere, que non bastezca el Castillo, ni faga otra cosa, por que se le amparasse mejor. Pero si el Rey entendiesse, que el plazo demandaua engañosamente, o despues que gelo ouiesse otorgado (14), fiziesse alguna cosa, que fuesse contra lo que ouiesse prometido, dende en adelante, non ha el Rey, por que atenderlo mas, ni dexar de fazer contra el, assi como dicho es.

LEY V.

Por quales razones pueden los que han de rescebir los Castillos, dar otros que los resciban por ellos.

VSaron quatro cosas los Antiguos de España, que touieron que era razon, que por qualquier dellas pueden los que han de recebir los Castillos, dar otros que los reciban por ellos. La primera es, quando el Rey quisiere dar Castillo a alguno, que non ouiesse edad complida (1), e fuesse de buen lugar por merescimiento de su padre, o de su linaje, o por merced que quisiesse fazer a el mismo. La segunda es, quando aquel que le ouiesse de rescebir, fuesse enfermo, de manera que non le podiesse yr a tomar. La tercera, si fuesse enemistado, de guisa que non lo pudiesse yr a rescebir sin peligro de muerte. La quarta, quando fuesse acusado, o reptado sobre tal cosa, que el

(10) *Ha de pregonar.* Bona practica & cautela, ut negari non possit, hæc castra fuisse donata à Rege, & esse regalia, & esset hoc probatio, quando negaretur: deberet hodiè servari, & non credo quòd servetur, & malè.

(11) *Deue dar.* Nota ex hac lege quòd licet Princeps remittat pœnam per suam indulgentiam, non per hoc videtur remittere actionem, quam habet ad repetendum sumptus, quos fecit occasione rebellionis, vel inobedientiæ; quantumcunque enim quis remittat injuriam, non videtur remittere damna, interesse, & expensas, nisi dicatur, ut dicit Bald. post Dyn. *in L. si tibi decem*, 1. §. *ff. de pact.* & sequitur Jason. *in L.* 1. *colum.* 3. *eod. tit.* & adde *L. defuncto*, §. 1. & ibi Joan. de Imola notat, *ff. de public. judic.* & vide *L.* 3. *tit.* 11. *lib.* 1. *Ordin Regal.*

(12) *Le quisiesse hazer merced.* Et si Rex vellet etiam expensas remittere, debet hoc dici in instrumento indulgentiæ, & derogando huic legi, saltem per clausulam generalem, *non obstantibus*, ut notatur *in L. fin. C. si contra jus, vel utilit. public.*

(13) *Corte.* Id est, regio consilio.

(14) *Otorgado.* Quod ergo dicitur, quòd pendente dilatione officium judicis conquiescit, procedit nisi pars cui data fuit, aliquid innovet in damnum litis, & sic limitatur *L. sive pars, C. de dilation.*

LEX V.

Propter defectum ætatis, & propter infirmitatem, aut inimicorum timorem, seu propter talem accusationem, vel reptum, qua personaliter teneretur quis comparere, potest per procuratorem castellum recipere; tenebitur tamen constituens procuratorem non idoneum de perditione castri, incurretque in pœnam proditionis. Hoc dicit.

(1) *Complida.* Collige ex hac lege, quòd castellanus debet esse ætatis 25. annorum, nam aliàs non esset perfectæ ætatis, ut *in L. fin. C. de his qui veniam ætat. impetrat.* videtur tamen, quòd hodie per leges Ordinamentorum, & Pragmaticarum sufficiant decem & octo anni completi, juxta ea quæ habentur *in L.* 13. *tit.* 2. *lib.* 7. *Ordin. Regal.* & *in Pragmaticis*, *fol.* 168. licèt illæ non bene clarè, neque generaliter, sed in certo speciali casu loquantur, sed credo hoc de consuetudine servari; & vide in materia bonam glossam de multis ætatibus secundum diversos respectus, *de pace juramen. firm. in princip.* Secundo colligè, quòd est justa causa dispensandi, ut minor annis provideatur de aliquo officio, & interim serviat per substitutum: merita paterna, vel generis, & specialis prærogativa meritorum est sufficiens ad dispensandum, licèt non exigat ecclesiæ necessitas, vel evidens utilitas, *cap. innotuit*, ubi notat Abb. *de election.*

el por si mismo (2) se ouiesse de defender en juyzio. Ca por qualquier destas razones, el que ouiere de rescebir Castillo, puede embiar a otro que lo resciba por el. Pero este que lo ouiere de rescebir, deue catar, que embie atal ome en su lugar, que pueda, e sepa fazer en guarda del Castillo, todas aquellas cosas que el era tenudo de fazer, e de guardar. Ca si tal ome (3) non embiasse, e el Castillo se perdiesse (4), caeria el porende en pena de traycion.

LEY VI.

Quales deuen ser los Alcaydes de los Castillos, e que es lo que deuen fazer por sus cuerpos en guarda dellos.

TEner Castillo de Señor, segund Fuero antiguo de España, es cosa en que yaze muy grand peligro. Ca pues ha de caer el que lo tuuiere, si le perdiere por su culpa, en traycion, que es puesta como egual de la muerte del Señor, mucho deuen todos los que los tuuieren, ser apercebidos en guardarlos, de manera que non cayan en ella. E porende, pues que en las leyes ante desta auemos dicho, de como los deuen recebir, e por quien, queremos y mas dezir, de como los deuen guardar, e en que manera. E para esta guarda ser fecha cumplidamente, deuen y ser catadas cinco cosas. La primera, que sean los Alcaydes tales como conuiene para guarda del Castillo. La segunda, que fagan ellos mismos lo que deuen en guarda dellos. La tercera, que tenga y de omes cumplimiento. La quarta, de vianda. La quinta, de armas. E cada vna destas queremos mostrar como se deue fazer. E porende dezimos, que todo Alcayde que tuuiere Castillo de Señor, deue ser de buen linaje (1) de padre, e de madre. Ca si lo fuere, siempre aura verguença (2) de fazer del Castillo cosa que le este mal, ni por que el sea denostado, ni los que del descendieren. Otrosi deue ser leal, porque todavia sepa guardar, que el Rey, ni el Reyno non sean desheredados del Castillo, que tuuiere. E aun ha menester de ser esforçado (3), que non dubde de se parar a los peligros, que al Castillo auinieren. E sabidor (4) conuiene que sea, porque sepa fazer, e guisar las cosas, que conuenieren a guarda, e a defendimiento del Castillo. Otrosi non deue ser mucho escaso (5), porque ayan sabor los omes de fincar de mejor miente con el. Ca assi como seria mal, de ser muy desgastador de las cosas que fueren menester para guarda del Castillo, otrosi lo seria, de non saber partir con los omes lo que tuuiesse, quando menester les fuere. E non deue ser muy pobre, porque non aya cobdicia de querer enriquescer de aquello, que le dieren para la tenencia del Castillo. E demas de todo esto, deue ser muy acucioso en guardar bien el Castillo que tuuiere, e non se partir del en el tiempo del peligro. E si acaesciesse que gelo cercassen, o gelo combatiessen, deuelo amparar fas-

(2) *Que el por si mismo.* Vide *L. penult.* §. *ad crimen*, *ff. de public. judic.*

(3) *Ca si tal ome.* Mala electio est in culpa, *L. videamus*, *in princ. ff. locat. L. si servus servum*, §. *Proculus*, *ff. ad leg. Aquil.* & sufficeret, mittere talem, qui reputatus est idoneus, & in tali reputatione habebatur, *L. argentum*, *ff. commodati*, *L. si à bonæ fidei*, *ff. de rei vendic.* & in terminis vide Joan. Andr. *in addition. ad Specul. tit. de locat. in rubric. ad fin. additionis*, quòd excusatur custos castri, qui hominem commendatum misit ad custodiam, licèt postea mutatis moribus ejus culpa castrum perdatur, vide ibi: & ibidem, quòd audivit in curia Romana pronuntiatum fuisse, excusari custodem castri, si nobilem dimisit in custodia, vide *L. 7. infrà*, *eod.*

(4) *Se perdiesse.* Culpa substituti, quæ semper præsumitur, nisi probetur contrarium, secundum Oldr. *consil.* 92. tu vide, quæ notat Bart. *in L. si quis ex argentariis*, §. *an vero*, *ff. de edend.*

LEX VI.

Tenens castrum domini debet esse nobilis ex utroque parente, fidelis, magnanimus, boni intellectus, tenens medium inter parcitatem & largitatem, qui hominibus & armis teneat castrum benè munitum, neque illud tradat, neque tradi mandet inimicis, sed defendat usque ad mortem; à quo non debet retrahi pretextu torturæ, vulnerum, vel mortis uxoris, aut filiorum, vel quorumcunque aliorum amicorum, neque etsi ipse torqueatur, vel percutiatur etiam lethaliter: neque propter quascunque minas, quæ sibi fiant, neque ob præmia pollicita castellum tradat, aliàs in proditionem incurret. Hoc dicit.

(1) *De buen linaje.* Nota, quòd castellanus debet esse nobilis ex utroque parente; hæc tamen lex solùm dicit, quòd sit de bono genere ex utroque parente, sed intelligitur de nobili genere, ut patet *in L. infrà*, *proxima*, ibi, *que sea fidalgo derechamente*, *&c.* Et licèt loquatur in substituto ad tempus, à fortiori debet esse in principali, & facit ad hoc *L. 20. in fin. infrà*, *eod.* præsumitur namque pro nobilibus in his, quæ spectant ad nobilitatem, Gloss. *in cap. illud*, 40. *dist.* & prævalet electio nobilis, Gloss. *in cap. si testes*, 4. *quæst.* 3. vide *L. si furiosi*, & ibi Bald. *C. de nupt.* adde alium casum, ubi requiritur nobilitas ex utroque parente, *in L. 25. tit. 22. infrà*, *ead. Partit.*

(2) *Verguenza.* Stimulat enim nobiles verecundia plusquam ignobiles, ut adducit Bart. *in L. ut vim*, *ff. de just. & jur.* & pudor plerumque corrector est nostri, ut ait Ambros. super *Psalm.* 118. *serm.* 10. *v.* 6. & ex nobilitate augetur magis animus nobilium, Bald. *in L. filia legatorum*, *C. de legat.*

(3) *De ser esforzado.* Tanti faciens virtutem, ut hujus gratia vitam (alioquin caram) negligat, ut Cato senior ajebat.

(4) *E sabidor.* Nam custos, qui magnis rebus adhibetur, debet esse prudens, nobilis, & fidelis, *L. 1. C. de conditis in public. horreis*, *lib.* 10. Bald. *in L. ex Divi*, *C. de locato.*

(5) *Mucho escasso.* Damnatur nimia tenacitas, & adde *cap. Archidiaconum Florentinum*, 85. *dist.*

fasta la muerte (6). E por tormentar, o ferir, o matar la muger, o los fijos, o otros omes qualesquier que amasse, ni por ser el preso, ni atormentado, o ferido de muerte, o amenazado de matar, ni por otra razon que ser pudiesse, de mal, o de bien que le fiziessen, o le prometiessen de fazer, non deue dar el Castillo, ni mandar que le diessen. Ca si lo fiziesse, caeria porende en pena de traycion (7), como quien trae Castillo de su Señor.

LEY VII.

Qual deue ser el Alcayde que finca en el Castillo por mano del Mayor, quando el va a alguna parte; e que es lo que deue fazer el, e los otros que y fincan.

Escusar non puede el Alcayde, que non vaya algunas vegadas, del Castillo que tiene a otra parte, por cosas que le acaescan; pero esto non deue fazer en tiempo (1) que entendiere, que el Castillo se podria perder. Mas quando desta guisa que dicha es, ouiesse de yr, deue segund Fuero de España, dexar a otro en su lugar (2) por Alcayde, que sea fijodalgo derechamente, de parte de padre, e de madre, e que non aya fecho traycion, ni aleue, nin venga de linaje (3) que lo aya fecho. E que sea ome con que aya debdo de parentesco, o de grand amor (4), de manera que aya grand razon de fiar el Castillo en el, assi como en si mismo. E a tal como este puede dexar en su lugar, e dar las llaues del Castillo, e fazer que le fagan omenaje quantos y fueren, assi como a el mismo lo auian fecho, para guardar el Castillo bien e lealmente en todas cosas, fasta que el venga. E deue otrosi mandar a aquel que dexare en su lugar, que si acaesciesse, que el muriesse por qual manera quier, o fuesse preso, que el entregara el Castillo al Señor, cada que el mandasse, assi como el era tenudo de lo fazer; otrosi, que cumpla todas las otras cosas en tenencia, e en guarda del Castillo, assi como las deuia el complir. E de todas estas cosas deue tomar omenaje del, que las faga, e las guarde so pena de traycion. E si por auentura acaesciesse, que tal Alcayde como esse viere prender, o ferir al otro que le dexo en su lugar, con todo esso non deue dar el Castillo a los enemigos, maguer el gelo mandasse, ni aun a el mismo (5), mientra fuesse en poder dellos. Ca si lo fiziesse, faria atal traycion, como vendedor de Castillo de su Señor, e deue auer

(6) *Fasta la muerte.* Nota benè, quia cùm castellanus ex debito homagii & fidelitatis teneatur ad custodiam castri, potiùs debet omnia mala pati, quàm malo consentire, *cap. ita ne*, 32. *quæst.* 5. & *cap. Lotharius*, 31. *quæst.* 2.

(7) *En pena de traycion.* Non ergò mitigabitur pœna propter timorem mortis, licèt aliàs in faciente aliquod atrox delictum mitigetur pœna, si fecit ob timorem mortis, ut *in L. servos*, & ibi notat Bald. *C. ad leg. Jul. de vi public.* est enim mors maximum terribilium, secundum Philosop. 3. *Ethicorum*, & dicebat Abb. *in cap. sacris*, *de his quæ vi metusve caus. fiunt*, quòd si servus jussus à domino sub comminatione mortis, ut occidat uxorem, quam habebat suspectam de adulterio, quòd si occidat, excusabitur servus ab homicidio, & fuit dictum Cyn. *in L.* 1. *C. unde vi*; quod tamen Abb. *ubi suprà*, dicit, quòd non procedet de jure divino, neque canonico, cùm pro nullo metu debeat quis peccatum mortale incurrere; quanto fortiùs ergo dicendum est in casu præsentis legis, cùm in exemplis hìc positis potiùs debet pati, quàm illicitum agere: & omnia mala debet quis pati, & non malum perpetrare, ut dictum est, & quia miles non potest à signis discedere, etiam ut evitet periculum mortis, *L. penult. ff. ex quib. caus. major.*

LEX VII.

Custos castrum non deserat, se ab eo absentando, tempore quo videat castrum posse perdi: & si aliàs se absentet ex aliqua causa, dimitat ibi alium loco sui, sibi consanguinitate vel amicitia grandi conjunctum, & nobilem ex utroque parente, non proditorem, aut alevosum, neque ex genere talium descendentem, cui omnes de castro legalitatem præstent, & homagium, & ipse tali substituto homagium recipiat super his ad quæ tenetur; & si fortè talis substitutus capi, vel vulnerari videat alium, qui eum loco sui dimisit, non tradat castellum inimicis, etsi sibi mandet talis eum constituens, neque etiam ipsi constituenti, dum fuerit in potestate inimicorum, aliàs proditionem faceret, & eam pœnam incurret, quàm vendens castellum domini sui. Item alii homines deputati ad custodiam castri, resistere tenentur ei, vel eis, si ambo castellani tradere castrum voluerint. Hoc dicit.

(1) *En tiempo.* Nota, quòd imminente periculo proditionis castri, castellanus non potest deserere castellum, etsi ibi dimittere velit substitutum, & causa absentiæ interveniat, nam etiam pro subsidio totius civitatis non debet exire de custodia castri, Bald. *in cap. illum, de major. & obed.* & adde *L.* 13. *infrà*, *eod.*

(2) *En su lugar.* Nota, quòd substitutus in custodia castri debet esse generosus, & ejusdem qualitatis, qualis debet esse substituens; quod nota ad casus, in quibus permittitur servire per substitutum, de quibus vide per Joan. de Plat. *in L. nullus*, *C. de Decurion. lib.* 10. & nota, quòd quando servitium debet fieri Principi, non admittitur substitutus nisi de ejus voluntate, secundum Bald. *in cap.* 1. §. *fin. Episcopum vel Abb.* & istam consuetudinem, de qua in ista lege, refert Alberic. post Oldrad. *in L. fin. ff. de custod. reor.* quam dicit consonam juri communi, per illam legem, cum glossa ibi, & quærit ibi Alberic. si talis substitutus perdat castrum, an qui eum posuit, teneatur eum præsentare Regi? Et videtur velle, quòd non, quia cum tempore commissæ custodiæ diligens & sufficiens reputaretur, non debet eligenti nocere, si post ea mutavit mores: ibi poteris videre per eum; adde quæ dixi suprà *eod. in L.* 5.

(3) *Nin venga de linaje.* Nota, quòd infamia progenitorum transit in posteros, adde *cap. venerabilem*, ubi notat Bald. *de elect.* & quanto quis est proximior, tanto præsumitur infectior, Bald. *in* §. *si vassallus*, *si de feud. fuer. controv. inter domin. & agnat.* & adde *L.* 9. *infrà*, *eod.*

(4) *O de grand amor.* Nota æquiparari amicitiam magnam conjunctioni sanguinis, adde glossam singularem *in L.* 2. *C. in quibus casib. colon. censit. lib.* 11. quæ dicit, quòd appellatione suorum veniunt amici.

(5) *A el mismo.* Et rectè; nam esset in effectu tradere castrum hostibus, tradendo ei, qui est in hostium potestate; & potest induci ad quæstionem, ut debitor solvendo cre-

auer essa mesma pena. E como quier que en todo tiempo deue dar el Castillo al Alcayde, que le dexo en su lugar, quando gelo pidiere, pero con todo esso non lo deue fazer (6) en sazon que se pudiesse perder. Ca assi como el otro que le dexo en su lugar, era tenudo de dar el Castillo a su Señor, en essa manera lo es el. E la lealtad de España, por tan estraña cosa touieron deseredamiento de Señor, que non tan solamente defendieron al Alcayde que touiesse el Castillo, que lo non diesse por mandado del otro que estouiesse de fuera, mas aun, que si ambos fuessen auenidos para darlo, que los otros que fuessen en el Castillo, non gelo dexassen fazer en ninguna manera. Ca como quier que los que estouieren en el Castillo, sean tenudos de obedescer al Alcayde en todas cosas, en tal como esta non lo deuen fazer (7), pues que por ella caerian en pena de traycion.

LEY VIII.

En que manera deuen fazer Alcayde, quando el que tiene el Castillo muriesse sin lengua.

Estando el Alcayde en el Castillo, si acaesciesse que muriesse sin lengua, de guisa que non pudiesse (1) dexar otro de su mano, deue fincar en su lugar el mas propinco pariente que en el Castillo ouiere, si fuere de edad (2), e tal ome que sea para ello. E si tal y non le fallaren, deuen fazer (3) Alcayde el mejor ome (4) que y ouiere en el Castillo, para tenerlo; pero todavia deuen mucho bien catar, que sea leal, e amigo del Señor del Castillo. E tal Alcayde como este, tenudo es de fazer, e de guardar, e de complir todas las cosas en guarda del Castillo, assi como dichas son de suso. E si errare en alguna dellas, caeria en la pena sobredicha. E avn mas pusieron en el Fuero antiguo de España, que si alguno que ouiesse seydo Alcayde (5), despues que non touiesse el Castillo, fiziesse el mismo fecho, por que lo perdiesse el Señor cuyo fuesse, o consentiesse a otri que lo fiziere, pues que el sabia las entradas (6), e las salidas, e las otras cosas, por que el Castillo se podria perder, e guisasse por que se perdiesse; porende touieron por derecho, que cayesse en pena de traycion, tambien como si fuesse Alcayde.

LEY

creditori, dum est captus à latronibus, non liberetur, si solutio esset ad commodum latronum, etiam si creditor mandet debitori, ut solvat, facit *L. qui in carcerem, ff. quod met. caus.* & quæ ibi notant Doctor. & *in L. qui à latronibus, ff. de testam.* Si tamen solutio esset in commodum creditoris, veluti ut relaxaretur, liberaretur debitor, argum. *L. nam & Servius, ff. de negot. gest.* Cogita tamen, nam hæc lex loquitur, quando castellum non erat mandantis illum tradi, & sic non est casus propriæ quæstionis, & facit *L. filiæ, ff. de solution. in fin.* quòd si debitor sciret captum esse, & solutionem procuratam à capientibus, quòd non liberaretur; in contrarium tamen facit, quòd notat Joan. Andr. *in addition. ad Specul. in rubric. de obligat. & solution. colum.* 2. de eo qui solvit procuratori vero, qui tamen erat infirmus, & timens perditionem pecuniæ nolebat recipere, sed tandem precibus debitoris devictus recepit, & parum post mortuus est, & pecunia fuit perdita, & quæritur, an liberatus fuit solvens; & post argumenta ad utramque partem decidit, quòd sit liberatus, ex quo vero procuratori facta fuit solutio: cogita, nam est bona quæstio.

(6) *Non lo deue fazer.* Potest induci ad quæstionem, ut commodatarius, vel depositarius, qui recepit rem à non domino, quòd etsi ille qui dedit in depositum, vel commodavit, petat rem, quòd non debeat sibi restitui, si ex restitutione res perderetur vero domino, & sic quòd *L. ita ut* & *si fur, ff. commod.* & *L. 1. §. si prædo, ff. depositi*, limitentur, & intelligantur, quando licèt restitueretur res ei, qui commodavit, vel deposuit, non perderet eam verus dominus, quia fortè ipse posset consequi à fure, vel alio non domino, qui commodavit; si verò res perderetur, quòd tunc licitè denegaretur rei restitutiò, licèt opponatur de jure tertii: sed de hoc multum dubito, cùm jura & Doctor. indistinctè loquantur, ut non liceat commodatario, vel depositario opponere de jure tertii; remedium ergo esset notificare hoc vero domino, ut ipse concurrat in petendo, ut *in L. bona fides, ff. depositi.*

(7) *Fazer.* Adde *L. quoniam judices*, & ibi Gloss. & Doctor. *C. de appellation.*

LEX VIII.

Mortuo intra castrum custode castri, sui loco alio per eum non dimisso, tenebit illud consanguineus ejus propinquior intra castrum consistens, si ætas non refragetur, & competens sit ad hoc; qui si ibi non reperiatur, qui sunt in castro, eligent meliorem hominem ex ibi existentibus, qui sit legalis, & amicus domini castri; qui servabit ea, ad quæ defunctus tenebatur sub proditionis pœna. Item si custos quoddam castrum nunc ab alio detentum prodiderit, vel hoc facienti consenserit, proditoris pœna tenebitur, ac si ipse castrum tenens perderet. Hoc dicit.

(1) *Que non pudiesse.* Si ergò potest, ipse debet designare custodem, seu castellanum, qui teneat castrum interim, quòd Rex provideat, & hoc ex auctoritate hujus legis, aliàs non poterit sibi designare successorem: cùm neque Papa possit eligere successorem sibi, ut notat Gloss. *in §. his omnibus*, 8. *quæst.* 1. posset tamen Papa potestatem dare alicui Prælato eligendi sibi successorem, ut *in cap. petisti*, 7. *quæst.* 1. & tunc fit electio auctoritate Papæ, non propria, secundum Abb. *in cap. licet, colum.* 1. *de elect.* & sic ista electio hìc fit auctoritate Regis, & hujus legis.

(2) *De edad.* Vide suprà *eod. L.* 5.

(3) *Fazer.* Non aperit, qui debeant eligere; sed potest dici, quòd intelligatur, quòd electores sint cæteri homines deputati ad custodiam castri: sicut olim exercitus eligebat Imperatorem, ut *in cap. legimus*, 93. *dist.* & Cardin. Alexand. *in cap. in synodo, ad fin.* 63. *dist.*

(4) *El mejor ome.* Sufficit tamen, quòd sit bonus electus, licèt melior ibi reperiretur, ut notat Gloss. *in cap. licet*, 8. *quæst.* 1. & Bart. *in authent. de sanctis. Episcop. §. jubemus, collat.* 9. & quia aliàs durum esset decidere, quis esset melior.

(5) *Que ouiesse seydo Alcayde.* Nota, quòd durant reliquiæ in eo, qui fuit castellanus castri, ut per eum non periclitetur.

(3) *Acrescentar el Pueblo su Fe.* Adde *cap. si non*, 23. *quæst.* 4. justa ergò ratione bellum fit in Indios maris Occeani, ut fides Christiani nominis augmentetur; sed obstat, quòd ad fidem Christi nullus est cogendus, ut *in cap. ad fidem*, 23. *quæst.* 5. *cap. de Judæis*, 45. *dist.* & ut tradit Thom. de Vio, Cardin. Cajetan. super 2. 2. S. Thom. *quæst.* 66. *super* 8. *artic.* vers. *circa primum*, contra illos Paganos, qui nunquam Imperio Romano subditi fuerunt, terras inhabitantes, in quibus nunquam fuit Christianum nomen, nullus Rex, nullus Imperator, neque ecclesia Romana potest movere bellum, ad occupandas terras eorum, aut subjiciendum eos temporaliter; quoniam secundum eum nulla subest causa justa belli, cùm Jesus Christus Rex Regum, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra, miserit ad capiendam possessionem mundi, non milites armatæ militiæ, sed sanctos prædicatores, sicut oves inter lupos. Unde neque in Testamento veteri, ubi armata manu capienda erat possessio terræ infidelium, dicit ipse, quòd non legit indictum bellum aliquibus, propter hoc, quòd non erant fideles, sed vel quia nolebant dare transitum, vel quia eos offenderant, ut Madianitæ, vel ut recuperarent sua divina largitione concessa. Unde dicit ipse, quòd gravissimè peccaremus, si fidem Christi Jesu per hanc viam ampliare contenderemus, neque essemus legitimi domini illorum, sed magna latrocinia committeremus, & teneremur ad restitutionem, utpote injusti debellatores, aut occupatores. Mittendi essent, secundum eum ad hos, prædicatores boni viri, qui verbo, & exemplo converterent eos ad Deum, & non qui eos opprimant, spolient, scandalizent, subjiciant, & duplo gehennæ filios faciant, more Pharisæorum. Joan. verò Majoris *in* 2. *sententiar. dist.* 44. *quæst.* 3. in specie tangit de his terris Indiorum à nostris occupatis, & dicit, quòd cùm linguam Hispanicam non intellexerunt, neque concionatores verbi divini sine magno milite admitterent, necesse erat, arces munitas hìc, & illìc extruere, ut successu temporum æffrenis populus ad mores Christianorum assuesceret, & intelligendo se mutuo: & quia in omnibus istis faciendis, secundum eum magnæ requiruntur expensæ, quas Rex alius non ministrat, licitum est ergò secundum eum, illas capere, quia alius hoc velle rationabiliter debebit; & tunc cùm populus fuerit Christianus, si eorum Rex antiquus fidem non suscepit, deponendus est, cùm potest vergere in jacturam fidei, & hoc vult ille populus, si benè christianitatem suscepit; & si adhuc populus illum velit habere Regem, signum est, quòd non sincerè fidem suscepit, & tunc non est relinquendum ei regnum: & quia non decet Regem infidelem habere populum Christianum, cùm per munera, & honores potest eos à fide avertere. Si tamen ipse Rex antiquus fidem velit suscipere cum aliis, non videt (dicit ipse) cur deponendus sit, solvendo pro impensis assumptis, & hoc si prudens fuerit, nisi timeatur de lapsu in infidelitatem. Et si in talibus terris non erat regimen regale, sed politicum, capiens mutare potest ipsam politiam, & dignum est pro plantatione fidei, quòd ipse regnum capiat. Subdit etiam, quòd & aliud est pro hoc, quia populus ille bestialiter vivit, citra ultraque æquatorem, & sub polis vivunt homines ferini, ut in quatripartito dicit Ptolomæus; dicit etiam, hoc jam experientia compertum esse, quare primus occupans justè eis imperat, quia natura sunt servi, ut tradit Philosoph. 1. *Politicorum*, *cap.* 3. & 4. hæc Joan. Majoris, Hostiens. post plenè relata verba Innoc. *in cap. quod super his*, *de voto*, in quæstione ista, utrum dominium, & jurisdictio sit apud infideles, & an justè possint debellari; dicit, sibi videri, quòd in adventu Christi omnis honor, & omnis principatus, & omne dominium & jurisdictio, de jure, & ex justa causa, & per illum qui supremam manum habet, neque errare potest, omni infideli subtracta fuerit, & probari dicit Ecclesiastic. *cap.* 10. *v.* 8. *Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias, & injurias, & contumelias, & diversos dolos*; quòd verò factum sit, comprobari dicit *in cap. translato*, *de constit.* & hoc in personam Christi filii Dei vivi, qui non solùm sacerdos fuit, sed etiam Rex, Luc. *cap.* 1. *v.* 31. 32. & 33. ibi: *Ecce concipies in utero*, usque ibi, *& Regni ejus non erit finis.* Unde & ipse dixit, auferetur à vobis Regnum, & dabitur genti facienti fructus ejus. Hujus autem regni, & sacerdotii principatum perpetuum commissit filius Dei Petro, & successoribus ejus. Unde dicit ipse, quòd constanter asserit, quòd de jure infideles debent subjici fidelibus, non e contra, ut patere dicit in eo, quod legitur; & notatur *in cap.* 1. *in fin* & *cap. multorum*, & *cap. etsi Judæos*, §. *inhibemus*, *de Judæis*, & subdit: quòd concedit infideles, qui dominium ecclesiæ recognoscunt, esse ab ecclesia tolerandi, neque ad fidem præcisè cogendi sunt, ut dictum est suprà; & quòd tales etiam possunt habere possessiones, & colonos christianos, & etiam jurisdictionem ex tolerantia ecclesiæ: alios autem infideles, qui neque potestatem ecclesiæ Romanæ, neque dominium recognoscunt, neque ei obediunt, judicat indignos regno, principatu, & omni jurisdictione: & cum dictis Hostiens. transit Oldrad. *consil.* 72. & simpliciter recitando transit Petrus de Anchar. *in dict. cap. quod super his*, licèt in *regul. peccatum*, *de regulis juris*, *lib.* 6. ubi latius istam materiam tangit, dicit, quòd ex ista opinione Hostiens. sequi possunt multa absurda, & quòd stante ista varietate inter Innoc. & Hostiens. Doctores illustres, standum esset declarationi Papæ. Cardin. etiam *in dict. cap. quod super his*, deviare videtur à dicto Hostiens. & vult infideles capaces esse dominii, & quòd ipsi infideles non admitterent illam rationem, quòd Christus dominium Orbis habuit; & subdit, quòd in talibus non est de facili præcipitanda sententia. Anton. de Brut. ibidem simpliciter transit, recitando verba Hostiens. Abb. Panorm. recitatis breviter opinionibus Innoc. & Hostiens. subdit, quòd pro opinione Innoc. facit *cap. dispar*, 23. *quæst.* 8. pro opinione Hostien. *cap. si de rebus*, 23. *quæst.* 7. in neutram partem se inclinans; & contra opinionem Hostien. facit etiam, quod habetur Deuteron. *cap.* 2. *v.* 5. ubi Deus prohibuit populo Israelitico, ne debellarent gentiles habitantes in monte Seir; & cùm ista gens Indorum nunquam fuerit infesta nomini christiano, neque constat habuisse notitiam nominis christiani, usque ad tempora ista, in quibus dignatus est Deus terras illorum christianis Hispaniæ ostendere, temperandum videtur à bello. Et licèt in aliquibus terris eorum repertus sit idolatriæ cultus, monendi prius essent per Papam, seu ejus ministros, & præcipiendum eis, ut desisterent ab Idolorum cultura, vel ab alio vitio contra naturam, & si non obedirent, tunc posset contra tales idololatras, vel delinquentes aliàs contra legem naturæ, invocari per Papam auxilium brachii sæcularis, & indicere contra eos bellum: non aliàs, juxta dicta Innoc. quem cæteri Doctor. sequuntur *in dict. cap. quod super his.* Præterea dictum Philosophi, 1. *Politicorum*, de quo suprà, non quadrat benè in ista gente Indorum, non est enim ita ferina & bestialis, quòd ratione careat; imò sunt homines rationabiles, & politia regiminis reperta est inter eos, & in operibus & artificiis fabrilibus multa dexteritas; neque vivunt ultra citraque æquatorem sub Polis, ut dixit Joann. Majoris, imò juxta æquatorem, & sub æquatorem multi populi in terra grata, & fertili, & temperata sunt; si aliqua stultitia, vel stupiditas reperta est in eis, attribuenda potiùs infidelitati, juxta id, quod ha-

habetur in Epistola Pauli ad Roman. *cap.* 1. quàm carentiæ humanæ rationis: dicit etiam S. Gregor. 31. *Moral. cap.* 31. quòd ex vitio luxuriæ oritur cæcitas mentis, & ex vitio gulæ hebetudo sensus circa intelligentiam, & tradit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 15. *artic.* 1. & 3.

Advertendum tamen est in facto pro hujus quæstionis resolutione, dominium, & jurisdictionem illarum terrarum ignotarum concessam fuisse Principibus nostris Castellæ, & Legionis Regibus, per sedem Apostolicam, ut plenè patet ex Bulla concessionis Alexandri VI. & sic videtur Papam sequutum fuisse opinionem Hostiens. in universali dominio, & jurisdictione illarum terrarum; & facit ad hoc, quod habetur *in Extravagan. unam sanctam*, & moris est Papæ concedere Principibus christianis regna infidelium, necdum eorum, quæ sunt terræ Sanctæ, seu eorum, quæ olim subjecta fuerunt Imperio Romano, ut tradunt Bart. & Doctor. *in L. liber homo*, *ff. de verb. oblig.* sed etiam terrarum infidelium incognitarum usque adhuc; & de ejus potestate non est disputandum, ut in terminis tradit Bart. *in suo tractat. de Insula, super* verbo *nullius*. Standum ergò concessioni, & decisioni Papæ inter istam varietatem opinionum, prout & dixit Petrus de Anchar. *in dict. regul. peccatum*, ut dixi suprà; facit ad ista, quod tradit B. Thom. *in suo tractat. de regim. Princ. lib.* 3. *cap.* 19. ubi tractat de plenitudine potestatis Papæ in transferendo imperium de una natione ad aliam, seu de uno in alium, ubi ad finem dicit, quòd in duobus ampliatur potestas Papæ, vel ratione delicti, vel ad bonum totius fidei; & adducit auctoritatem Hieremiæ Prophetæ, cùm in persona Vicarii dicitur *cap.* 1. *v.* 16: *Ecce constitui te super gentes, & regna, ut evellas, & destruas, & disperdas, ac dissipes*, quod ad rationem delicti secundum eum referimus, ubi in quatuor illis vocabulis diversa genera pœnarum accipimus, quæ infligi possunt unicuique fideli, sive subdito: cùm dicit, *super gentes*, sive dominium, cùm dicit, & *super regna*, & cùm posteà ibidem dicitur, *& edifices, & plantes*, accipimus secundum eum ampliatam potestatem Summi Pontificis, quòd ad providentiam Vicarii Christi pertineat, providere pro bono universalis ecclesiæ. Moneri ergo possunt isti Indi, ut recognoscant dominium ecclesiæ Romanæ, & Principum Castellæ, quibus concessa sunt eorum regna; & si nolint, videtur posse eis indici bellum, non cogendo eos invitos ad fidem, quia in hoc libera Dei vocatio expectanda est, ut *in cap. qui sincera*, & *in dict. cap. de Judæis*, 45. *dist.* sed ad recognitionem dicti dominii; quo recognito, & Principibus eorum subjugatis, liberè admittent prædicatores verbi Dei, quos alias non admitterent, imò illuderent & occiderent. Item, & pro opinione Hostiens. benè facit judicio meo dictum *cap. dispar*, 23. *quæst.* 8. licèt Abb. dixerit facere pro opinione Innoc. in eo enim sic habetur: *dispar nimirum est Judæorum*, & *Sarracenorum causa: in illos enim qui Christianos persequuntur, & ex urbibus, & propriis sedibus pellunt, justè pugnatur: hi verò ubique servire parati sunt*, & sic, quia recognoscunt dominium ecclesiæ, & Principis christiani; á contrario ergò si non recognoscerent, & servire parati non essent, justè indiceretur in eos bellum, sicut in Sarracenos. Benè etiam facit *dict. cap. si de rebus*, ibi, cùm dicit: ad omnes impios & iniquos illa vox domini pertinet: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti justitiam*, & inferius cùm dicitur: *alioquin & primo populo Dei possent illi objicere alienæ rei concupiscentiam, qui divina potestate ab eorum facie, quia ea terra malè utebantur, expulsi sunt*: & sicut bellum, quod geritur auctore Deo, est justum, ut *in cap. Dominus noster*, 23. *quæst.* 2. sic, & quod geritur auctore Papa, qui vicem Dei gerit in terris, ut *in cap. ad Apostolicæ, de re judic. lib.* 6. Et in ista opinione fundata fuit illa antiqua instructio, data à Regibus Hispaniæ euntibus in conquestam terrarum illarum, ordinata ad finem recognitionis hujus dominii Christi, & Papæ ejus Vicarii, & ut tali dominio recognito arceri possint à sceleribus suis, ut terram, in qua degunt, amplius non polluant, idolatrando, & carnes humanas comedendo, & aliis vitiis: & id quod Cajetanus dicit, quòd Christus non misit armatam militiam, sed prædicatores sanctos, sicut agnos inter lupos, non videtur esse trahendum ad ista tempora, cùm tunc ecclesia non plantata, & viribus humanis destituta, non aliter nisi vi divina capi poterat mundi possesio; nunc verò, jam plantata fide, via humana etiam incedendum est, quatenus fieri possit, & non tentare Deum miracula requirentes; benè conferunt ad hoc verba pulchra Beati Augustini, de quibus *in cap. displicet*, 23. *quæst.* 4. § *repetis*, cùm dicit: non attendis, quia tunc primùm ecclesia novello germine pullulabat, nondumque completa fuerat illa prophetia: *Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes Reges servient ei*, quod utique quanto magis completur, tanto majori utitur ecclesia potestate, ut non solùm invitet, sed etiam cogat ad bonum: nam apud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coerceantur, boni subleventur, 23. *quæst.* 1. *cap. apud veros*. Quid enim faciet ecclesiæ medicina, salutem omnium materna charitate conquirens, tanquam inter phreneticos, & læthargicos æstuans? Nunquid contemnere, nunquid desistere vel debet, vel potest? Utrisque, si necesse est, molesta est, quæ neutris inimica est; nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari, sed perseverare debet diligentia charitatis phreneticum ligare, lethargicum stimulare, ambos amare; ambo offenduntur, sed ambo diliguntur; ambo molestari, quandiu ægri sunt, indignantur, sed ambo sanati gratulantur, *cap. quid faciet*, 23. *quæst.* 4. Quod ergo in hac lege dicitur de bello inferendo ea ratione, ut fides augmentetur, intelligendum videtur secundum hoc, non quòd principaliter belletur, cogendo infideles ad fidem, seu ut cogantur ad fidem, sed ut recognoscant dominium Christi, & ecclesiæ Romanæ; & sic ex consequenti admittent predicatores verbi Dei, & fides augmentabitur, & infideles Christo lucri faciemus: in modo tamen belli inferendi in hoc repertus est abusus & propter abusum multæ violentiæ, & latrocinia commissa; unde quotidie in consilio regio Indiarum tractatur de talibus instructionibus, ut consonent juri, & æquitati, & tales dantur euntibus in talem conquestam, ut non subitò prorumpatur in bellum, & rapinas, aliasque violentias, & excedentes à talibus instructionibus, gravissimè debent puniri, ita ut cæteri deinceps arceantur à talibus excessibus; & maximè jam deinceps, cùm in laudem Dei in illis partibus jam sit prædicata, & plantata fides, & prædicatores habent peritiam linguæ: & convicini, qui adhuc non audierunt verbum Dei, faciliori, & tutiori modo nunc possunt prædicari, & instrui, quàm in initio poterat fieri; & sic etiam absque bello adducentur ad fidem Christi, & ecclesiæ Romanæ obedientiam, & Regis nostri. Unde cavendum est à bello, quatenus fieri possit, propter belli, & avaritiæ nostrorum innumerabilia damna & incommoda, & ne gentes illæ potiùs scandalicentur, quam instruantur. Permaximè autem in hoc advertendum est, quòd dicta Hostiens. de bello inferendo propter recognitionem dominii ab ecclesia, non carent scrupulo, & contra eum tenet Salicet. *in summ. in parte infidelitas, vers. antepenult.* tenens cum Innoc. & movetur ex dictis S. Thom. 2. 2. *in dict. quæst.* 66. dicentis, infideles tunc injustè tenere dominia, quando per leges terrenorum Principum amittere jussi sunt; & ideo ab eis possunt per violentiam subtrahi, non privata auctoritate, sed publica: & supplet ad S. Thom. ex dictis Innoc. quòd dupliciter dicuntur detinere injustè secundum Innoc. vel quia ea surripuerunt à christianis, vel quia per dominos fideles potestatem habentes super eos, condemnati sunt pro delictis eorum, de quibus eos punire possunt. Adverte etiam, quia & hoc contra Hostiens. est de mente S. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 10. vers. *dicendum*, cùm dicit B. Thom. quòd dominium, vel prælatio introducta sint de jure humano, distinctio autem fidelium est ex jure divino; jus autem Divinum, quod est ex gratia, non tollit jus humanum, quod est ex naturali ratione. Et ideo secundum eum, distinctio fidelium, & infidelium secundum se considerata, non tollit dominium, & prelationem infidelium supra fideles in dominio jam præexistenti; potest tamen justè per sententiam, vel ordinationem ecclesiæ auctoritatem Dei habentis, tale jus dominii, vel prælationis tolli, quia infideles merito suæ infidelitatis merentur potestatem amittere super fideles, qui transferuntur in filios Dei.

Sed hoc ecclesia quandoque facit, quandoque non facit: ut ibi latiùs per eum. Et sic ex mente S. Thom. satis apparet, quòd non liceat tollere dominium infidelium supra alios infideles, prout in casu nostro, quòd jus Divinum in hoc non abstulit infidelibus dominium & prælationem, quod eis completebat ex naturali ratione super suos subditos: apertius etiam vult S. Thom. 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 2. ubi tradit, quòd Princeps christianus, si apostasiam à fide committat, privari potest dominio per ecclesiam, sicut & posset pro aliis culpis; & statim subdit, ad ecclesiam au-

autem non pertinet punire infidelitatem in illis, qui numquam fidem susceperunt, secundum illud Apostol. 1. ad Corint. *cap.* 5. *v.* 12. *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt judicare?* Et ad illam auctoritatem, quæ favere videtur dictis Hostiens. Matthæi *cap. fin. v.* 18. *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra*, potest dici, quod intelligatur, prout dicit ibi glossa interlinearis, & fuit dictum B. Hyeronimi, id est, ut qui ante regnabat in cœlo, per fidem regnet in terris: & etiam Albertus Magnus in *exposition. dictorum verborum*, dicit: data est mihi omnis *potestas*, & non *potentia*; quia potestas nomen est civile, & dicit potentiam stantem ad juris ordinem. Et sic quatenus ordinatur ad promulgationem fidei & Evangelicæ doctrinæ, omnem potestatem habebit Papa, non ut temporaliter subjiciat infideles, prætendens, ut recognoscant dominium ecclesiæ; licèt enim Christus, etiam in quantum homo, ab instanti suæ conceptionis fuit dominus universorum, noluit tamen regnare armato milite; patet, cùm dicit: *Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset, ministri mei utique decertarent, &c.* Joann. *cap.* 18. *v.* 36. ubi glossa ordinaria dicit, hoc est, quod nos scire voluit. Sed prius vicissim interrogando voluit ostendere, quæ esset de regno suo hominum opinio, Judæorum, vel Gentilium, qua ostensa utrique apertiùs respondet, *Regnum meum non est de hoc mundo*, ne vanè timeatis, & serviatis, sed ad regnum cœleste credendo venite: dicit etiam Nicol. de Lyra. nunc autem *regnum meum non est hìc*, id est quantum ad temporalia ista quærenda. Sed contra hoc videtur, dicit ipse, Psalm. 46. *v.* 8. *Quoniam Rex omnis terræ Deus*, ipse autem est verus Deus, sicut verus homo: dicendum, quòd secundum veritatem divinitatis, omnia sunt subjecta Christo; tamen quantum ad humanitatem in primo adventu suo, non venit ad dominandum temporaliter, sed magis ad serviendum, & patiendum; hæc Nicolaus. Facit etiam, & illud hymni Epiphaniæ qui decantatur ab universali ecclesia: *hostis Herodes impie, Christum venire quid times? Non arripit mortalia, qui regna dat cœlestia.* Dicit etiam B. Augustin. in dicto Joann. 18. *cap.* audite ergo Judæi, & gentes, audi circuncisio, audi præputium, audite omnia regna terrena, non impedio dominationem vestram in hoc mundo, regnum meum non est de hoc mundo, nolite metuere metu vanissimo, quo Herodes ille major, cùm Christus natus anuntiaretur, expavit, & tot infantes, ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis, quàm irascendo crudelior: regnum (inquit) meum non est de hoc mundo, quid vultis amplius, venite ad regnum, quod non est de hoc mundo, venite credendo, & nolite servire metuendo: & inferius subdit: non ait, regnum meum non est *hìc*, sed non est *hinc*; hic est enim regnum ejus usque in finem sæculi, habens inter se commixta zizania usque ad messem; messis enim finis est sæculi, quando messores venient, id est, Angeli, & tollent de regno ejus omnia scandala, quod utique non fieret, si regnum ejus non esset hic; sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo. Præterea non ita indistinctè est dicendum, quòd Papa in omnibus habeat eandem potestatem, quam habeat Christus. Unde dicit Hostien. *in summ. de pœnitent. & remission.* dum allegat *in fin. colum. illius operis*, auctoritatem illam: *Constitutus est à Deo judex vivorum, & mortuorum*, quòd illud verbum *constitutus* non facit relationem ad Papam, sed ad Christum.

Ad concessionem Alexand. potest dici, quòd non per hoc Papa visus fuit approbare opinionem Host. ex illa generali concessione, cùm talis decisio egeret magno consilio, & deliberatione, & quòd illa concessio intelligatur servatis servandis, & in casibus, in quibus licita esset concessio, & belli indictio, juxta ea quæ dixi, & inferiùs dicam ex dictis Innoc. & aliis. Temperandum ergo est à bello, quatenus possibile sit, & non est fidendum dictis Hostiens. de quibus suprà, & potius adhærendum dictis Innoc. Et illa auctoritas, *Exi in sepes, &c. Et compelle eos intrare*, intelligitur de hæreticis; ut *in cap. ipsa pietas*, 23. *quæst.* 4. & tradit Innoc. *in cap. majores, de baptism.* S. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 8. 11. & 12. Et si objiciatur de Paulo percusso in via, & quodam modo coacto ad fidem, de quo habetur *in cap. quis non*, 23. *quæst.* 4. qui tamen adhuc fidem non susceperat; respondentur, ut Glossa ibi dicit, quòd illud sola divina voluntate fuit, nam nullus cogitur recipere fidem, ut *in dict. cap. de Judæis*; vel potest dici, quòd Paulus ante conversionem renitebatur fidei Christianæ, susceptæ per eum in figura: nam ut dicit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 5. quando renititur fidei nondum susceptæ, dicitur infidelitas Paganorum, sive Gentilium; quando verò renititur fidei Christianæ susceptæ, vel in figura, & sic est infidelitas Judæorum, vel in ipsa manifestatione veritatis, & sic est infidelitas hæreticorum: & gravior est infidelitas Judæorum, quàm Gentilium; quia licèt Judæi fidem Evangelii numquam susceperunt, sed quia susceperunt ejus figuram in veteri lege, quam malè interpretantes corrumpunt, eorum infidelitas est gravior, quàm Gentilium, ut tradit idem Sanctus Thomas ibidem *articul.* 6. prima tamen responsio melior est.

Alfons. etiam de Castr. *in tract. de justa hæreticorum punit. lib.* 2. *cap.* 14. in prima belli causa, quam adducit, scilicet contra idolatras, allegato jam per eum *cap.* 12. Deuter. *v.* 2. ibi: *Subvertite omnia loca &c.* subdit: & testimonio hujus precepti divini fretus ego sentio justum esse bellum, quod Catholici Hispanorum Reges contra barbaras gentes, & idolatras, quæ Deum ignorabant, versus occidentem, & austrum inventas, ante aliquot annos gesserunt, & nunc etiam gerunt; hac tamen conditione bellum illud justum esse censeo, si antequam Reges contra illos bellum moveant, procurent diligenter, & fideliter illos monere, ut falsorum Deorum cultum deserant, & Deum verum, qui est cunctorum creator & rector, adorent; quam monitionem si ibi receperint, quamvis baptismum recipere nolint, non crederem, justè posse bellum contra illos moveri. Si autem tali monitioni obtemperare noluerint, sed obstinati in suo errore persistent, præsertim si verbi Dei prædicationem impediant, tunc justum esse, quòd ob hanc causam contra illos geratur bellum; quia omnes illæ gentes, ut experientia compertum est, idolatriam exercent, & multa alia contra legem naturæ nefanda committunt. Nam quemadmodum Deus olim filiis Israel contra Jebuseum, & alias idolatras gentes fieri præcepit, ita nunc & contra has gentes similibus vitiis, & criminibus infectas fieri expedit; & sic, ut vides, adhæret dictis Innocent. Concessio igitur Papæ, de qua suprà, intelligenda videtur juxta dicta Innoc. ut servatis servandis bellum inferatur, & amisso dominio Principum infidelium, propter eorum delictum, & cùm moniti non desistunt, Rex Hispaniæ succedat in illo ex concessione Papæ, & propter laborem, & expensas belli, juxta dicta Joann. Major. de quibus suprà. Et dicta S. Thom. procedunt, cùm Papa disponit inter subditos fideles, ut latè patet ex verbis ejus *in dict. cap.* 19. Et ad *cap. si non ex fidei*, 23. *quæst.* 4. dicendum, quòd ibi B. Gregor. non decidit aliquid circa causam justi belli, quod gerebat Genandius in gentes, de quibus ibi, sed tantùm commendat ejus rectam intentionem in bellis, scilicet, quòd non desiderio fundendi sanguinis, sed dilatandæ tantùm causa reipublicæ, ut sic ex consequenti in subditas gentes fidei prædicatio descurrat: certum est enim, quòd in bello tria requiruntur Principis scilicet, auctoritas, causa justa, recta intentio, de isto ultimo tantùm disserit S. Gregor.

Et posteaquam hæc scripseram venit ad manus quod in materia ista scriptis tradiderat Franciscus à Victoria, Frater Prædicatorum, qui cathedram primariam Theologiæ rexit Salmanticæ, vir doctissimus, in relectione sua super verbo illo Math. *cap. fin. v.* 19. *Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, ubi postquam ostenderit, Indos istos habuisse, & habere dominium suarum rerum, & veros esse dominos, neque ad id obstare, quòd per aliquos adducebatur, istos propter amentiam, & imbecilitatem, seu eorum hebetudinem, juxta dictum Philosophi dicentis, quòd aliqui à natura sunt servi, ostenderitque istos Indos secundum rei veritatem non esse amentes, sed habere pro suo modo usum rationis; cùm habeant ordinem aliquem in suis rebus, postquam habent civitates, & matrimonia, magistratus, dominos, leges, opificia, & commutationes, quæ omninò requirunt usum rationis. Item religionis speciem, & quia non errant in rebus, quæ aliis sunt evidentes, quod est indicium usus rationis; tradens etiam, quòd Deus & natura non deficiant in necessariis pro magna parte speciei, & præcipuum in homine est ratio; & quòd frustra est potentia, quæ non reducitur ad actum. Unde quòd isti Indi videantur insensati & hebetes, putat ipse, ex maxima parte esse ex mala educatione, cùm etiam apud nos videamus multos rusticorum parum differentes à brutis animantibus: neque Philosophum ubi suprà, intellexisse, quòd qui parum valent ingenio, sint à natura alieni juris, & quòd non habeant dominium sui, & aliarum rerum; neque voluisse Philosophum, quòd si qui sunt à natura parùm mente validi, quòd liceat occupare bona illorum, & patrimonia, & illos redigere in servitutem, & venales facere.

re. Sed vult Philosophus, quòd à natura est illis necessitas, qua indigent ab aliis regi, & gubernari, & bonum est subdi aliis, sicut filii indigent subjici parentibus ante adultam ætatem, ut uxor viro. Et demum dictus Franciscus rejicit aliquos titulos, qui prætendi possent justi belli ad istos Indos subjiciendos. Primum, scilicet quòd justè subjici debeant sub dominio Imperatoris, cùm Imperator dicatur dominus mundi, *L. deprecatio, ff. ad leg. Rhod, de jact.* tradit Bart. *in extravag. ad reprimendum, in glossa super* verbo *totius orbis*; quem titulum rejicit, latè comprobans, quòd neque de jure naturali, neque divino, neque humano, Imperator potest prætendere dominium totius orbis.

Primum dicit patere, quia dominium, & prælatio super subditos est de jure humano, non de jure naturali, allegat S. Thom. 2. 2. *quæst.* 12. & tetigi suprà, & *in* 1. *part. quæst.* 6. *artic.* 4. & *quæst.* 96. ubi dicit, quòd in jure naturali homines sunt liberi, excepto dominio paterno, & maritali, & Aristotel. 1. *Politicorum.*

Secundum, quòd neque de jure divino, comprobat latè, quia ante adventum Christi non legimus, quòd fuerint Imperatores domini mundi; ibique respondet ad illam auctoritatem Danielis 2. *cap. v.* 37. *de Nabuchodonosor*, cùm dicitur: *Tu Rex regum es: & Deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitant filii hominum,* dicens certum esse, quòd neque Nabuchodonosor cepit regnum specialiter à Deo, sed eo modo quo alii Principes, ut Paulus dicit ad Roman. *cap.* 13. *v.* 1. *omnis potestas à Domino est*: Et Proverb. *cap.* 8. *v.* 15. *Per me Reges regnant & legum conditores justa decernunt,* neque Nabuchodonosor habuit Imperium jure in toto orbe, nam Judæi non erant ei subditi: & ex hoc patet neminem de jure divino fuisse dominum totius orbis, quia gens Judæorum libera erat ab omni alienigena, ut habetur Deuter. *cap.* 17. *v.* 15. *Non poteris alterius gentis hominem Regem facere*; & quamvis S. Thom. *de regim. Princ. lib.* 3. *cap.* 4. & 5. videatur dicere, imperium Romanorum à Deo traditum propter justitiam illorum, & amorem patriæ, & optimas leges, quas habebant, ut etiam dicit Augustin. *in lib. de civitate Dei*, hoc non est intelligendum, quòd ex institutione divina factum est, ut consequerentur Imperium orbis; sed alio jure, scilicet justi belli, vel alia ratione, non modo quo habuit Saul, & David Regnum à Deo. Hoc etiam constare, & intelligi debet, si consideremus, qua ratione, & successione imperia venerunt usque ad nos, ante, seu post adventum Salvatoris: ibique latè tradit nulla auctoritate juris divini constare, neque posse probari, Imperium statutum fuisse de jure divino.

Tertium etiam, quòd neque jure humano Imperator sit dominus orbis, constare dicit, quia vel esset sola nulla auctoritate fulcita talis potestas, aut auctoritate legis; quæ nihil operaretur, quia lex præsuponit jurisdictionem, & si ante legem Imperator non habebat jurisdictionem in orbe, ergo neque post legem, quia talis lex non potuit obligare non subditos; neque hoc habuit Imperator per legitimam subjectionem, aut aliquo alio legitimo titulo; & sic nunquam Imperator fuit dominus totius orbis. Præterea etiam dicit, quia & illi qui secundum opinionem suam Imperatori dominium totius orbis attribuunt, non dicunt eum esse dominium per proprietatem, sed solùm per jurisdictionem; quod jus non se extendit ad hoc ut convertat provinciam in suos usùs, aut donet pro suo libito oppida aut prædam, neque veteres dominos deponere, neque vectigalia capere. Impugnat etiam alium, & secundum titulum, qui prætenderetur ex concessione videlicet Papæ, insistens in hoc multùm, adducens fundamenta pro utraque parte, dicens, quòd opinio quorundam jurisconsultorum est, quòd Papa habet jurisdictionem plenam in temporalibus in toto orbe terrarum, & quòd ita tenere videtur Bart. *in dict. Extravag. ad reprimendum*, & Hostiens. ubi suprà, & Archiepiscopus Florent. 3. *part. tit.* 22. *cap.* 5. §. 8. & Angel. & Sylvest. *in summ.* qui etiam, ut ipse Franciscus refert, multo largiùs, & benigniùs hanc potestatem attribuit Papæ, *in* verbo *infidelitas*, §. 7. & verbo *Papa*, §. 7. & 10. & 11. & verbo *legitimus*, §. 4. mirabilia secundum eum dicens in illis locis circa hoc: puta, quòd potestas Imperatoris, & omnium aliorum Principum est subdelegata respectu Papæ, & quòd est derivata à Deo mediante Papa, & quòd tota illorum potestas dependet à Papa, & quòd Constantinus donavit terras Papæ in recognitionem dominii temporalis, & e contrario Papa donavit imperium Constantino in usum & stipendium: imo quòd Constantinus nihil donavit, sed reddidit, quod erat subtractum, & quòd si Papa non exercet jurisdictionem in temporalibus extra patrimonium ecclesiæ, non est hoc propter defectum auctoritatis, sed ad evitandum scandalum, & nutriendum pacem: & tota probatio horum, secundum eum, est quia Domini est terra, & plenitudo ejus, & data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, & quòd Papa est Vicarius Christi, & ad Philipen. *cap.* 2. *v.* 8. *Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: propter quod & Deus exaltavit illum.* Et quòd favere videtur S. Thom. *in fine* 2. *lib. sententiarum*, cujus ultima verba in *solutione ad* 4. sunt: quòd Papa tenet utrumque potestatis apicem, sæcularis, & spiritualis; quo fundamento jacto auctores hujus opinionis primò dicunt, quòd Papa potuit Reges Hispaniæ constituere Principes eorum barbarorum Indorum, tamquam dominus supremus temporalis. Secundò dicunt, quòd dato, quòd hoc non posset, saltem, si barbari isti nollent recognoscere dominium Papæ temporale, potest eis bellum indicere, & inferre. Et ita dicunt factum esse; nam primò Papa concessit illas provincias Regibus Hispaniæ. Secundò etiam barbaris illis fuit propositum & significatum, quòd Papa est Vicarius Christi, & habet ejus vicem in terris, & quòd ideo recognoscerent eum in superiorem: & cùm sic recusaverint, justè sit eis bellum illatum, & eorum provinciæ occupatæ, ut hoc dixit Hostiens. cujus fuit ista opinio, ut retuli suprà. Contra hoc tamen idem Franciscus ponit aliquas propositiones, quarum prima est, quòd Papa non est dominus temporalis totius orbis, loquendo propriè de dominio, & potestate civili: quam conclusionem tenent secundum eum Turrecremata *lib.* 2. *cap.* 113. Joan. & Hugon. *in cap. cum ad verum*, 96. *dist.* & fatetur Innoc. Papa III. qui fuit doctissimus, *in cap. per venerabilem, qui filii sint legitim.* dicens, se non habere potestatem temporalem in regno Franciæ: & videtur expressa sententia Barnard. *lib.* 2. *de considerat. ad Eugenium,* subditque, quòd opposita opinio videtur contra præceptum Domini, de quo Matthæi *cap.* 20. *v.* 25. & Lucæ *cap.* 22. *v.* 25. *Scitis quia Principes gentium dominantur eorum, &c. Non ita erit inter vos*; idem & contra preceptum Apostoli, *non dominantes in clero, sed forma facti gregis*, 1. Petri *cap.* 5. *v.* 3. sic Christus dominus secundum humanitatem, secundum quod ipse probabilius esse dicit, non fuit dominus temporalis orbis, cùm ipse dixerit: *regnum meum non est de hoc mundo*, & tetigi ego superius; unde S. Thom. *de regim. Princ. lib.* 3. *cap.* 13. dicit quòd dominium Christi ordinatur ad salutem animæ, & ad spiritualia bona, licèt à temporalibus non excludatur eo modo, quo ad spiritualia ordinantur; unde patet secundum eum, quòd sententia S. Thom. non est, quòd regnum Christi esset ejusdem rationis cum regno civili & temporali; sed ita est, quòd ad finem redemptionis omnimodam potestatem habebat etiam in temporalibus, sed secluso illo fine non, multo minus ergo Papa habebit tale dominium temporale. Adducit etiam, quòd tale dominium in Papa non potest probari jure divino, naturali, neque humano; quod de naturali & humano notum est, de divino etiam, quia nulla auctoritate juris divini probatur: quòd enim Dominus dixit Petro, *pasce oves meas*, satis ostendit potestatem esse in spiritualibus, & non in temporalibus, & ostendit Papam non esse in toto orbe, nam ipse dixit, Joan. *cap.* 10. *v.* 16. in fine sæculi *fiet unum ovile*, & *unus pastor*, unde satis constat in præsentiarum, non omnes esse oves hujus ovilis, saltem infideles. Item etiam adducit, quòd dato quòd Christus haberet hanc potestatem, constat hanc non esse commissam Papæ; quod dicit patere, quia non minus Papa est vicarius in spiritualibus, quam in temporalibus, sed Papa non habet jurisdictionem spiritualem super infideles, ut fatentur qui contrariam opinionem sectantur, ergò neque temporalem; & videtur expressa sententia Apostoli 1. ad Corinth. *cap.* 5. *v.* 12. *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare?* Præterea non est bonum argumentum secundum eum, Christus habuit temporalem potestatem in toto orbe, ergo commissit eam Papæ; nam Christus sine dubio habuit spiritualem potestatem in toto orbe, non minus super fideles, quàm super infideles, vel è contra. Et potuit facere leges obligantes totum orbem, sicut fecit de baptismo, & articulis fidei, & secundum Doctores Christus potestatem excellentiæ non commisit Apostolis: & tamen Papa non habet illam potestatem super infideles, neque potest eos excommunicare,

re, neque prohibere connubia in gradibus à jure divino permissis: ergo, &c.

Ponit etiam secundam propositionem: quòd dato quòd Papa haberet illam potestatem in orbe, non posset eam dare Principibus secularibus; & patere dicit, quia est annexa Papatui, neque potest Papa eam separare ab officio Papæ, neque privare successorem illa potestate, quia non potest esse sequens Pontifex minor prædecessore; & sic, vel nulla esset talis collatio, vel sequens Pontifex posset illam revocare.

Subdit, & tertiam propositionem: quòd Papa habet temporalem potestatem in ordine ad spiritualia, id est, quantum est necesse ad administrationem rerum spiritualium; quam dicit esse conclusionem Turrecrematæ, ubi suprà, *cap.* 144. & omnium Doctorum: ex qua conclusione infertur, quòd Papa potest infringere leges civiles, quæ sunt nutritivæ peccati, ut patet *in cap. fin. de præscription.* & quòd discordantibus Principibus de jure alicujus principatus, & in bella ruentibus, potest esse judex, & cognoscere de jure partium, & sententiam ferre, quam Principes recipere tenentur, ne eveniant tot mala spiritualia, quot ex bellis oriri necesse est, & ex hac etiam ratione potest aliquando Reges deponere, & novos constituere: & ad hunc sensum intelligenda sunt jura, quæ dicunt, quòd Papa habet utrumque gladium.

Et ex ista propositione infert, quòd cùm Papa non habeat potestatem spiritualem super istos infideles, ut patet 1. ad Corinth. *cap.* 5. *v.* 12. ergo neque temporalem. Unde si isti barbari nolunt recognoscere tale dominium, non potest eis bellum inferre, & bona illorum occupare: quod & confirmari dicit, nam cùm ita sit, & tenentes opinionem contrariam fatentur, dato quòd barbari nollent recipere Christum pro domino, non possunt ob hoc bello peti, & affici aliquo malo. Unde absurdissimum est, quod dicunt, quòd teneantur recipere vicarium, & quòd aliàs possint bello lacessiri, & spoliari.

Et item, si & ratio est secundum istos, quare etsi nollent recipere fidem Christi, non possunt cogi: quia non potest eis evidenter probari per rationes naturales. Cùm ergo multo minus per rationes naturales probari possit dominium Papæ, ergo non possunt cogi ad recognoscendum hoc dominium. Unde & idem Sylvest. qui tantum favet potestati Papæ, tenet contra Hostiens. quòd infideles non possent bello cogi ad recognoscendum hoc dominium, neque hoc titulo spoliari possunt bonis suis, secundum Inocen. *in dict. cap. quod super his*, & S. Thom. videtur hujus sententiæ, 2. 2. *quæst.* 66. *artic.* 8. *ad secundum*, ubi dicit, quòd infideles nequeunt spoliari bonis suis, nisi qui sunt subditi Principibus temporalibus, propter causas legitimas, ex quibus alii subditi possent spoliari. Unde & neque Sarraceni unquam isto titulo fuerunt spoliati, & si quis dicat talem titulum sufficere ad inferendum eis bellum, esset apertè fateri, quòd ratione infidelitatis possunt spoliari, cùm sit certum, quòd nullus infidelium recognoscit hoc dominium, nullus autem ex Doctoribus est, qui concedat, quòd ex solo titulo infidelitatis possent spoliari, etiam de illis, qui cogere volunt ad talem recognitionem. Ergo omninò est fictitium, quod isti dicunt, quòd si infideles non recognoscunt dominium Romani Pontificis, possint bello infestari.

Subdit etiam, ad justificationem hujus conquestæ prætendi tertium titulum, scilicet inventionis, & quòd sic efficiantur occupantium, ut *in* §. *feræ*, *Instit. de rer. divis.* quem tamen confutat, & benè, cùm ista loca non erant deserta, sed habitata, & infideles haberent verum dominium illorum: ergo quæ sic sunt inventa, non possunt dici in nullius bonis fuisse, ut dispositio dicti §. locum habeat, neque plus juvat talis inventio, quàm si ipsi invenissent nos. Si autem secundum eum prætendatur titulus, quòd si nolint suscipere fidem Christi, possint bello impeti; nam videbatur, quòd cùm ratione blasphemiæ in Deum possit eis indici bellum, ut desistant à talibus blasfemiis, ut tradunt S. Thom. & Cajetanus 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 8. inquit enim S. Thom. possemus eos prosequi bello, si uterentur crucifixo ad irrisionem, vel quomodocunque uterentur ad ignominiam, & si facerent injuriam Christo, qui est Rex, & Dominus noster: sed majus peccatum est infidelitas, quàm blasphemia, quia ut S. Thom. probat *in dict. quæst.* 10. *artic.* 3. infidelitas est gravissimum inter peccata, quæ contingunt in perversione morum, quia opponitur directè fidei, & blasphemia non oponitur directè fidei, sed confessioni fidei: infidelitas etiam tollit principium conversionis in Deum, scilicet fidem, non autem apostasia; ergo sicut pro blasphemia licet, à fortiori propter infidelitatem licebit eos bello prosequi. Sed tandem ipse Franciscus residet, quòd imo, neque ex hoc titulo possent debellari, ponens sex propositiones.

Primam, quòd isti barbari priusquam aliquid audissent de Christo, non peccabant peccato infidelitatis, eo quòd non credebant in Christum; quæ conclusio secundum eum est ad litteram S. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 1. ubi dicit, quòd apud eos, qui nihil audierunt de Christo, infidelitas non habet rationem peccati, sed magis pœnæ, quia talis ignorantia divinorum ex peccato primi parentis sequuta est; qui autem, si sunt infideles, damnantur quidem, sed propter alia peccata, non propter peccatum infidelitatis. Unde Dominus dicit, Joan. *cap.* 15. *v.* 22. *Si non venissem, & loquutus eis non fuissem, peccatum non haberent*, ubi Augustin. exponit, quòd loquitur de peccato, quòd non crediderunt: neque obstat, si quis dicat, ergo secundum hoc sequitur, quòd aliquis salvari possit sine baptismo, si ponamus ignorantiam invincibilem de baptismo, & fide Christi; nam non sequitur talis consequentia, barbari enim, ad quos non pervenit anuntiatio fidei, vel religionis Christianæ, damnabuntur propter peccata mortalia, aut idolatriam, sed non propter peccatum infidelitatis, quia si facerent, quod in se est benè vivendo, dominus illuminaret illos circa nomen Christi.

Ponit etiam conclusionem secundam: quòd isti barbari non ad primum nuntium tenebantur, neque tenentur credere fidem Christi, ita quòd non credendo peccarent mortaliter solum per hoc, quòd simpliciter eis anuntiatur, & proponitur, quòd vera est religio Christiana, & quòd Christus est Salvator, & Redemptor mundi, sine miraculis, aut quacumque alia suasione, & probatione. Allegat sanctum Thomam, & Cajetanum 2. 2. *quæst.* 1. *articul.* 4. dicentis, quòd temerè aut imprudenter quis crederet aliquid, maximè in his quæ spectant ad salutem, nisi cognoscat à viro fidedigno illud asseri, & Ecclesiastici *cap.* 19. *v.* 4. dicitur: *Qui credit cito, levis corde est*, & confirmatur per illud Joan. 15. *v.* 24. *& si signa non fecissem, peccatum non haberent*; cùm ergo ex hoc dicti barbari non essent in culpa, non potuisset contra eos bellum indici, cùm ad bellum justum requiratur causa justa, ut scilicet illi qui impugnantur, hoc propter aliquam culpam mereantur, ut tradit Augustinus *lib.* 83. *quæst.* & habetur *in cap. Dominus noster*, 23. *quæst.* 2. Et sanctus Thom. 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1.

Ponit, & tertiam propositionem; quòd si barbari rogati, & admoniti, ut audiant pacificè loquentes de religione, & nolint audire, quòd non excusantur à peccato mortali; quia cùm necessarium sit eis ad salutem credere in Christum, & baptizari, Marci *cap. ultim. v.* 16. *Qui crediderit, &c.* Cùm ut credant, requiratur quòd audiant, tenentur audire, aliàs sunt extra statum salutis.

Quartam etiam proponit propositionem: quòd si fides christiana proponatur barbaris probabiliter, id est, cum argumentis probabilibus & rationibus, & cum vita honesta, & secundum legem naturæ studiosam, quod magnum est argumentum ad confirmandam veritatem, & hoc non semel, sed diligenter, & studiosè, barbari tenentur credere, & recipere fidem Christi sub pœna peccati mortalis.

Ponit etiam aliam, & ultimam propositionem: quòd quantumcumque fides sit anuntiata barbaris probabiliter & sufficienter, & nollent eam recipere, non ideo tamen ex hac ratione licet eos bello persequi, & spoliari bonis suis. Allegat sanctum Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 8. & est communis conclusio doctorum in jure canonico, & civili, & dixi ego superiùs.

Deinde adducit quintum titulum, qui pretenditur ad bellum istud justificandum, scilicet, quòd barbari isti vel multi eorum peccant contra legem naturæ, ut ajunt, seu contra naturam, ut usus carnium humanarum, concubitus indifferentes cum matre, & sorore, & cum masculis, & quòd pro his possunt infestari bello, & cogi, ut ea relinquant; quæ fuit opinio Archiepiscopi Florentini, 3. *parte*, *tit.* 22. *cap.* 5. §. 8. post Augustinum de Anchona, Sylvester *in summ. in* verbo *Papa*, §. 7. & fuit opinio Innoc. *in dict. cap. quòd super his.* credo (inquit) gentiles non habent nisi legem naturæ, & si contra illam fecerint, potest illos Papa punire. Et arguitur ex Genes. *cap.* 19. ubi Sodomitæ puniti sunt à Deo; cùm enim facta Dei nobis sunt exemplaria, non video quare Papa, qui est Vicarius Christi, non possit; hæc Innocentius. Ipse verò Franciscus ponit in hoc conclusionem; Principes, scilicet, Christianos, etiam cum auctoritate Papæ non posse coercere barbaros à peccatis contra leges naturæ, neque ratione illorum eos punire, & hanc conclusionem probat.

Pri-

Primò, quia contraria assertio præsupponit falsum, videlicet, quòd Papa habeat jurisdictionem super illos, cujus contrarium suprà probatum est, &c.

Secundò, quia vel intelligunt universaliter de peccatis contra leges naturæ, ut pro furto, fornicatione, adulterio, vel peculiariter pro peccatis contra legem naturæ, de quibus tractat S. Thom. 2. 2. *quæst.* 154. *art.* 11. quomodo peccatum contra naturam dicitur non solùm, quod est contra legem naturæ, sed etiam contra ordinem naturalem, de quibus 2. ad Corint. *cap.* 2. & ad Romanos *cap.* 1. & sic isto secundo modo arguit in contrarium, quia homicidium est ita grave, vel gravius peccatum, & ita manifestum, ergo si pro illis licet, ergo & pro homicidio. Item blasphemia est ita grave peccatum, & manifestum; unde & pro isto. Si verò intelligatur generaliter primo modo pro omnibus peccatis contra naturam, arguit in contrarium, pro fornicatione non licet, ergo neque pro aliis contra legem naturæ; antecedens dicit patere 1. ad Corinthios *cap.* 5. *v.* 9. *Scripsi vobis in epistola: ne commisceamini fornicariis*: & inferius: *si quis frater nominatur inter vos, fornicator, aut idolis serviens*, & infra: *Quid enim mihi de his, qui foris sunt judicare?* Ubi S. Thom. dicit: acceperunt potestatem super eos tantùm, qui se fidei subdiderunt; patet ergo apertè, quòd Paulus dicit non spectare ad eum judicium de infidelibus fornicariis aut idolatris. Item & arguit, quòd neque omnia peccata contra legem naturæ possunt evidenter ostendi, saltem omnibus, & quòd dicere aliud, est tantundem dicere, ac si quis dicat, quòd propter infidelitatem licèt Barbaros debellare; omnes enim sunt idolatræ. Item mirum esse dicit, quòd Papa non possit ferre leges infidelibus, & possit tamen exercere judicia, & inferre pœnas; & quòd possint negare impunè auctoritatem, & jurisdictionem Papæ, & tamen teneantur subire judicium ejus. Item & subdit, quòd non possunt acceptare judicium Papæ, quin sint Christiani, nullo enim alio jure Papa potest eos condemnare, aut punire, nisi quia Vicarius Christi; sed tam Innoc. quàm Augustinus de Anchona, Archiepiscopus, & Sylvester fatentur, quòd non possunt puniri, quia non recipiunt Christum; ergo neque quia non recipiunt judicium Papæ. Et hoc confirmari dicit, quia neque in veteri testamento, ubi tunc armis res gerebantur, populus Israel occupavit terras infidelium, quia essent infideles, & idolatræ, vel quia haberent alia peccata contra naturam, ut quòd sacrificabant filios suos, & filias suas dæmoniis; sed vel speciali dono Dei, vel quia transitum impediebant, vel eos offenderant, ut & dixit Cajetanus ubi suprà.

Asserit etiam prætendi alium, & sextum titulum, electionis scilicet voluntariæ. Hispani enim, cùm ad barbaros pervenirent, significant eis, quemadmodum Rex Hispaniæ mittit eos pro commodis eorum, admonent, ut eum in Regem suscipiant, illique responderunt sibi placere, & nihil tam naturale est, quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre, ratam fieri, *Inst. de rer. divis.* §. *per traditionem.* Ipse verò, & hunc titulum refutat, ex eo quia ad valorem talis tituli abesse deberet metus & ignorantia, quæ vitiant omnem electionem; nesciunt enim Barbari, seu non intelligunt, quid in hoc faciant, neque quid Hispani petant. Item cùm hoc petunt, circunstant armati circa imbelles, & meticulosos. Item si illi antea habent veros dominos, & Principes, non potest populus sine aliqua alia rationabili causa accipere novos dominos in detrimentum priorum, neque ipsi domini possunt novum Principem creare sine consensu populi. Cùm ergo in hujusmodi electionibus, seu acceptationibus non concurrant omnia requisita ad legitimam electionem, talis titulus non est idoneus.

Rejectis itaque per eum titulis istis, laborat ipse Franciscus in ostendendo aliquos titulos, ex quibus licitè Barbari isti venire poterunt in dictionem Hispanorum. Ad quòd ostendendum ponit aliquas propositiones.

Primam, quòd Hispani habent jus peregrinandi in illas provincias, & illic degere, sine tamen aliquo nocumento Barbarorum, neque possunt ab illis prohiberi; quod probat ex jure gentium, quod derivatur à jure naturali, ut *Instit. de jure natur.* vers. *quòd naturalis ratio*, apud omnes enim gentes, & nationes habetur inhumanum, hospites & peregrinos sine aliqua rationabili causa nolle suscipere, & è contra humanum & officiosum recipere. Item quia à principio orbis, cùm omnia essent communia, licebat unicuique, in quancumque vellet regionem tendere & peregrinari; neque hoc fuit demptum per provinciarum divisionem, cùm non fuerit de intentione gentium per hoc tollere communicationem: & multa alia adducit his similia in hujus comprobationem.

Secunda vero propositio est, licere Hispanis apud illos, sine patriæ tamen damno negotiari, importantes illis merces, quibus carent, & adducentes aurum vel argentum, aut alia, quibus illi abundant; neque Principes eorum possunt impedire subditos suos, ne exerceant commercia cum Hispanis, neque Hispanos cum illis; quod etiam probat, quia commercia sunt de jure gentium.

Tertia propositio: quòd si quæ sunt apud Barbaros communia, tam civibus, quàm hospitibus, non licèt Barbaris prohibere Hispanos ab illorum communicatione & participatione; verbi gratia, si licet aliis peregrinis, vel effodere aurum in agro communi, vel ex fluminibus, vel piscari margaritas in mari, non possunt Hispanos prohibere eo modo duntaxàt, quo aliis licet, dummodo cives & naturales non graventur.

Quarta propositio: si ex aliquo Hispano nascantur ibi liberi, & velint esse cives, non videtur, quòd possint prohiberi, vel à civitate, vel à commodis aliorum civium, si nati essent ex parentibus illic habentibus domicilium; quod probat, quia & hoc videtur de jure gentium, *L. cives, ff. de appellat. L. cives, C. de incol. lib.* 10. imò videtur secundum eum, quòd qui velit recipere domicilium in aliqua civitate illorum, contrahendo ibi matrimonium, vel alia ratione, qua alii peregrini solent fieri cives, non possent prohiberi plusquam alii, & per consequens gaudere privilegiis civium, sicut alii, modo & subeant onera, sicut alii.

Quinta propositio: si Barbari vellent Hispanos in supradictis prohibere, quæ sunt de jure gentium, à commercio, puta, vel aliis jam dictis, Hispani primò debent rationibus, & persuasionibus tollere scandalum, & ostendere omni ratione se non venire ad nocendum illis, sed pacificè velle hospitari, & peregrinari sine aliquo illorum incommodo, & hoc non solùm verbis, sed etiam re ostendere: quòd si Barbari nollent acquiescere, sed vim agere, Hispani possunt se defendere, & omnia agere ad securitatem suam convenientia. Et si aliter fieri non posset, possunt arces, & munitiones ædificare, & si acceperunt injuriam, illam auctoritate Principis bello prosequi, & alia jura belli agere, quia justa causa belli est, injuriam propulsare, & vindicare injuriam, *L. ut vim, ff. de just. & jur.* & S. Thom. ubi suprà, 2. 2. *q.* 40. Notandum tamen dicit esse, quòd cùm Barbari isti sint natura meticulosi, & aliàs stolidi, & stulti, quantuncumque Hispani eos vellent securos reddere, & demere à timore, possunt adhuc meritò timere, videntes homines cultu extraneo, & armatos, & multo potentiores se. Ideo licèt isto casu permissum esset Hispanis se defendere servato moderamine inculpatæ tutelæ, non licebit in illos alia jura belli exercere, puta, parta victoria, vel securitate illos occidere, vel spoliare, vel eorum civitates occupare, quia in illo casu sunt innocentes, & meritò timent, ut supponimus: alia enim (secundum eum) sunt jura belli adversus homines verè noxios & injurios, alia adversus innocentes & ignorantes; sicut etiam aliter vitandum est scandalum pharisæorum, aliter pusillorum, & infirmorum.

Sexta propositio: si omnibus tentatis Hispani non possunt consequi securitatem, & pacem cum Barbaris, nisi occupando civitates, & illos subjiciendo, licitè possunt facere: probat, quia finis belli est pax, & securitas, ut dicit Augustinus ad Bonifacium; quia licet Hispanis ad finem belli facere omnia necessaria ad obtinendam securitatem, & pacem.

Septima conclusio: si postquam Hispani omni diligentia, re, & verbo ostendissent non stare per eos, quin Barbari pacificè, & sine damno rerum suarum agant, nihilominus Barbari perseverarent in malitia sua, & contenderent ad perditionem Hispanorum; jam tunc non tanquam cum innocentibus, sed tanquam cum perfidis hostibus agere possunt, & omnia belli jura in illos prosequi, & spoliare illos, & in captivitatem redigere, & deponere priores dominos, & novos constituere, moderatè tamen pro qualitate rei, & injuriarum: quod satis patere dicit, quia si licet bellum indicere, ergo etiam jura belli prosequi, non enim debent esse melioris conditionis, quia sunt infideles; sed hæc omnia licerent contra Christianos, si semel esset justum bellum; ergo & adversus illos.

Item hoc est de jure gentium, ut parta bello fiant victoris, *L. si quid bello, & L. hostes, ff. de captiv. cap. jus gentium,* 1. *dist.* & *in* §. *item ea quæ ab hostibus, Instit. de rer. divis.* & quia secundum Doct. loquentes de bello, Princeps qui habet justum bellum, fit ipso jure judex hostium, & potest eos punire juridicè, & condem-

demnare pro qualitate injuriarum. Item probatur, quia legati jure gentium sunt inviolabiles; sed Hispani sunt legati Hispanorum christianorum; ergo barbari tenentur eos audire saltem benignè, & non eos repellere: justum vult esse istum titulum, dùm tamen Hispani sine dolo, & fraude in hoc versentur, & non quærant fictas causas belli. Si enim barbari permitterent Hispanos pacificè negotiari apud illos, nullam possunt Hispani ex hac causa prætendere justam causam occupandi bona illorum, non plus, quàm christianorum. Secundus titulus secundum eum potest esse causa religionis christianæ propagandæ, prout & vult lex ista Partitarum, licèt ipse non allegat; pro quo ponit quatuor conclusiones.

Prima est, quòd christiani habent jus prædicandi, & annunciandi Evangelium in provinciis barbarorum, juxta illud Marci, *cap.* 4. *in v.* 15. *prædicate Evangelium omni creaturæ*, & quia verbum Domini non est alligatum, 2. ad Corinthios *cap.* 2. & patere etiam dicit ex prædictis, quia si habent jus peregrinandi, & negotiandi apud illos, ergo possunt docere veritatem volenti audire, maximè in spectantibus ad salutem, quia aliàs illi essent extra statum salutis, si non liceret christianis ire ad eos ad annunciandum Evangelium, & quia correctio fraterna est de jure naturali, sicut & dilectio: cùm ergo illi non solùm sunt in peccatis, sed etiam extra statum salutis, ergo ad christianos spectat corrigere, & dirigere illos: imò videntur ad hoc teneri, sunt enim isti proximi christianorum, & unicuique mandavit Deus de proximo suo, Ecclesiastici *cap.* 17. *v.* 12.

Secunda conclusio: licèt hoc sit commune, & liceat omnibus christianis, tamen Papa potuit hoc negotium mandare Hispanis, & interdicere omnibus aliis; quod probat, quia licèt Papa non sit dominus temporalis, habet tamen in temporalibus (ut suprà dictum est) potestatem in ordine ad spiritualia. Et cùm ad Papam principaliter spectet, curare prædicationem Evangelii in toto orbe, & cùm commodiùs Hispani Principes in illis provinciis possunt ad hoc dare operam, potest Papa eis committere, & omnibus aliis interdicere: quinimo, & necdum prædicationem posset interdicere, verùm etiam commercium, si hoc ita expedit ad religionis propagationem; quia potest Papa ordinare temporalia, sicut expedit spiritualibus: & omninò ita dicitur expedire, quod in hoc Papa fecit, quia si indifferenter ex aliis provinciis christianorum concurrerent ad illas regiones, possent se invicem facilè impedire, & excitare seditiones, unde impediretur tranquilitas, & perturbaretur negotium fidei, & conversio illorum barbarorum. Præterea cùm Principes Hispani suis auspiciis, & sumptibus primi omnium eam negotiationem susceperint, & tam feliciter novum orbem invenerint, justum est, ut ea peregrinatio aliis interdicatur, & ipsi solùm fruantur inventis: sic etiam pro pace conservanda inter Principes, & religione amplificanda, potuit Papa provincias Sarracenorum inter Principes christianos ita dividere, seu distribuere, ne alius in alterius partes transeat; sicut etiam posset pro commodo religionis Principes creare, & maximè ubi antea nulli fuissent Principes christiani.

Tertia conclusio: si Barbari permittant christianos liberè, & sine impedimento prædicare Evangelium, sive illi recipiant fidem, sive non recipiant, non licet hac ratione inferre eis bellum, neque eorum terras occupare, ut superiùs satis est probatum. Et quia nunquam est bellum justum, ubi nulla præcessit injuria, ut dicit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1.

Quarta conclusio: Si barbari, sive ipsi domini, sive ipsa multitudo, impediant christianos, quominus liberè annuntient Evangelium, possunt reduci, & prius ratione ad tollendum scandalum, illis invitis prædicare, & ad gentis conversionem operam dare, & si opus sit, propter hoc bellum suscipere, vel inferre, quousque pariat opportunitatem, & securitatem prædicandi Evangelium. Et idem est judicium, si etiam permittentes prædicationem impediant conversionem, occidentes, vel aliàs punientes conversos ad Christum, vel minis aut terroribus deterrentes; hanc probat, quia in hoc barbari faciunt injuriam Hispanis, & quia impeditur commodum ipsorum barbarorum, quod Principes eorum non possunt impedire: justè ergo in favorem illorum, qui opprimuntur, & patiuntur injuriam, possunt Hispani movere bellum, maximè in re tanti momenti: ex qua conclusione patet, quòd etiam hac ratione, si negotio religionis aliter provideri non possit, licere Hispanis occupare terras, & provincias eorum, & creare novos dominos, & antiquos deponere, omniaque alia agere, & prosequi jure belli, quæ licita sunt in aliis bellis; servato semper modo & ratione, ne ultra procedant, quàm opus sit, & potius de proprio jure remittendo, quàm aliud invadendo, & semper omnia dirigendo potiùs ad bonum barbarorum, quàm ad proprium quæstum. Sed considerandum valdè est, quod Paulus dicit 1. ad Corinth. *cap.* 6. *v.* 12. *Omnia mihi licent, sed omnia expediunt*; hæc enim quæ dicta sunt, intelliguntur per se loquendo: fieri enim potest, ut per hæc bella, & cædes, & spolia potiùs impediretur conversio barbarorum, quàm quæreretur, vel propagaretur: & ideo id primis cavendum est, ne offendiculum ponatur Evangelio; si enim poneretur, cessandum esset ab isto modo evangelizandi: cavendum ne, quod per se licitum est, reddatur malum ex circunstantia. Item, & si qui ex barbaris conversi sunt ad Christum, & Principes eorum vi, vel metu velint eos ad idolatriam revocare, si alia via huic violentiæ, & injuriæ non possint provideri, possunt Hispani movere bellum, & cogere barbaros, ut ab illa injuria desistant, & contra pertinaces jura belli prosequi.

Alium titulum ponit idem Franciscus, si bona scilicet pars barbarorum conversa esset ad Christum, sive jure, sive injuria, id est, dato quòd minis, aut terroribus, vel aliàs non servatis servandis, dummodo verè essent christiani, Papa ex rationabili causa, vel ipsis petentibus, vel etiam non petentibus, potest dare Principem christianum, & auferrè alios dominos infideles. Quod probat, quia si ita expediret ad conservationem religionis christianæ, quia timetur, quòd sub dominis infidelibus apostatarent à fide, vel inde sumpta occasione gravarentur à suis dominis, Papa potest in favorem fidei mutare dominos. Et confirmatur ex dictis S. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 10. & Doctores dicunt, ecclesiam posse omnes servos christianos liberare eos jure, etiam si aliàs essent legitimè captivi, & tenet Innoc. *in dict. cap. quod super his*; ergò magis poterit liberare alios subditos christianos, qui non sunt ita astricti, sicut sunt servi; & patet etiam ex his, quæ dicit Apostolus 1. ad Chorint. *cap.* 7. *v.* 15. & habetur *in cap. quanto, de divort.* uxor fidelis liberatur à viro infideli, si maritus sit ei molestus in perniciem religionis.

Alium titulum dicit esse posse ratione tyrannidis, vel ipsorum dominorum apud barbaros, vel propter leges tyrannicas in injuriam innocentum, puta, quia sacrificant homines innocentes, vel aliàs occidunt condemnatos ad vescendum carnibus eorum: dicit enim, quòd tali casu etiam sine auctoritate Pontificis possunt Hispani Principes prohibere barbaros ab omni nefanda consuetudine & ritu; quia possunt defendere innocentes à morte injusta, quia unicuique mandavit Deus de proximo suo, & illi omnes sunt proximi; ergo quilibet potest eos defendere à tali tyrannide, & oppressione, & maximè hoc spectat ad Principes; & Proverb. *cap.* 24. *v.* 11. habetur: *Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.* Neque hoc solùm intelligitur, cùm actu deducuntur ad mortem, sed etiam possunt cogere barbaros, ut cessent à tali ritu: & si nollent, hac ratione potest eis bellum inferri, & jura belli in eos prosequi: & si aliter non potest tolli sacrilegus ritus, possunt mutare dominos, & novum principatum inducere: & quantum ad hoc habet verum, secundum eum, dicta opinio Innoc. & Archiepiscopi, quòd pro peccatis contra naturam possunt infideles puniri, intelligendo, inquam, cùm sunt in detrimentum innocentum, ut est hoc, quod facere prohibentur barbari, scilicet sacrificare innocentes, & in esum convertere: neque obstat, quòd omnes barbari conveniant, & consentiant in hujusmodi leges, & sacrificia, neque velint vindicari super hoc ab Hispanis; in hoc enim non ita sunt sui juris, ut possint filios suos, vel se ipsos tradere ad mortem.

Alius etiam titulus posset esse secundum eum per veram, & voluntariam electionem, puta, si barbari intelligentes prudentem administrationem, & humanitatem Hispanorum, vellent ultrò accipere in Principem Regem Hispaniæ, tam ipsi domini, quàm alii: hoc enim fieri posset, & esset legitimus titulus etiam de jure naturali; quælibet enim respublica potest sibi constituere dominum, neque esset ad hoc necessarius consensus omnium, secundum eum, sed videtur sufficere consensus majoris partis; quia in his, quæ spectant ad bonum reipublicæ, illa quæ constituuntur à majori parte, tenent etiam aliis contradicentibus; alias nihil posset geri pro utilitate reipublicæ, cùm difficile sit omnes in unam convenire sententiam; sicut & Galli pro bono suæ reipublicæ mutaverunt Principes, & ablato Regno à Driderico tradiderunt Pipino Caroli Magni patri, quam mutationem Zacharias Pontifex approbavit.

Alius

Alius titulus posset esse secundum eum, causa scilicet sociorum, & amicorum; cùm enim ipsi barbari inter se gerant aliquando legitima bella, & pars, quæ injuriam passa est, habet jus inferendi bellum, potest accersire Hispanos in auxilium, & præmia victoriæ illis dare, ut fertur fecisse Talcastedanos contra Mexicanos, qui cum Hispanis composuerunt, ut eos juvarent ad debellandum Mexicanos, haberent autem quidquid jure belli ad eos spectare poterat: quòd enim sic justa causa belli pro sociis & amicis non est dubium, ut etiam declarat Cajetanus 2. 2. *quæst.* 40. *artic.* 1. quia æquè potest respublica advocare extraneos ad vindicandum inimicos, sicut contra iutrinsecos malefactores; & hac maximè ratione Romani protelarunt Imperium, præstantes auxilia sociis & amicis.

Alius titulus traditur ultimò per eum, non quidem asserendo, sed in disputationem deducendo, neque omninò condemnando, qui talis est: quòd barbari isti licèt non omninò sunt amentes, ut suprà dictum est, tamen parum distant ab amentibus, ita ut non sint idonei ad constituendum, vel administrandam legitimam rempublicam, & ordinandam etiam intra terminos humanos & civiles, unde neque habent leges convenientes, neque magistratus; imò neque sunt satis idonei ad gubernandum rem familiarem, unde etiam carent litteris, & artibus, non solùm liberalibus, sed etiam mechanicis, & diligenti agricultura, & opificiis, & multis aliis commodosis & necessariis ad usus humanos; posset ergò quis dicere, quòd possunt Principes Hispani pro utilitate istorum accipere eorum administrationem, & constituere illis præfectos per oppida, qui eos gubernent: & si constaret illis expedire etiam novos dominos eis dare, quod dicit suaderi, quia si omnes essent amentes, non est dubium, quin hoc esset licitum, imò convenientissimum, & Principes tenerentur ad hoc, sicut si omninò essent infantes: & videtur, quòd quantum ad hoc eadem ratio sit habenda de istis barbaris, sicut de amentibus, quia nihil aut parum plus valent ad gubernandum se ipsos, quàm amentes; imò quàm ipsæ feræ & bestiæ, neque mitiori cibo, quàm feræ, neque penè meliori cultu utuntur. Ergò eodem modo possunt tradi ad gubernationem sapientiorum. Et confirmari hoc dicit apparenter, nam si fortuna aliqua omnes adulti perirent apud illos, & manerent pueri, & adolescentes habentes quidem aliqualem usum rationis, sed intra annos pueritiæ, & pubertatis, profectò videtur, quòd Principes possent illorum curam suscipere, eosque gubernare, quandiù essent in illo statu: quòd si hoc admittitur, videtur certè non negandum, quin idem fieri posset circa barbaros istos, supposita hebetudine, quam de illis referunt, qui apud illos fuerunt, quæ multo major est, quàm apud alias nationes, sit in pueris, & adolescentibus; & fundari hoc posset in præcepto charitatis, cùm illi sint proximi nostri, & teneamur illorum bona curare: quod, ut dixi, vult esse propositum sine assertione, & cum limitatione, quòd hoc fiat ad utilitatem illorum, & non ad quæstum Hispanorum tantùm, barbaris in omnibus, vel nihil melius, vel pejus habentibus, quàm priùs habebant: in hoc enim secundum eum est totum periculum animarum & salutis; & quòd ad hoc potest prodesse, quod suprà adductum est, quòd aliqui sunt natura servi: & tandem concludit, quòd postquam jam facta est ibi conversio multorum barbarorum, neque expediret, neque liceret, Principem omninò dimittere administrationem illarum provinciarum. Hæc sunt, quæ scriptis tradidit vir ille doctissimus in materia ista, quæ non plenè ad litteram transtuli, sed ejus principaliora fundamenta ita prolixè inserui, quia cùm in stampis non habeantur, non displicebit lectori ista prolixitas.

Ex prædictis ergò vides opinionem Hostiens. de recognitione domini communiter à Doctoribus Theologis damnari, atque multis Doctoribus Canonistis displicere: de quorum numero videtur Joan. Andr. *in dict. cap. quod super his*, ibi cùm dicit, alios autem infideles in pace degentes, & etiam illos quos servos tenemus, non per bellum, non per violentiam aliquam, sed tantùm per prædicationem dicimus converti debere; & si prædicatores non admittant, eos posse compesci per Papam, ut dictum est suprà in glossa Innoc. Cardinalis, & etiam Petrus de Anchar. ut suprà retuli, Joan. Andr. & Dominic. *in cap. si à subdelegato, de offic. delegat. lib.* 6. ubi etiam Archidiac. Anton. de Butr. *in dict. cap. quod super his*, & Præpositus Alexand. *in summ. dist.* 51. ubi dicit, quòd in hoc tenetur opinio Innoc. & non opinio Hostiens. quinimò, & ipse Hostiensis *in summ. de pœnit. & remiss. charta* 7. vers. *cui Rex*, tradit peccare Reges occupantes terras alienas, non contenti propriis finibus, 24. *quæst.* 3. *cap. transferunt*, & dicit tales non salvari, etiamsi benè administrent, nisi res alienas restituant, secundum August. 14. *quæst.* 5. *cap. neque enim*, quia nunquam peraguntur bono exitu, quæ malo sunt inchoata principio, 61. *dist. cap. miramur.* Facit etiam, quod tradit idem Hostiens. *in summ. de pœnit. & remiss. chart. penult. col.* 1. *in* vers. *quid si quis furatur Christianos captos à Sarracenis.* Vides etiam dictam opinionem Hostiens. bonis rationibus confutari, unde ab ea cavendum & recedendum, ex qua multa absurda, & furta, & latrocinia sequerentur: & si quis dicat, quòd infideles sunt oves Christi, ut patet Joann. *cap.* 10. *v.* 16. *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili*, scilicet ecclesiæ; & sine distinctione dictum fuit Petro Joann. *cap. ult. v.* 17. *Pasce oves meas*, & sic quòd Papa habeat potestatem super infideles, respondetur, quòd talis potestas successoris Petri debet esse ad tales oves pascendum & defendendum, non verò ad impugnandum, neque ut eas lædi permittat, *cap. unic. de natis ex liber. vent.* & tradit Joan. Andr. *in addition. ad Specul. in rubric. de Judæis.*

Vides etiam qualiter & dictus Franciscus recedit à dictis Innoc. & aliorum, quatenus voluerunt idolatras gentes, seu aliàs peccantes in lege naturæ posse puniri per Papam, & ex hac causa, si pertinaces fuerint, posse eis indici bellum, & vult, quòd neque hac ratione liceat; in cujus favorem etiam facit, quod adducit Episcopus Abulens. super *Josue cap.* 11. in quæstione illa, quam ibi tractat, an licebat Chananæis se defendere contra Hebræos sibi inferentes bellum; ubi dicit hæc verba: Non obstat si quis diceret, quòd Chananæi fecerant diversa peccata, propter quæ erant rei, & merebantur perditionem natalium, & sedium, & mortem, ut patet Levitici *cap.* 18. *v.* 27. *Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam: cavete ergò ne & vos similiter evomat, cùm paria feceritis, sicut evomuit gentes, quæ fuerunt ante vos*; nam licèt peccavissent Chananæi nimis, & merentur quæcunque mala, & ipsam mortem æternam Deo, cui peccaverant, tamen Judæis nulla mala meruerant, quia nihil eos unquam læserant: si autem dicas, quòd pro peccatis factis in Deum licebat Judæis occidere Chananæos, non obstat, quia tunc licuisset Judæis contra omnes gentiles pugnare, cùm peccarent contra Deum in idolatria, & immunditiis suis; tamen non licebat, quia Deus vetuit Judæis pugnare contra quosdam de gentilibus, scilicet contra Ammonitas, Moabitas, & Idumæos, ut patet Deuter. *cap.* 2. & si pugnassent contra eos, peccabant mortaliter. Dicit etiam paulò inferiùs, sed aliquis dicet, quòd non licebat Chananæis defendere se à Judæis, sed permittere mori se in manibus eorum, velut à judicibus suis, nam contra judicem non est alicui licita defensio in pugnando, vulnerando, vel occidendo: quòd autem essent Judæi judices Chananæorum dati ad puniendum peccata eorum, patet, quia Deus voluit introducere Israelitas in terram Chanaam à principio generis Hebræorum, cùm esset Abraham in terra illa, & pepigit cum eo Dominus, quòd daret semini ejus terram, & dixit, quòd primò esset semen ejus peregrinum quadringentis annis, & posteà in quarta generatione reverteretur in terram illam; & subdita est causa, quare non daretur immediatè terra illa Abrahæ, sed post quadringentos annos, scilicet: *Necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præsens tempus*, Genesis *cap.* 15. *v.* 16. consummatis his peccatis jussit Deus Israelitis (quos introducebat in terram Chananæorum) quòd occiderent omnes neminem relinquentes, ut patet Deuter. *cap.* 20. & subdit, ad hoc respondendum est, quòd Chananæi licitè pugnabant contra Judæos, & non licebat eis permittere se occidi ab illis; & dato, quòd essent judices dati à Deo ad punitionem criminium Chananæorum, non obligantur Chananæi obedire eis, quia non constabat eos esse judices, cùm hoc manifestis documentis non possent notificare. Item dato, quòd concederent Chananei, Judæos esse missos à Deo suo ad deletionem Chananæorum, tamen non cogebantur confiteri eos esse judices suos, quia dicerent, quòd Deus Hebræorum non habuit potestatem aliquid tale delegandi Judæis, cùm ipse etiam non haberet potestatem super Chananæos; & erat ista legitima excusatio. Si verò dicas, quòd omnes obligabantur cognoscere unum Deum, cujus cognitio naturaliter inest, ut patet ad Romanos 1. respondendum est, quòd quanquàm obligarentur ad cognoscendum, & credendum unicum esse verum Deum, tamen non obligabantur credere hunc esse Deum Hæbreorum, vel Sidonio-

niorum, aut Chananæorum, quia hoc non erat in natura rerum insitum, ut magis in populo illo esset Deus, quàm in aliis; ideò sicut legitimè æstimare poterant Chananæi, Chamos Deum Mohabitarum, vel Asthartem Deam Sidoniorum non esse Deos habentes potestatem super eos, ita æstimare poterant de Deo Judæorum, cùm nihil magis causaret ex natura rerum, donec per operationem miraculorum aliquid notificaretur; hæc Abulensis. Et facit etiam quod idem Abulensis tradit Matth. *cap.* 18. in quæstione, an infideles debeamus corrigere correctione fraterna, ex forma ibi tradita à Christo; & concludit quod non, & inter cætera motiva ponit, hoc colligi ex eo, quod ibi dicitur, *dic ecclesiæ*, cùm constet, quod infideles non curant, quòd peccata eorum dicantur ecclesiæ, cùm non sint subditi ei, & ideo illa forma correctionis non intelligitur de infidelibus: possumus tamen secundum eum corrigere infideles, admonendo eos recedere ab infidelitate & aliis vitiis, in quibus manent, potissimè quando illa sunt contra legem naturæ, in quibus etiam non stante lege Christi peccarent. Et quod adducit Alphonsus à Castro de *cap.* 12. Deuteron. non videtur sufficiens ad assertionem suam dandam, quia ut ibi, & *in cap. præced.* patet, loquitur de terra, quam Deus dederat Israelitis, & sic cùm ex dono Dei haberent, cujus est terra & plenitudo ejus orbis terrarum, & qui habitant in eo, *Psalm.* 23. justum erat bellum: in casu, quo nos loquimur, non ita constat de tali dono Dei.

Ego verò submittens me correctioni sanctæ matris ecclesiæ, & judicio melius sentientis, non auderent reprobare in hoc dicta Innoc. & Archiepiscop. Florent. August. de Anch. Sylvest. *in summ. in* parte *Papa*, §. 7. Imò sustentabile videtur, quòd paganos delinquentes in peccatis contra naturam, sumendo peculiariter, id est contra ordinem naturalem, ut declaratum est superiùs, Papa possit punire, & etiam idolatras adorantes falsos Deos, non recognoscentes unicum Deum creatorem omnium, & posse indici ejus auctoritate bellum contra tales pertinaces in talibus peccatis, si moniti non desistant ab eis; & moveor ultra fundamenta Innoc. ex sequentibus. Primò, quia negari non potest, quin ad Papam spectet conversio infidelium, & mittere ad eos prædicatores Evangelii, ut Christum suscipiant & revereantur, & nullus Theologorum hoc negat, quia esset absurdum hoc negare, & contra Evangelium, *prædicate Evangelium omni creaturæ*; sed ita est quod ordo prædicandi paganis, seu gentilibus, ut tradit beatus Ambrosius super Lucam, *lib.* 6. *cap. final.* debet esse, ut primò & ante omnia, unum Deum, auctorem mundi omniumque esse doceamus, in quo vivimus, & sumus, & movemur, cujus & genus sumus, ut non solùm propter munera lucis & vitæ, verùm etiam propter cognationem quandam generis diligendus à nobis sit; deinde opinionem illam, quæ est de idolis, destruamus, & quòd non possit auri argentique, vel ligni materia vim in se habere divinam: & tunc cùm unum Deum esse persuaseris, judicio ejus astrues per Christum nobis salutem datam, incipiens ab illis, quæ gessit in corpore, & ea divina describens, ut plusquam homo fuisse videatur, victam unius virtute mortem, mortuumque ab inferis suscitatum, paulatim enim fides crescit, ut cùm supra homines fuisse videatur, Deus esse credatur; nam nisi probaveris, quòd facere illa sine divina virtute non potuit, quemadmodum potes probare in eo vim fuisse divinam: ibique in probationem hujus inducit Ambrosius sermonen Pauli Apostoli apud Athenienses habitum, de quo *Actuum.* 17. *cap.* videbis ibi latiùs per eum. Et si dicas, benè fateor, quòd ita sit prædicandum, sed punitionem peccatorum nego, ad quod dicendum, quòd potestas Papæ in temporalibus, quatenus ad spiritualia ordinatur, à nullo negatur, sive supra fideles, sive supra infideles; unde si pagani prædicati, & moniti, ut credant unum Deum, & recedant à falsorum Deorum cultura, nolint in hoc obedire, qualiter poterit eis prædicari Christus, quin prædicatores à paganis irrideantur, & ut tradit Ambrosius *ubi suprà*, esset seminare super spinas, & tribulos, contra id quod dicitur Jeremiæ *cap.* 4. *v.* 3. *Novate vobis novale, & nolite serere super spinas, & tribulos*: summa namque dementia est, ut dicit Chrysost. *in prolog. super Joannem*, semina in incultam terram jacere, sed spinæ priùs rescidendæ sunt; est ergò necessaria punitio ratione delictorum contra naturam, & quia contra naturalem legem errant, in non cognoscendo unum & verum Deum, & adorantes falsos Deos, ut quos prædicatio non relevat, pœna cohibeat à peccato, *cap. ut clericorum*, *de vita & honest. cleric.* & punire delicta spectat ad præfectum gregis: & Papa ratione delicti ad istud intentum & effectum habet potestatem puniendi, tradit S. Thom. *lib.* 3. *de regim. Princ. cap.* 10. qui licèt loquatur inter fideles laicos, ejus rationes militant etiam quoad infideles, cùm ordinentur ad spiritualia; & ibi traditur illud de libro Danielis de visione statuæ, quam vidit Nabuchodonosor, quæ adaptatur ad quator monarchias, cùm postea dicit propheta: sed post hæc *suscitavit dominus Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum ejus populo alteri non tradetur, comminuetque universa regna hæc, & ipsum stabit in æternum*; quod totum, ut & dicit S. Thomas, ad Christum refertur, & vice ejus ad Romanam ecclesiam, si ad pascendum gregem intendat; ad præfectum namque, & pastorem gregis non solùm spectat providere gregi de pasto, & illum defendere à luporum, & aliis incursionibus, verùm etiam coercere illum à noxiis & prohibitis: facit & illud, quod habetur Jerem. *cap.* 1. *v.* 10. *Ecce constitui te hodiè super Gentes, & super regna, ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.* Item videtur hoc suaderi ex textu *in cap. archiepiscopatu, de rapt.* ubi dicitur de Sarracenis committentibus crimen sodomiæ, & textus dicit, eos esse in jurisdictionem Archiepiscopi, de quo ibi: & Abbas ibi, & Joan. de Ana. dicunt, quòd ex hoc crimen illud erit mixti fori, ut & puniri possit non solùm à judice sæculari, verùm etiam ab ecclesiastico, ex quo infideles peccant contra legem naturæ, & allegat dicta Innoc. *in dict. cap. quod super his*; hinc est, quòd per leges prohibentur sacrificia, & templa paganorum, *L.* 1. *C. de pagan. & templis eorum*: imò & Patres illi residentes in Concilio Africano, circa tempora Bonifacii Papæ I. ut habetur *in cap.* 25. *illius concilii*, fecerunt hoc decretum sub hac forma: Instant etiam aliæ necessitates à religiosis Imperatoribus postulandæ, ut reliquias idolorum per omnem Africam jubeant penitùs amputari; nam plerisque in locis maritimis, atque possessionibus diversis, adhuc erroris istius iniquitas urget, ut præcipiant & ipsa deleri: & templa eorum, quæ in agris, vel in locis abditis constructa nullo ornamento sunt, jubeant omnimodo destrui: & *cap.* 51. ejusdem Concilii sic etiam habetur: Item placuit ab Imperatoribus gloriosissimis peti, ut reliquiæ idolatriæ, non solùm in simulachris, sed in quibuscumque locis, vel lucis, vel arboribus omnimodo deleantur. Præterea sicut dicimus, quòd si Rex christianus fiat hæreticus, conceditur ejus regnum catholico occupanti, ut tradit Bald. *in repet. L. si lex*, *colum.* 5. *C. de emancip. liber.* cur non dicemus idem in gentili hæreticante in lege naturæ nota & scita, ut ejus regnum concedatur catholico occupanti? Præterea illi, qui talia crimina puniunt, Deo servire dicuntur, ut habetur *in* §. *fin.* 23. *quæst.* 5. ubi tradit quòd cùm Dominus diceret ad prophetam de Nabuchodonosor, quid dabo ei pro labore suo, quo servivit mihi apud Tyrum, statim subjicit: *da Domine (hoc est datam sibi pronuntia) Ægyptum, & Ethiopiam.* Item cùm & dicit, & per Antiochum idolatriam judaicæ plebis Dominus punire decrevisset, &c. quantò ergo fortiùs dicetur Papam Christi Vicarium in hoc servire Deo? Præterea ista opinio Innocen. communiter est recepta à doctoribus Canonistis, & Legistis, placet etiam multis theologis, & habet pro se probabiles auctoritates & rationes; ita ut cùm Doctores enumerent causas justas ad inferendum bellum, ponant istam inter eas, ut tradit Lucas de Penna *in L. unic. C. ut armorum usus, colum.* 3. cùm dicit, prima causa est contra terram, in qua Deus per idolatriam blasphematur, allegat dictam auctoritatem Deuteron. *cap.* 12. comprobatur auctoritate Pauli ad Roman. *cap.* 1. *v.* 32. ibi: *non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*, ubi Ambrosius exponit, id est qui non vindicant. Dicit etiam S. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 11. quòd ritus infidelium, qui nihil veritatis, aut utilitatis afferunt, non sunt aliqualiter tolerandi, nisi fortè ob aliquod malum vitandum, scilicet ad vitandum scandalum vel desidium, quod ex hoc posset provenire, vel impedimentum salutis eorum, qui paulatim tolerati converterentur ad fidem; & cùm ista opinio non habeat auctoritatem contra se, ex qua convincatur ex sacra pagina; non videtur ab ea recedendum. Et ad dicta per dictum fratrem Franciscum in oppositum, potest responderi; ad primum enim cùm dicit, quòd ista conclusio Innoc. & aliorum præsupponit falsum, videlicet quòd Papa jurisdictionem habeat super infideles, respondetur, quòd imo cùm tractatur de punitione peccati idolatriæ vel contra naturam, præsupponit verum per adducta per Innoc. & quæ jam dixi, & isto casu salvari potest opinio Hostiens. licèt extra istud fateatur Papam non habere jurisdictionem super infideles, licèt possit mittere eis præ-

prædicatores fidei, & facere quæ superius dicta sunt. Ad secundum dicendum, quòd opinio Innoc. & aliorum loquitur de peccatis contra naturam, id est ordinem naturalem, & auctoritas Apostoli 1. ad Corinthios *cap.* 5. *v.* 12. non obstat, cùm dicit, de his quæ foris sunt nihil ad nos, quia intelligitur illa auctoritas quoad pœnam spiritualem, non verò de pœna temporali, qua infideles puniri possunt per ecclesiam, ut notat Gloss. *in cap. constituit*, 17. *quæst.* 4. & *in cap. sæpe*, 28. *quæst.* 1. & probatur in illis juribus & *in cap. in archiepiscopatu, de rapt.* Cardinal. *in Clement.* 1. *de testib.* & S. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 9. *Clement.* 1. *de judæis.* Præterea Paulus hoc dixit, qui non erat summus Pontifex, nos loquimur de Papa Christi vicario, cui omnes oves commissæ sunt, & Papa major est administratione Paulo, *cap.* 1. 20. *dist. cap. sacrosancta*, 22. *dist.* & dispensat contra Apostolum in his, quæ non concernunt articulos fidei, Gloss. *in cap. sunt quidam*, 25. *quæst.* 1. Hostien. *in summ. de bigam.* vers. *& an cum bigamo*, Præpos. *in cap. lector*, 33. *dist.* & vide etiam per Abb. *in cap. proposuit, de conces. præbend.* Præterea tempore illo primitivæ ecclesiæ non poterat ecclesia de facto punire infideles, cùm tunc novo germine pullulabat, & nondum erat completa prophetia: *Et adorabunt eum omnes Reges terræ*, Psalm. 71. v. 11. Ecclesia verò jam dilatata, cur negabitur Papæ Christi vicario talis potestas, ut retuli suprà de *cap. displicet*, 23. *quæst.* 4. Ad tertium cùm dicit, quòd neque omnia peccata contra legem naturæ possunt evidenter ostendi, & quòd tenere aliud, est, dicere licere barbaros propter infidelitatem debellari, respondeo, quòd in peccatis idolatriæ, cùm non recognoscunt infideles unum Deum creatorem omnium, manifestè errant contra legem naturæ, in his quæ sunt scita & naturaliter demonstrabilia, ut declarat S. Thom. 2. 2. *quæst.* 1. *artic.* 5. & *artic.* 8. & patet ad Roman. *cap.* 1. *v.* 20. ubi quòd sunt inexcusabiles. Item coire contra ordinem naturalem, est manifestè & demonstrabiliter contra legem naturæ: & dicere quòd Papa posset punire infideles delinquentes in talibus contra legem naturæ, non est dicere, quòd debellentur propter infidelitatem, sed ut corruptores legis naturæ; non enim debellantur, quia non suscipiunt fidem Christi, sed quia corrumpunt legem naturæ; & per hoc respondetur ad id, quod dicit, quòd non possunt infideles acceptare judicium Papæ, quin sint Christiani; & non est bona consequentia, non possunt puniri, quia non recipiunt Christum, ergo neque quia non recipiunt judicium Papæ. Ad id verò, quod in confirmationem suæ opinionis adducit, quòd in veteri lege populus Israeliticus non occupavit terras infidelium, eo quia essent infideles, sed ex aliis titulis, dicendum, quòd ille populus non habebat potestatem, quam habet Christi vicarius quoad utrumque ovile fidelium & infidelium. Item etiam propter peccata idolatriæ, & aliorum scelerum contra naturam, tradidit Deus populo Israelitico terram Chananæorum, ut patet Levitici *cap.* 18. & aliis in locis sacræ Scripturæ. Item si aliquando Deus prohibuit Israelitas, ne pugnarent contra gentiles extra terminos Chananæorum, & aliorum à Deo assignatos sibi in possessionem, fuit expressa causa aliqua, qua cessante, non videtur prohibuisse eos, ne pugnam inirent contra infideles idolatras, & corruptores legis naturæ, hoc patet Deuteronom. *cap.* 2. *v.* 4. cùm prohibuit, ne debellarent habitatores montis Seir, dicit enim: *Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos; videte ergò diligenter, ne moveamini contra eos, neque enim dabo vobis de terra eorum, quantum potest unius pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedi montem Seir*: & cùm dicit inferiùs *eod. cap. v.* 9. *Non pugnes contra Moabitas, neque ineas adversus eos prælium; non enim dabo tibi quidquam de terra eorum, quia filiis Loth tradidi eam in possessionem*, & sic prohibitum eis propter istas causas videtur sibi concessum in aliis, *L. cum Prætor, in princ. ff. de judic. cap. nonne, de præsumpt.* & Deuteron. *cap.* 10. *v.* 15. patet permissum eis fuisse bellum contra alios gentiles extra terminos suos, ubi postquam dixit de modo debellandi, subdit: *Sic facies cunctis civitatibus, quæ à te procul valdè sunt: & non sunt de his urbibus, quas in possessionem accepturus est*; hostes nanque omnium videntur idolatræ, & legis naturæ corruptores, cùm sint hostes naturæ. Ultra responsa superiùs data illi auctoritati Pauli ad Corinthios, respondetur, quòd sensus Pauli non est negare sibi adesse potestatem super fideles; si ea uti vellet, sed quòd non oportebat, idque nullius utilitatis esset; nam cùm præmiserat, *si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, &c. cum hujusmodi neque cibum sumere*; & paulo ante: *Ne commisceamini fornicariis: non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus; alioquin debueratis de hoc mundo exisse*; quasi dicat, hoc esset impossibile vobis, quia totus ferè mundus plenus est hujusmodi hominibus paganis, nisi cum illis non potestis conversari: interdixit itaque Apostolus communicationem cum fratribus publicè peccatoribus, non cum paganis, qui extra ecclesiæ gremium sunt, & subjungit dicti rationem; *Quid enim mihi de his, qui foris sunt, judicare?* Ut eorum vobis interdicam consortium, & in eos feram sententiam excommunicationis? Id est, quænam utilitas mihi est illos excommunicare, & sententia ecclesiastica punire, nam neque illi obedient, neque sententia illa, nisi in eos qui fideles sunt, est ferenda. Et huic expositioni asserebat quidam, assentiri Abulensem super *cap.* 19. *Matthæi, quæst.* 63. in his verbis: *Quid enim mihi de his, qui foris sunt, judicare?* Id est, quæ utilitas ex hoc provenit, quia correctio ecclesiastica ordinatur ad salutem, & animæ correctionem; modò si in illos feram censuram ecclesiasticam, & ipsi parerent, nulla inde veniebat utilitas ad salutem illorum, quia sine hoc sunt in statu damnationis propter infidelitatem, modò nulla ferenda est sententia in aliquos, unde nulla speratur utilitas. Paulus ergò non tulit sententiam in paganos, qui non erant subditi ecclesiæ; neque tamen negavit se posse talem sententiam ferre in illos, & ita non dixit: *Non possum eos, qui foris, sunt judicare*; sed: *Quid mihi de his, qui foris sunt, judicare?* Id est nulla utilitas, eos sic punire: Hæc Abulensis. Si enim Paulus vellet sentire, quòd ecclesia nullo modo posset judicare paganos, quia pagani sunt, sequeretur quod neque infideles sibi, seu Principi christiano subjectis posset aliquo modo judicare, cujus oppositum patet *in cap.* 1. & 2. & *aliis cap. de Judæis*, & *Clement.* 1. *eod. tit.* & *dict. cap. in archiepiscopatu, de raptor*, nec obstabit dicere, quòd illi non sunt foris, quia subjecti ecclesiæ; quia hoc esset contra modum loquendi ipsius Apostoli, qui fratres appellat solos christianos, & eos qui foris sunt solos infideles, sive subjecti sint, sive non. Et quia in his diffusè loquuti sumus, reducamus quæ dicta sunt ad aliquas conclusiones.

Sit prima conclusio: Regibus Hispaniæ ex concessione Apostolica competere conquestam istorum paganorum infidelium, ut eos Christo & ecclesiæ acquirant: & ob insigne meritum plantationis fidei, & expensarum super hoc fiendarum, supremum dominium sibi concessum.

Secunda conclusio. In hac conquesta, non ab armis, neque à terroribus, velut contra hostes fieri solet, incipiendum. Sed mittendi sunt ad eos boni & probi viri, qui vita & doctrina polleant, qui prædicent eis Christum, juxta ejus præceptum in Evangelio: *Euntes docete omnes gentes, & prædicate Evangelium creaturæ*, quod & ita fiat, ut & ipsi barbari intelligant, quòd juxta doctrinam Apostoli non quærimus sua temporalia, sed animas eorum, ut salutem in Christo Jesu consequantur.

Tertia conclusio. Oportet in confiniis fidelium jam conversorum ad fidem, & infidelium adhuc non conversorum, arces & loca munita construere expensis regiis, ut prædicatores inde, & alii fideles tuti esse possint, indeque exeant ad prædicationem Evangelii inter infideles cum securitate opportuna, & ut paulatim ex bona contractatione nostrorum, infideles illi metum & terrorem, quem habent ex nostris, perdant, eisque conversentur, & sic ex assiduo usu mutuò se intelligant, & socialiter habeant. Opportunum etiam esset, quod muneribus, & placidis verbis alliciantur, & cum benevolentia tractentur, ut videntes nostram bonam conversationem, recipiant fidem, & Regi Hispaniæ voluntariam præstent obedientiam; eritque congruum majestati Regiæ in istis initiis concedere paganis illis immunitatem tributorum per aliquot annos.

Quarta conclusio. Si pagani restiterint prædicatoribus Evangelii, ne doceant & prædicent Christum, vel eos persequantur injuriis, occidant, vel percutiant; sive resistant suis subditis, ne audiant verbum Dei; seu pœnis affligant subditos suos, quia convertuntur ad fidem; seu resistant aliàs prædicationi Evangelii, tunc licere bellum eis indicere ad justum finem, ut à talibus injuriis & persecutionibus desistant, libereque dimittant prædicatores fidei, quo facto, & obtento, cessandum est à bello; si verò in sua contumacia perstiterint, & à dictis injuriis non cessaverint, licere eos persequi jure belli.

Quinta conclusio. Indicere bellum istis infidelibus, si nollent credere in Christum, nullatenus ex hac causa, ut credant, fieri posse, quia ad fidem Christi nullus est co-

tro del Reyno, que fazen mal en la tierra, robando, e forçando a los omes lo suyo sin derecho. Ca contra estos deuen ser los Reyes (4), e aquellos que han de judgar (5), e de complir la justicia por ellos, e comunalmente todo el Pueblo (6), para derraygallos, e redrallos de si. Porque segun dixeron los Sabios tales son los mal fechores en el Reyno, como ponçoña en el cuerpo del ome, que mientra que y esta, non puede ser sano. E porende conuiene, que guerreen con tales omes como estos, corriendolos, e faziendoles quanto mal pudieren, fasta que los echen del Reyno, o les maten, assi como de suso diximos en las leyes de los titulos (7) que fablan en esta razon, porque los omes que moraren en la tierra, puedan biuir en paz. Mas la segunda manera de guerra de que agora queremos fablar, es de aquella que deuen fazer contra los enemigos que son fuera del Reyno, que les quieren tomar por fuerça su tierra, e amparalles lo que con derecho deuen auer. E desta queremos mostrar, en qual manera la deuen fazer, segun dixeron los Sabios antiguos, que lo sopieron naturalmente, e los otros Caualleros, que fueron sabidores della, por obra, e por vso de luengo tiempo.

LEY III.

De que cosas deuen estar apercebidos, e guardados, los que quieren fazer guerra.

APercebido en todo grado, e en muchas maneras, deue estar el Pueblo, quando quisiere guerrear con sus enemigos; non tan solamente de omes, e de cauallos, e de armas, e de conducho, mas aun de engeños, e de ferramientas, e de todas las otras cosas que han menester, tambien para acometer, como para defenderse. Ca algunas y ha dellas, que conuienen a unos fechos, e otras a los otros fechos. E porende deuen ser apercebidos ante de tiempo (1), para auer todas estas cosas, de manera que non ayan mengua dellas. Ca si les fallesciessen, quando las ouiessen menester, fincarian perdidosos, e sin pro, e con deseo de lo que cobdiciauan auer. E demas serian tenidos por de poco recabdo. E apercibimiento deuen otrosi auer, para saber todavia fecho de sus enemigos, e a guardarse todavia, que los otros non puedan auer sabiduria dellos (2). E por este lugar guardaran a si mesmos, e a sus cosas, quando quisieren guerrear a su pro, e mostrarse han y por de buen seso. E quando assi non lo fizieren, venirles ya todo el contrario, ca fincarian maltrechos, e perdidosos, e seria la guerra a su daño. E demas serian tenidos por de mal recabdo.

LEY

gendus, sed dimittendi sunt in sua libera voluntate, quia credere voluntatis est.

Sexta conclusio. Ex sententia omnium Canonistarum, & aliquorum Theologorum, licere contra idolatras, si moniti à falsorum Deorum cultu non desistant, & unum Deum non recognoscant, seu contra infideles aliàs peccantes in lege naturæ, si moniti se non corripiant, bellum movere, talesque corruptores legis naturæ punire; quam conclusionem supra defensa vi aliquibus mediis, ultra ea, quæ traduntur per Innoc. & sequaces. Nunc verò in angustia decidendi positus, & quia video aliquos Theologorum hujus temporis innitentes dicto Apostoli: *Quid mihi de his, qui foris sunt?* Contradicere huic doctrinæ, & quia ut suprà retuli, S. Thom. 2. 2. *quæst.* 12. *artic.* 2. dixit, ad ecclesiam non pertinere punire infidelitatem in illos, qui nunquam fidem susceperunt, allegans dictam auctoritatem Pauli: & quia video, quòd Christus Redemptor noster hunc modum convertendi infideles non docuit, imò potius dixit: *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum*; neque voluit Evangelium introduci in orbem terrarum minis & terroribus, neque cum armorum strepitu, sed in pacientia, & mansuetudine; non auderem ad præsens consulere, quòd in acquisitione istorum infidelium illa doctrina utatur.

Septima conclusio. Si infideles in illis provinciis suis in sacrificiis suis sceleratis innocentes homines occidant ad sacrificia, & ritus eorum, si moniti à christicolis, ut ab hac injuria desistant, nolint acquiescere, licere bellum eis indicere ob defensionem innocentum, & ad liberandum eos à talibus injuriis, juxta illud Ecclesiastic. *cap.* 17. *v.* 12. *Unicuique mandavit Deus de proximo suo*, & Proverb. *cap.* 24. *v.* 11. *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses*, uxta id quod superiùs latiùs dictum est.

Octava conclusio. Si infideles illi Barbari, adhuc non conversi, sint infesti fidelibus conversis, seu aliis christicolis in provinciis illis degentibus, ita ut eos in pace vivere non sinant, licere ad propulsandam injuriam, & pro defensione personarum, & rerum suarum bellum movere contra tales infideles, si aliàs ab his infestationibus non possent arceri, cùm hæc sit justa causa belli ad propulsandas injurias, *cap. Dominus noster*, 23. *quæst.* 2. & tradit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 40. si tamen isti infideles cessarent ab his infestationibus, & injuriis, cessandum & esset à bello, tanquàm causa belli cessante.

Nona conclusio. In hac conquesta istorum paganorum, non censeo tenendam doctrinam illam Hostiensis, de qua suprà, videlicet, ut si pagani illi moniti nolint dominium ecclesiæ Romanæ recognoscere, quòd possunt deprædari, & bello lacessiri; imò arbitror talem doctrinam respuendam, cùm ex illa multæ absurditates, furta, & latrocinia sequerentur.

(4) *Deuen ser los Reyes. Cap. Regum*, 23. *quæst.* 5.

(5) *De judgar. L. congruit*, *ff. de offic. præsidis.*

(6) *Todo el Pueblo.* Licitum ergo erit cuilibet de populo capere, & insequi publicos latrones.

(7) *De los titulos.* Vide *in L.* 3. *tit.* 19. *infrà ead. Partit.*

LEX III.

Populus bellum inituros providere debet sibi priùs de armis, & necessariis ad bellum, & solicitus esse ad sciendum inimicorum secreta, & ad celandum sua. Hoc dicit.

(1) *Ante de tiempo.* Vide quod habetur in Evangelio Lucæ *cap.* 14. ibi: *Quis enim ex vobis*, & ibi: *aut quis Rex iturus committere bellum, &c.*

(2) *Sabiduria dellos.* Adde *L.* 5. *infra eod.*

LEY IIII.

Quales deuen ser escogidos para Cabdillos de la guerra, e por quales razones.

Leyes del tit. 4. lib. 6. Recop.

CAbdillos tienen lugar de grand honrra (1). Ca sin ellos non se puede fazer ninguna cosa acordadamente. E esto en todos fechos, tambien en los pequeños, como en los grandes. Pero porque en las mayores cosas, e mas peligrosas, deue esto ser acatado; porende queremos aqui fablar, quales deuen tomar para Cabdillos: e mostrar, segun dixeron los Antiguos, por quales razones deue esto ser fecho. Onde dezimos, que por vna destas tres cosas deuen los omes ser tomados por Cabdillos. La primera, por linaje, que es cosa que faze ennoblescer (2) al ome, e ser honrrado, e tenido en caro; por que le pueden tomar por Cabdillo, maguer non tenga gran lugar, ni sea muy sabidor. La segunda es, por razon de poderio, assi como Emperadores, o Reyes, o los otros Señores, que tienen grandes lugares, e honrrados. Ca maguer estos non fuessen de muy grand linage, ni muy sabidores, solamente por el Señorio, e por el poder que han, el mismo es Cabdillo. Mas el tercero, que viene por sabiduria (3), ha mayor fuerça que estos otros dos, que diximos. Porque tambien aquel que lo es por linaje, como el otro que lo gana por poderio, si sabidores non son, conuiene en todas guisas que tornen a seso (4) de aquellos que lo saben fazer. E porende en fecho de guerra deue esto ser muy catado, que tambien los altos omes, como los de buen linaje, por que se mandan, e se acabdillan, que ayan vso, e sabiduria de acabdillar. Ca los que de otra guisa lo fiziessen, a tal estado podria traer su fecho, que poderio ni linaje non les valdria nada. Ca natural razon es, que el ome a aquel lugar vaya a buscar la cosa que cobdicia, do sabe que la fallara, o la podra auer.

LEY V.

Como deuen ser los Cabdillos esforçados contra los enemigos.

Leyes del tit. 4. lib. 6. Recop.

